ſacrum nõ efficitur, niſi ſit per pontifices ſacratũ:
vt l. intantum. §. ſacrę. ff. de rerum diui. ¶Quęro,
3 † vtrũ rei ſacræ [h] cõmitatur furtũ. Gl. noſtra dicit
h quòd eſt differẽtia inter nos & Canoniſtas. Nam
nos dicimus quod cõmittitur ſacrilegiũ, ſi eſt ſa-
cra, & auferatur de ſacro. Canoniſtæ dicunt quod
i ſufficit alterũ [i] tantũ. quod dic vt ad l. Iuli. pecu. l.
diuus. & l. xviij. q. iiij. c. quiſqs. §. ſacrilegiũ. ¶Sed
ad hunc caſum oppo. ſ. de dolo. l. ſi ſuperſtite. Sol.
Aliud in vitrico, aliud in patre.

ADuerſus eũ. Diuerſæ actiões
ex diuerſis deli-
ctis deſcẽdẽtes, poſſunt cõtra eũdẽ ꝑ pro-
curatorẽ intẽtari. h. d. Gl. hic q̃rit primò quare hic
dicit dũtaxat. Dic vt ĩ gl. ¶Quęro ſcd̃o, ad qd̃ dat̃
ſerui corrupti, & furti actio. Dic vt in gl. ¶Tertiò
quæro: vtrũ iſtæ tollant̃ vna ꝑ aliã. Dic vt in glo.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Indicare furem, quando quis teneatur.

CIuile. Emptor rei furtiuæ debet
ex vrbanitate reũ in iudicio
noĩare, nõ ex neceſsitate. h. d. ¶Oppo.
nemo cogit̃ dicere titulũ ſuæ poſſeſsio

✠ POMATES.
f ¶Sed ſi hoc frequẽtaret. Vide Ro. conſi. liiij. col. ij. Barba. conſi. xlij. col. x. volu. j. Ro. cõſi. lxxxvj. col. iij. & Areti. cliij. & Ful. lxxv.

✠ P. P A V. P.
f ¶Hoc frequentaret. Vide Alex. cõ. v. circa principiũ.
g ¶Si nondũ. Vide Bart. per l. ſi nõdũ. in conſi. ccviij. inci. quidam Martinus. Andre. Barba.

✠ P. P A V. P.
h ¶Rei ſacræ. Vide circa hoc Ro. ſing. cccxix. incip. habes.
¶Alterum. Adde quid ergo ſi ſtatutum punit ſacrilegũ, an debeat intelligi ſecũdũ ius Canonicum vel ciuile? Dicit hic Bal. ꝙ cum ſtatuta ciuitatis ſint de iure ciuili, debent intelligi ſecundũ ius ciuile, à quo confirmantur, & habent authoritatem vt ſ. de noxali. l. ij. & ideo non habebit locũ pœna ſtatuti, niſi concurrentibus illis duobus, qd̃ etiã ſequitur Pau. de caſtro. addendo quæ ipſemet Bald. notat in l. ij. j. de ſucceſſo. edi. An autẽ fures rerum ſacrarum poſsint vbiq; cogi & an debeant remitti ad loca rerum derobatarũ: vide Bal. cõſi. cxxiiij. ij. libr.

a ¶Non vt fur indi-
cetur. Vide in l. ſi
ſeruus. C. de his q̃ i
ad eccle.cõfu. apo-
ſtillam obtinendi
diſtinguentem, an
quis teneatur indi-
care furem. Sed ſi a
quis iuret nõ denũ
ciare maleficiũ, &
ita cum iuramento
ꝓmittat, an valeat
iuramentum? vide
quod not. Inno. de
iureiurand. in ca. ad
noſtrã. q̃a non de-
bet aperiri via iniq
tatis ad delinquen-
dum: nec ad impu-
nitatẽ delicti. Hæc
eſt regula genera-
lis. Et vide q̃d no.
Inn. ĩ c. q̃a pleriq;.
de offic. ordi. in vj.
Bal. in c. j. §. item ſa
cramenta. de pace
iur. fir. Et vtrũ q̃s
teneaꝛ reuelare, q̃d
ſit q̃n per tacitur-
nitatem, perit iuſti
tia. not. Innoc. in c.
officij. de pœ. &
remiſ. & vide not.
per Bart. & q̃d ibi
dixi in l. vtrũ. ff. de
parrici. Adde Ioã.
An. ĩ addi. ad Spe.
in rub. de fur. de eo
q̃ fecit pactum cũ
eo, qui erat ſciens
deliberãdo ipſm, ſi
alios indicaret.
b ¶Si is cui. Hæc
lex debet intelligi,
q̃n conſtat ꝙ nun-
cio daꝛ, & traditur
nõ aĩo trãsferendi
dominiũ. Ita dixit
do. Io. per illũ tex.
iuncta glo. in l. ſi ti
bi. ff. de dona.
✻ Pro cõcordia. Ad-
uerte ꝙ Bar. allega
tur ſibi contrarius
in l. ſed nec legata-
rius. ff. de cõdi. fur.
vbi determinat, ꝙ
hæredi competat
actio furti, q̃n res
hæreditaria ſubtra
hiꝛ hæreditate iacẽ
te, & ſtat per furẽ
quò minus hæres
apprehendat poſ-
ſeſsionẽ rei. Cõtra
riũ tñ tenuiſſe alle
gaꝛ in hac l. ſi ab-
ducta. in ſua diſtin
ctiõe, in vltimo mẽ
bro. Tu dic, nõ eſt
ſibi cõtrarius, ſi be
ne inſpiciatur: imò
concordat cũ his q̃
dixit in d. l. ſed nec
legatari⁹. Et nõ ob
ſtat q̃d dicit in vl-
timo mẽbro: q̃a lo
quiꝛ q̃n tẽpore fur
ti adhuc non erat
dñs, put eſt hæres

nis: vt l. cogi. ſ. de peti. hẽre. Sol. Nõ cogiꝛ quis di
cere de neceſsitate, vt in cõtrario: ſed ex vrbanita
te ſic, vt hic. ¶Cõtra hoc † oppo. extra, co. ti. c. qui
cũ fure. Sol. Dicit gl. aliud de iure Canonico, vt
ibi Videm⁹ enĩ ꝙ tota die Epiſcopi faciũt literas
excõicationis, vt indicent fures. Aliud de iure no
ſtro, vt hic. Certè Decre. illa nõ contradicit. nã ibi
fit, vt res furtiuè indicentur, non vt fur indiceꝛ: [a]
& quod quis non teneaꝛ indicare furẽ, probaꝛ: q̃a
licet acceperim pecuniã vt indiciũ faciã, non te-
neor reſtituere: vt l. iiij. §. ſi tibi indiciũ. de cõd. ob
tur. cau. ergo ad illud q̃s nõ tenebaꝛ. Facit ad hoc
l. qui vas. §. qui furẽ. ff. de fur. ¶Cõtra oppo. ꝙ q̃s
cogiꝛ ferre teſtimoniũ: vt ſ. de teſti. l. nullũ. ergo
cogitur indicare furẽ Sol. Q̃nq; agitur contra cer
tam pſonã, tanquã cõtra furẽ: & tũc cogiꝛ q̃s ſup
illa actione teſtificari: nec diciꝛ tũc manifeſtare fu
rem: ſed magis debet fure manifeſtato iudicem de
clarare. & certum reddere. Quandoq; furtũ alicui
perſonę nõ impingitur: & tunc iudex aut vult ali
quẽ recipere in teſtẽ, fortè ſuper inquiſitione gene
rali, quã facit de illo furto: & cogitur q̃s teſtifica-
ri, & furem indicare: vt l. congruit. de offi. pſi. Aut
aſs quis officium iudicis implorat principaliter,
vt quis cogatur indicare furẽ: & hoc caſu nõ cogi
tur: vt hic, & per ea quę ſ. dixi. Sed rem furtiuam
bene poterit quis cogi indicare de iure cõi, vt di-
ctum eſt ſ. Quandoq; contra aliquẽ agiꝛ rei vendi
catione ꝓ re furtiua: tũc nõ cogitur furẽ indicare
de neceſsitate: ſed ex vrbanitate ſic, vt hac l. ¶Vl
timò quæro, an iſte emptor de furto ſit ſuſpectus.
Dic vt in glo. & ſ. dixi ea. l. inciuilem.

ALienum. Alienando alienũ ſer
uum, dño nõ pręiudi-
caꝛ: & qui ſciẽs cõtrectat, furti teneꝛ. h. d.

b SIis cui. [b] Qui pecuniam, quam
ad alium præferendam
accepit, ſiue detinet, furtum facit. h. d.
¶Quæro, & reuoco in dubiũ, cui com
petat actio furti: an ei q̃ mittebat, an ei cui mitte-
batur. Dic vt in gl. quę optimè diſtinguit. cui ni-
hil addo.

ETiam. Si publicanus aliquam
ſpeciẽ per vim abſtulit,
etiã furti teneꝛ. h. d. ¶Opp. ſ. de his q
not. infa. l. ij. Gl. ſol. hic. Tu dicas vt j.
dicã, & verius, hic publicanus accepit aliquam ſpe
ciem etiã per vim: ideo furti tenetur. ibi fuit ſolu-
ta pecunia, licet indebitè: vnde furtũ non cõmiſit.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Vitium moræ purgatur per ſtipulationem.
remiſsiuè.

SVbtracto. Rei furtiuæ, vel vi
poſſeſſæ, periculũ
pertinet ad furẽ, & ad violentũ. h. d. Diciꝛ
1 hic ꝙ mora purgaꝛ per oblationẽ. cõtra, imò † vi-
detur ꝙ purgetur p ſtipulationẽ: vt l. parui. ff. de
condi. fur. Huius timore glo. hic intrat illã mate-
riam, vtrũ vitiũ moræ purgetur per ſtipulationẽ.
De quo plenè dixi in l. eum qui ita. §. ſi. de verbo.
obli. & l. quoties. §. vnde Marcellus. de noua. l. ſi
rem. eod. tit. Dixi ſ. quod met, cau. l. j.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Actio furti, an competat ſucceſſori.
2 Furtum an poſsit fieri non poſsidenti.
3 Differentia glo. inter furtũ, & plagiũ, an ſit bona.

✻ SI abducta. Res furtiua non põt
vſucapi: & res ſucceſ
ſori debet reſtitui. h. d. ¶Oppo. & videtur
ꝙ vitiũ furti poſsit purgari, etiã ſi in poteſtate do-
mini nõ reuertatur: vt l. ſequitur. §. tunc in pote-
ſtate. de vſuca. Sol. Intellige, reuertaꝛ verè, vel in
terpretatiuè: vt in cõtrario. Ita dicit glo. tua, & be
ne. ¶Oppo. de l. ſed nec legatarius. ff. de cõdi. fur.
Sol. Ibi loquiꝛ in ſucceſſore ſingulari: hic ĩ ſucceſ
ſore vniuerſali, qui habet cõdictionem furtiuam.
1 †¶Quæro, an ſucceſſori competat actio furti. Hic
aduerte: glo. noſtra dũ loquitur de ſucceſſore vni-
uerſali, tenet ꝙ habet actionẽ furti ex contrecta-
tione antiqua, ex qua erat nata actio furti dño,
non ex noua. Sicut enim dño ex aſsidua cõtrecta
tione non naſceretur actio furti, vt l. ei, qui. ff. de
furt. ita hęredi eius. Ita dicit glo. hic. Contrariũ te
net gl. in l. ſed nec legatari⁹. ff. de cõdi. fur. & ff. de
fur. l. ſi dominium. Nã ex mutatione dñij ſequitur
aſsidua contrectatio, & noua naſcitur actio furti.
quod eſt notandũ: vt eadẽ ratione, mutatione ter
ritorij, noua naſcaꝛ actio furti: & ſic ille, q̃ ſubtra-
xit aliquid Bononiæ, repertus hic Aſsiſij cum re
ſubtracta, hic poſſet puniri. De quo dixi in d. l. ſi
2 dñiũ. ¶†Sed contra hoc dictũ glo. opp. rei, quam
c quis nunquã poſſedit, non fit ſibi furtũ: [c] vt l. hęre
ditarię. ff. de fur. Sed hic hęres nũquã poſſedit iſtã
rem hęreditariam: ergo non poteſt ſibi fieri furtũ.
Gl. dicit ꝙ iſta eſt ratio: quia facto furis cõtingit,
ꝙ hæres non poſsideat. & no. gloſ. nã etiã q̃n ſibi
ſubtrahiꝛ res hæreditaria ꝓpter factũ furis: cõtin
git vt hæres non poſsideat: & tñ nõ cõpetit actio
furti. Quid ergo dicemus? Dic ꝙ quandoq; cõtin
git, ꝙ res ſubtracta à nemine poſsideꝛ: tñ iam poſ
ſeſſa fuerat: & ab eo, cui⁹ eſt, deſinit poſsideri: tũc
cõmittit furtũ: vt l. qua ratiõe. §. ſi. ff. de acqui. re.
do. Q̃nq; rei ſubtractę erat poſſeſsio apud aliquẽ
tpe furti facti, & dñiũ poſtea peruenit ad eũ, qui
nũquã poſſedit: & tunc idẽ: quia poteſt fieri furtũ
ei, qui nunquã poſſedit, vt hic dictũ eſt. Q̃nq; tẽ-
pore furti à nemine poſsidebaꝛ, & dominiũ pue-
nit ad eũ, qui nũquã poſſedit, vt in re hæreditaria:
& tũc nũquã cõmittitur furtũ: vt l. hęreditarię. ff.
de fur. & l. ſi homo. ff. de vſucap. In ſucceſſore ve
rò ſingulari, vt in legatario, conſtat ꝙ ex noua cõ
trectatione datur actio furti, nõ ex antiqua: vt d.
3 l. ſed nec legatarius. ff. de cõdi. fur. ¶†Quęro, quę
d eſt differẽtia inter furtum, & plagium. [d] Dic vt in
gl. j. quæ optimè dicit, præterquã in vno; & in eo
quod dicit, ꝙ in plagio requiritur ꝙ quis habeat
conſuetudinem hoc faciendi: quia hoc nulla lege
cauetur.

e DEhis. [e] Quod poſt aditã hæredi-
tatẽ, & poſſeſsionẽ appre-
henſam, nouerca abſtulit, in furti actio
ne venit. h. d. ¶Opp. de l. quãuis. j. eo.
Solu. Ibi non erat adita hæreditas, vel apprehen-
ſa poſſeſsio: vt lege contraria. quod nota.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Partus ancillæ furtiuæ, quod ſit furtiuus, &
pro eo competit actio furti: & vſucapi non po-
teſt, & nu. 6. 7. & 9.
2 Actio perſecutoria non tollitur per pœnalem.
3 Vbi eſt caſus legis, nulla eſt dubitatio.
4 Idem iuris videtur in malę fidei poſſeſſore, quod
in fure.
5 Alter ꝙ etiam de tribus dicatur.
8 Ratio quare partus per ſe cenſetur furtiuus, nõ tñ
per ſe cenſetur quantum ad actionem furti.
10 Partus vaccæ furtiuę, an ſit furtiuus, & pro eo cõ-
petat actio furti, & poſsit vſucapi.
11 Actio vna q̃n tollatur per aliam. remiſsiuè.

ANcillæ. Partus ancillæ editus
penes furẽ, vel malæ
fidei poſſeſſorẽ, eſt furtiuus, & nõ põt
vſucapi: & pro eo cõpetit actio furti,
& condictio: & perſecutoria non tollitur per pœ
nalem. h. d. Diuiditur. Primò ponit dictum. Secũ
dò illationem. Tertiò rationem illationis. Quartò
ꝓbat dictũ ſuũ à maiori. Secũda ibi: quapropter.
Tertia ibi cũ altera. Quarta ibi: cũ etiam. ¶Circa
1 hãc l. habetis notare principaliter tria. † Primò ꝙ
partus ancillę furtiuę eſt furtiu⁹. Secũdò, ꝙ ꝓ eo
competit actio furti. Tertiò ꝙ non poſsit vſuca-
pi. Et ſuper iſtis tribus fundantur oẽs iſtæ gloſſ.
2 Quartò no. † ꝙ pſecutoria nõ tolliꝛ per pœnalẽ.
3 Quintò nota † ꝙ vbi caſus legis eſt, nulla dubita-
tio eſt. Melius probaꝛ j. de cri. ſacril. l. ij. ¶Vltimò
4 nota † ꝙ idem iuris videtur in malę fidei poſſeſſo-
f re, quod in fure. ¶Antequã gloſ. intrem [f] oppo. &
5 iſta eſt opp. grãmaticalis: † quia vter, & alter ſecũ
dũ grãmaticos ſunt diſtributiua duorũ tñ: ſed hic
poniꝛ dictio alter, vt ſit diſtributiua pluriũ, ſcili-
cet triũ: ergo malè dicit gl. Fateor ꝙ eſt hoc notã-
dum

adita hꝛditate: ſe[d]
poſtea dñiũ ſupue
nit ad eũ, q̃ nũquã
poſſedit poſt fur-
tũ: quo caſu nõ cõ-
petit actio furti: &
ſic loquiꝛ in valde
diuerſo caſu.
c ¶Nõ fit ſibi furtũ.
An & q̃n ei, q̃ non
poſsidet, poſsit fie
ri furtum? melius p
Bar. in d. l. ſed nec
legatarius. ibi: ſed
hic hæres nunquã,
contrarium ſentit
Bart. in d. l. ſed nec
legatarius. videli-
cet ꝙ q̃n fit per fu-
rẽ quò minus poſ-
ſeſsionem apprehẽ
dat, cõpetat actio
furti. Sed hoc nõ vi
deꝛ verũ: quia eadẽ
ratio eſſet in hære-
ditate: quia per fu-
rẽ fit quò min⁹ hę-
res adiuerit, poſt-
quã hęreditatẽ nõ
apprehẽdit poſſeſ-
ſionis rei ſurreptæ:
& tñ nõ committiꝛ
furtũ. d. l. hęredita
riæ. Adde an ei, qui
non poſsidet poſ-
ſit fieri furtũ. Bald.
conſi. cvj.
d ¶Differentia inter
furtum & plagiũ.
Vide hic Azo. in
ſumma de diffe-
rentia inter furtũ
& plagiũ. & glo. in
l. pen. ff. de plag. &
ibi Bart.
e ¶De his. Vide Ful.
in l. j. ſ. de in ius
vocan.
f ¶Glo. in trem. Hic
ponitur dictio al-
ter, & dictio vter:
vide latius Bart. in
l. j. §. q̃d enĩ in ſen-
tentiis. ff. q̃n app.
ſit. Facit l. apud v-
trunq;. & q̃d ibi
habeꝛ. j. de app. &
glo. in l. quicunq;.
de hære. Alter di-
ciꝛ de tribus. Quid
aũt differant inter
ſe, alter & alteruter:
vide in l. ſi ex toto.
§. j. ff. de le. j. Adde
tu Pau. de Ca. cõſi.
xviij. ꝙ iſtę dictio-
nes alter, & ambo,
verificãtur in pluri
bus quã duob⁹: &
de dictione alter,
vide etiam Bal. cõ-
ſil. cxix. j. lib.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dum contra regulã cõem. Vide gl. Breuiter quantum ad l. noſtrã hęc dictio altera, ſtat propriè. nam hoc importat ꝙ actio furti pœnalis pro vno condictio furtiua & rei vẽdicatio. quæ ſunt perſecutoriç, ponuntur pro alio: vnde rectè ſtat hic diſtributio altera: quaſi dicat perſecutoria non tollitur per pœnalem. Hoc præmiſſo venio ad materiam. Hic dicitur. Partus ancillæ furtiuæ eſt furtiu⁹. ¶ Opp. & videtur quòd non ſit furtiuus: vt j. pro empto. l. ſi matrem. & l. ſi ego. §. partus ff. de public. Solu. Ibi partus conceptus fuit, & editus penes emptorem bonæfidei, hic verò penes furem. ¶ Contra hoc oppo. de fine huius leg. Solu. Ibi loquitur in malæfidei poſſeſſore. Sed ſolu. præcedens loquitur de bonæfidei poſſeſſore. ¶ Tertiò oppo. ff. de vſuſca. l. ſi aliena. §. fin. Sol. ſecundùm veram opi. ibi fuit conceptus, & editus penes hæredem furis, qui erat bonæfidei poſſeſſor: hic fuit conceptus penes eum furẽ, vel malæfidei poſſeſſorẽ. Et ideo

6 cùm quæritur † an partus ancillæ furtiuæ ſit furtiuus: dic aut iſte cõceptus eſt, & editus penes furem, vel editus tantùm, vel conceptus tantùm. Si apud emptorem malæfidei, dic vt in hac l. in fin. Aut eſt conceptus, & editus penes bonæfidei emptorem: & tunc non eſt furtiuus: vt l. ſi matrem. j. de vſucap. pro empt. & l. ſi ego. §. partus. ff. de public. Aut eſt cõceptus penes furis hæredem: tunc ſi quidem hæres furis erat malæfidei, idẽ quod in ipſo bonæfidei poſſeſſore, vt l. ſi aliena. §. fi. ff. de vſuſca. ¶ Modò habes primum. Venio ad ſecundum. & opp. quòd pro partu ancillæ non competit actio furti: vt d. l. ſi matrẽ. j. de vſuſca. pro emp. & d. §. partus. Sol. eodẽ modo, ibi fuit editus & cõceptus penes bonę fidei poſſeſſorẽ: hic penes furẽ. ¶ Cõtra hoc opp. de l. q vas. §. ſi ancilla. ff. de furt. Solutio. Fateor quòd ſi partus eſt conceptus penes furem, editus penes bonæ fidei poſſeſſorẽ, eſt furtiuus: non tamen competit actio furti: vt lege contraria. Ita dicit gl. tua, & bene: quã vide. & eſt gl.

7 magna circa principiũ. Et ideo † an competat actio furti: dic breuiter, quòd ſi quidem partus non eſt furtiuus, nõ cõpetit actio furti: vt ſ. ꝓximè dixi. Si partus eſt furtiuus: tunc regula eſt, ꝙ competit actio furti. Fallit ſolùm in vnõ caſu, qñ cõcept⁹ eſt penes furẽ, & peperit penes bonę fidei poſſeſſorẽ, vt prædictis patet. Mirandũ videt̃ iſtud, ꝙ ſit furtiuus partus, & non cõpetat actio furti: licet qñq; hoc cõtingat: vt l. j. ſ. ti. j. & in d. §. ſi ancilla. Nã ibi hoc cõtingit ꝓpter perſonã ſubtrahẽtẽ, cõtra quã actio furti nõ põt dari. Sed hic cũ perſona furis ſit habilis ad cõueniẽdũ, mirandũ v̈r cur non cõpetat actio furti. Ideo doc. Vltramõ. dicũt, & bñ, ꝙ partis ancillæ nõ fuit per ſe ſeparatim contractus: & ideo ꝓ eo ſeparatim nõ cõpetit actio furti, ſed ꝓ ancilla: & in æſtimatiõe ancillę habebit̃ ratio meliorationis, quia grauida: vt l. ſi quod ex Pãphila. ff. de leg. ij. & l. inficiãdo. §. infans. ff. de fur. ¶ Sed

8 quæro, † quæ eſt ratio ꝙ partus per ſe cenſet̃ furtiuus, nõ tamẽ cenſet̃ per ſe, quãtũ ad actionẽ furti. dicebat do. Iac. But. multũ benę, ille qui eſt ĩ vtero, quantũ ad ſui cõmodũ habet̃ pro iam nato, nõ quantũ ad cõmodũ alterius: vt ff. de ſta. ho. l. qui in vtero. & ideo quantũ ad vitiũ furtiuitatis, vt ſic impediat̃ vſuſcapio, habet̃ ꝓ iam nato: quia ſui cõmodũ eſt, vt nõ mutet̃ dñium: ſed quãtũ ad actionẽ furti, non habet̃ ꝓ nato: quia reſpicit merè cõmodũ dñi, & nullo modo ipſius partus. Venio ad tertiũ, dicit̃ hic ꝙ partus ancillę furtiuę nõ põt vſucapi. Cõtra in d. l. ſi matrẽ. j. de vſuc. pro emp. & l. ſi ego. §. part⁹. ff. de pub. Sol. Ibi fuit cõcept⁹, et editus, penes bonę fidei poſſeſſorẽ: hic ſec⁹. ¶ Cõtra hoc opp. de l. ſeqt̃. §. de illo. & §. ſequẽti. ff. de vſuſ

9 ca. Sol. Pro † declaratiõe hui⁹, an partus ancillę poſſit vſucapi: dic pleni⁹ quã gl. Aut part⁹ eſt furtiu⁹; qđ qñ eſt, apparet ex pręcedẽtibus: & tũc nõ põt vſucapi: vt hac l. & Inſti. de vſuſc. §. furtiuę. Aut nõ eſt furtiuus, vt qñ eſt conceptus, & edit⁹, penes bonę fidei emptorẽ: & hic diſtingue, aut emptor incœpit ſcire alienã ancillã ante partũ, cõceptũ & editũ: aut poſt partum conceptũ, & ante editũ: & ſic poſt vſucapionem cœptam. Primo caſu, impedit̃ vſuſcapio: vt d. l. ſequitur. §. de illo. de vſucap. Secundo caſu, aut ſciuit ancillam ſimpliciter alienam: & nõ impedit̃ vſuſcapio. Aut ſciuit eã alienã & furtiuã: & vſuſcapio impedit̃: vt d. l. iuſto. §. & poſſeſſionis. & l. nõ ſolùm. in prin. ff. de vſuc. Tertio caſu, aut ſciuit eã alienã ſimpliciter: & nõ impedit̃ vſuſcapio. Si verò ſciuit alienã & furtiuã: tunc diſtingue, aut denũciauit: aut non: vt plenè diſtinguit tex. illi⁹ l. ſingularis in l. ſi ancillam. ff. ꝓ ſuo. ¶ Cõtra prędicta opp. ſuperueniẽs ſciẽtia rei alie-

a nę, nõ impedit vſuſcapionẽ: [a] vt l. j. j. de vſucapione trãsformanda. Solu. Fallit in partu ancillę. Ratio, qa orit̃ ex re furtiua: & idẽ putarẽ eadẽ ratione in quibuſdam fructibus, qui perciperent̃ ex re vi-

10 tioſa vitio reali. ¶ † Quęro, quid ĩ vacca: vtrũ partus vaccę furtiuę ſit furtiuus, & cõpetat actio furti: & nõ poſsit vſucapi. gl. dicit idẽ, quod in partu ancillę: vt l. qui vas. §. ſi ãcilla. ff. de fur. gl. dicit verum in oĩb⁹, ꝑter quã in vſucapione. nã part⁹ vaccę eſt furtiu⁹, & cõpetit actio furti eo caſu, quo in partu ancillæ, ſed nõ eſt idem quo ad vſucap. nam eo caſu quo partus ancillę vſucapit̃: eo caſu part⁹ vaccę, vel alterius aĩalis, ſtatim fit poſſeſſoris iure dñij: & ideo quia dñs, nõ tractamus de vſucapiõe. Hic eſt tex. in l. ſequitur. §. lana. de vſucapi. Ratio huius eſt, quia partus ancillę nõ eſt in fructu: et iõ nõ efficit̃ ſtatim bonę fidei poſſeſſoris: ſed fœtus, vel partus aĩaliũ ſunt in fructu: vt l. in peculiũ. ff. de vſuris. iõ bonę fidei poſſeſſor ſtatim facit ſuos.

11 ¶ † Vltimò habemus hic videre, qũo vna actio tollatur per aliam, de quo Dy. poſuit vnã magnã diſtinctionẽ in l. in prouinciali. de ope. no. nun. &c.

b **Poſt deciſionem.** [b] Tranſactio impedit quẽ agere, nõ ꝑtis perceptio. h. d. ¶ Oppo. de l. ſi pro fure. ff. de condi. furti. Sol. Hic fuit tranſactũ ſuper furto: ibi ſuper cõdictione furtiua, vel ſuper actione furti. vnde hic ſuper facto: ibi ſu p iure. ¶ Opp. ſecũdò de iureiurã. l. ſi duo patroni. §. idẽ Iul. Dicit gl. aliud in iureiurando, aliud in tranſactione. Vel dic, & verius, aut fuit iuratũ ſuper facto, aut ſuper actione furtiua: vt patet ex lege contraria.

c **Eos qui.** [c] Qui receptat res ſubtractas, pro eis furti, & condictione furtiua poterit cõueniri. hoc dicit in ſumma.

**Furti actio.** Actio pœnalis nõ tranſit contra ſucceſſores: ſecus in perſecutoria.

**Si ſeruum.** Qui vendit ſeruũ alienum, eum contrectat, & furti tenetur. h. d. ¶ Opp. de l. ſi quis vxori. §. neq; verbo. ff. e. Soluit gloſſ. & bene, ſola venditione non fit furtum: ſed in contrectatione, quæ fit propter venditionẽ committitur furtum.

d **Quãuis.** [d] Crimen expilatę hęreditatis, non poteſt contra hæredem intentari: ſed rei vendicatio intentabitur. hoc dicit. ¶ Opp. ſ. eodem l. de his. Dic vt ibi.

**In eum.** Qui ex naufragio furripuit, tenetur intra annum ad quadruplum: poſt annum ad ſimplum: poteſt etiam criminaliter coerceri. h. d. Hic habetis authenti. nauigia. quæ eſt noua conſtitutio domini Imperatoris Federici poſita in x. colla. de ſtatu. cõtra liber. eccle. Quęro. quomodo ſe habeat iſta aut̃. ad legem Codicis. Reſpon. edictum incendio, ru. & nauf. non habebat locum, niſi de his quæ rapiuntur tempore incendij, vel naufragij: hæc etiam de his quæ rapiuntur poſt naufragium. Item hæc imponit maiorem pœnam, & reprobat contrariam conſuetudinem. ¶ Oppo. ff. de legi. l. de quibus. Sol. Fallit in conſuetudine reprobata per legẽ. ita vidiſtis hic. Quęro, quantum tempus debeat durare inſtantia ſuper bonis iſtis repetendis. Dic vt in gloſſa.

a ¶ Nõ impedit vſuſcapionem. Vtrum ſuperueniens ſcĩa impediat vſuſcapionẽ. & dicit ꝙ fallit in fructu, & partu. Et adde Bald. poſt gl. in d. l. j. ĩ vlt. col. de vſuſca. transfor. Vide tñ Bar. in l. ſi ancillã. ff. ꝓ ſuo. et ea q̃ hic dicit Bart. ĩtellige tñ vt j ꝓx. ſeqt̃. & qđ ibi dixi, maximè p nota. p Bar. ĩ l. & ex diuerſo. in pri. in vlti. co. ff. de rei vẽ. qa fructus facit ſuos ſed poteſt vſucapere vt non teneatur reſtituere. l. ſequitur. §. fructus. ſecũdũ vnã lectu. & ibi Bar. ff. de vſuſc. ibi: nã eo caſu, quo partus. dicit tñ Bar. hic ꝙ reliqui habẽt in lect. qđ hoc eſt verũ, de qbus qs nõ eſt locupletior factus videtur habere locũ vſuſca. nã cùm tunc teneatur bonę fidei poſſeſſor ad illorũ reſtitutionẽ. l. fructus. cum ibi no. ff. de vſuſcapio. poſſet vſucapi aduerſus iſtud ius petendi. l. in bello. §. ſi qs ſeruũ. de cap. & in l. ſequit̃. §. fructus. eſt text. ſecundùm vnã lec. & ibi Bart. ff. de vſuſcap.

b ¶ Poſt deciſionem. Vide Saly. in d. l. ſi ducẽta. aliàs de certa. ſ. de tranſac.

c ¶ Eos q. Adde quę dixi ſ. e. l. in ciuile. Et ad intellectum huius. l. oĩno vide Bar. in l. furtũ. ff. e. vbi dicit iſtum talẽ receptantẽ non puniri, niſi tanquam præſtantẽ opẽ. qđ no. pro ſtatuto. & vide eũ in l. q vas. §. q furẽ. ff. eod. & qđ not. in l. j. ff. de recep. & bal. hic in tex. in l. crimen. & ibi Bal. C. ad l. Iul. de vi.

d ¶ Quãuis. Intẽtari poteſt actio negotiorũ geſtorũ. l. hęres viri. ff. de nego. geſtis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

## SVMMARIVM.

1 Fur manifeſtus vt quis dicatur, requiritur viſio cum acclamatione.
2 Soluẽs falſo procuratori, quãdo videatur donare.
3 Contra procuratorem falſum recipiẽtem ſolutionem à debitore, qua actione agatur.
4 Soluens procuratori, qui aliàs habebat mandatũ, quãdo liberet̃, & qua actione agat̃ cõtra talẽ ꝓcuratorem recipientem ſolutionem à debitore.
5 Pro eadem re, quando poſsit cõpetere condictio furtiua, & cõdictio indebiti contra diuerſos.
6 In dubio quis nõ videtur conſtituere procuratorem animo transferendi dominium.
7 Procurator recipiens ſolutionem, an in dubio videatur habere bonum animum.
8 In caſu huius legis, cui competat actio furti, & cõdictio furtiua.
9 Caſus in quo per falſum procuratorem quęritur verò domino dominium.
10 Si procurator eſt effectus vnus ribaldus, mandatũ videtur reuocatum.

a
# FAlſus procurator.[a]

Iſta eſt difficilis lex multũ. Falſus procurator recipiendo debitũ furti manifeſti, [b] cõdictione furtiua tenet̃. h. d. ĩ ſumma iſta lex multũ difficilis, & ſubtilis in immenſum, quã no. multũ. ¶ Antequã intrẽ iſtã materiã: quia iſta lex eſt imperfecta, quęro à quo cõuenit̃ furti, an à ſoluẽte, an ab eo cui debebat̃. Gl. breuiter dicit in primo caſu, qñ recipit depoſitũ, facit furtũ creditori eidẽq; deponẽti: quia ipſius erat pecunia. Secũdo caſu, qñ exegit debitũ, facit furtũ debitori ſoluẽti: qa ipſius erat pecunia. Hoc tãgit hic ſcda gl. & gl. magna in prin. Dicã j. latius. dicit̃ hic, furti nec manifeſti. ¶ Opp. ꝙ iſte falſus [c] ꝓcurator teneat̃ actione furti manifeſti: qa manifeſtè recipit pecuniã à ſoluente. Dicũt quidã, ꝙ huic ꝓcuratorꝰ ri fuit ſolutũ de nocte: vł fortè erat cæcus. Alij dicunt ꝙ ad hoc †, vt ſit fur manifeſtus, [d] requirit̃ deprehẽſio, & nõ ſufficit ſola viſio. Truffa eſt. Dic ꝙ ad hoc vt qs ſit fur manifeſtꝰ, reqrit̃ viſio cũ acclamatione: vt l. ſi qs in ſeruitute. ff. e. Vnde hic licet viſus fuerit, tamen contra eũ nõ fuit acclamatum. ideo non eſt fur manifeſtus. ¶ Opp. [e] ſecũdò, dicit̃ hic, exigendo. Contra exigere, eſt ab inuito extorquere: vt l. fideicõmiſſa. §. ſi rem. ff. de leg. iij. Sed falſus procurator non potuit exigere: quia nõ habebat actionẽ, nec mãdatũ: ergo &c. Sol. Hic exegit de facto. Vel dic quòd hoc ponit̃ impropriè: quia exegit à ſpõte ſoluente, vt dictũ eſt. ¶ Opp.
2 extra gl. † qui ſoluit ſcienter indebitũ, videtur donare [f]: vt de condictio. indebi. l. j. de reg. iur. l. cuiꝰ per errorem. Soluit gl. in l. ſi procuratori falſo. ff. de condictio. ob cauſam. & dicit quòd hoc debet intelligi quando fuit ſolutũ ab ignorante eũ eſſe falſum ꝓcuratorem: aliàs videtur donare. Et gl. j. Iaco. de Are. reprehendit iſtam gl. Nam tũc ſoluendo quis videtur donare, quãdo nulla alia præſumptio poteſt eſſe: vt ſi ſoluerit ſciẽter indebitũ tanquã debitũ, certè videtur donare: ſed quando ſoluit falſo procuratori, poſſumus præſumere ꝙ ſibi ſoluerit, vt domino detur: ideo donatio non pręſumitur. argumen. l. cùm de indebito. ff. de probatio. & l. eleganter. §. qui reprobos. de pign. act. ff. de ſoluti. l. ſi cùm aurum. Et hoc videtur tenere gl. ff. de ſolutio. l. diſpenſatorem. Licet doct. non allegauerint hic: certè quando ſoluitur procuratori falſo tanquã procuratori, ſine dubio videtur donare: vt l. ſi nõ ſortem. §. qui filio. ff. de cõdi. indebi. & ff. pro emp. l. qui fundũ. §. ſeruus. verſi. ꝙ ſi ſciuerit. & ſic gl. in l. ſi ꝓcuratori falſo. dicit verũ, reprobata gl. quę eſt in l. diſpenſatorem. & ita ibi tenet Dy. Non obſt. quòd dicit Iaco. de Are. quia poteſt eſſe alia pręſumptio, &c. quia fateor, quando ſolueret̃ ſimpliciter vt Titio: ſed cũ ſoluit Titio vt procuratori, cũ ſciat ipſum nõ eſſe, nõ cadit
5 dicta pręſumptio. Modò intro glo. ¶ Oppo. † de condic. inde. l. creditoris. & l. ſi procuratori falſo. ff. condictio. ob cauſam. q̃ leges dicũt dari condictionem indebi. vel cõdictionem ob cauſam: & ſic videt̃, quòd dominiũ ſit translatũ in accipientem: quia nemo cõdicit rem ſuã, prӕterquã à fure: vt l. vlt. v ſufr. quẽadmo. ca. ergo &c. Malè dicit hęc lex quę dicit dari condictionẽ furtiuã, quę ſoli domino cõpetit: vt l. j. j. de cõdic. fur. Huiꝰ timore dixit Mar. ꝙ licet transferat̃ dominiũ, tñ nõ cõpetit condictio furtiua. Sed hoc eſt falſum: vt d. l. vlti. v ſufr. quemadmo. ca. & j. l. j. de condic. fur. Tamen doct. dicũt ꝙ Mar. antiquus gloſſator illđ nõ dixit, ſed [f] dixit ꝙ furtũ cõmittit̃: & ideo contra furem datur condictio furtiua, & omnis alia: quia omnis condictio contra furẽ degenerat: vt Inſtit. de actio. §. ſic itaq;. Et ſi ſic dixit, bene dixit, et dixit verũ. Gl. tñ videt̃ ꝓ ſolutiõe cõtrariorũ diſtinguere. Aliter dicit gl. aut ſolui ꝓcuratori falſo credẽs me liberatũ: qa credebã eũ ꝓcuratorẽ eſſe in rẽ ſuã: & ſic in eũ tranſtuli dñiũ: & tũc nõ habet locũ actio furti, nec cõdictio furtiua, ſed cõdictio indeb. vt s. de cõdi. indeb. l. creditoris. Aut nõ credebã eũ eſſe ꝓcuratorem in rem ſuam: & tũc aut ſoluit ſibi tanquã ſimplici nũcio, vt portet ad creditorẽ: tunc ſi non portat, cõmittit furtũ, & tenet̃ cõdictione furtiua, & furti: vt s. eo. l. ſi is cui. & l. falſus. § j. ff. eod. Aut nõ ſoluit tãquã ſimplici nũcio, ſed in eũ tranſtulit dominium, vt me faceret liberari: tunc nõ tenetur furti, ſed neq; cõdictione furtiua, ſed tenetur condictiõe ob cauſam, non ſecuta cauſa: vt d. l. ſi procuratori falſo. ij. reſpon. ff. de condict. ob cau. Vide gl. tuam. Iſta glo. bene dicit: ſed non ad propoſitũ. nam hæc lex non loquit̃ in ꝓcuratore in rem ſuã. Item ſecundũ membrũ diſtinctionis, loquitur in ſimplici nũcio: hæc lex loquitur in ꝓcuratore nõ vero. Itẽ tertiũ loquit̃ quãdo fecit quẽdam contractum nõ nominatũ, ſ. do vt facias me liberari. Videndũ eſt ergo quãdo ſoluit̃ ꝓcuratori falſo, vt ꝓcuratori cõſtituto ad recipiẽdã ſolutionẽ: iſto caſu loquit̃ ꝓpriè iſta l. & l. ſi ꝓcuratori falſo, quo caſu dico, ꝙ cõtra ꝓcuratorẽ falſum dat̃ actio furti, & cõdictio furtiua, & cõdi. ob cau. vt d. l. ſi ꝓcuratori falſo. quia oẽs cõdictiones degenerãt cõtra furẽ: vt Inſt. de actio. §. ſic itaq;. Vel ſi diceres hũc ꝓcu
[g] ratorẽ falſum, non habuiſſe animũ intercipiendi pecuniã, dabit̃ tantũ cõdictio ob cauſam. Nã ille, qui accepit vt ꝓcurator, tenet̃ ad duo alternatiuè: vel vt ſe ꝓcuratorẽ oſtendat, vel vt faciat dñm ratum habere. Si igit̃ neutrũ iſtarũ faciat, quaſi cã nõ [g] ſecuta: põt pecunia cõdici. Hic eſt caſus in d. l. ꝓcuratori falſo, & hoc eſt vtile ĩ caſu, in quo ego ignoro vtrũ ſit verꝰ ꝓcurator, vel falſus. nã nõ habeo neceſſe ꝓponere in libello, vtrũ ſit verus ꝓcurator, vel falſus, ſed dicã ſic: qa nõ docuiſti te ꝓcuratorẽ nec feciſti dñm ratum hr̃e: et ſic cã quare tibi ſolui, ceſſat, quare peto, &c. vt d. l. ſi ꝓcuratori falſo. ¶ Sed cõtra hoc opp. in ſimplicẽ ꝓcuratorẽ nõ trãsfert̃ dñiũ, vt l. ſi ego. ff. de neg. geſt. ergo nõ poteſt hr̃e locũ cõdic. ob cau. qa nemo cõdicit rẽ ſuã, vt dictũ eſt. Sol. dicas iſtã ſolutionẽ factã iſti ꝓcuratori eſſe recõciliatã cõſumptiõe: vt dicit̃ in mutuo debito. Vel dicas ꝙ cõdicit̃ poſſeſsio: vt l. ĩdebiti. §. ſed & ſi nũmi. de cõdi. inde. Vel dicas ꝓcuratorẽ habuiſſe animũ intercipiẽdi. nã cõtra eũ cõdictio oĩs degenerat. ¶ Vltĩo opp. ad idẽ. ff. de cõdi. ob cau. l. ſi ꝓcuratori falſo. & l. ſi vẽdidero. §. ſi Titius. de furtis. ¶ Sol. Ibi eſt ſecuta ratihabitio, q̃ extinguit actionẽ furti. & cõdictionẽ furtiuã: hic ſecus. Reaſſumamꝰ ergo qñ ſoluit̃ ꝓcuratori falſo, q nũquã habuit mãdatũ, aut eſt ſecuta ratihabitio aut fuit ſolutũ ab eo, qui ſciebat eũ falſum: aut ab ignorãte: aut ſoluit̃ tãquã ꝓcuratori in rẽ ſuã: aut tãquã ſimplici nũcio. aut ei dedit vt faciat liberari: aut ſoluit tãquã ſimplici ꝓcuratori. & hoc vltimo caſu dic vt s. proxi. dixi. Nõ habetis hic alia. Circa iſtam ptẽ opp. de l. cũ quis. § j. ff. de ſolu. So
4 lu. Ea † quæ dixi, habent locũ in procuratore funditus falſo, qui nũquã habuerit mandatum: ſed in l. cõtraria fuit mandatum reuocatum in eo, qui habuit mandatum. quo caſu diſtingue. Aut procurator habuit ab initio bonam fidẽ: & ſoluẽs liberat̃ in contineti. Aut habuit animum intercipiẽdi: & tunc

### P. P. AV. P.

a ¶ Falſus procurator. Hãc legem repetit Ange. Itẽ qs dicat̃ falſus ꝓcurator, vide aliqua per Iaſo. in l. ſi ꝓcuratore falſo ĩ iiij. col. de condic. ob cãm.

b ¶ Manifeſti. Vide gl. in c. ex parte. de reſcri. Bal. in c. j. §. iniuria. in verſi. ſeu furtum. de pac. iur. fir. vł facere feſtum de iſto tex. quẽ dicit ſatis ꝓbare: qui dicit ꝙ falſus ꝓcu 1 rator non dicit̃ facere furtũ manifeſtũ.

c ¶ Falſus. Et quot modis dicat̃ falſus ꝓcurator, vide hic et no. Bal. in l. licet. circa prin. s. de ꝓcu. & ibi vide Alc. & vide Bar. in l. fin aũt. §. itẽ ſi fundũ. ff. de neg. geſt.

d ¶ Fur manifeſtus. qs dicat̃ fur manifeſtus, adde Bar. in l. ij. ff. eo. & Bal. hic in iiij. opp. adde ꝙ ſufficit ꝙ fuerit viſus, inſultatus, ſecundũ acclamationẽ. Probat̃ in l. ſi qs in ſeruitute. Itẽ ſufficit ꝙ ſolũ apprehẽdat̃: vt ibi. & in l. ij. cum ſeq. eo. tit.

e ¶ Opp. ſecundò vide ad hoc gl. in l. j. s. qđ met. cau. & in l. ſi cũ dotem. §. ſi poſt ſolutũ. ff. ſol. matri.

f ¶ Videtur donare. An ſoluens ſciẽter indebitũ videat̃ donare, vide qđ notat Bal. in l. ſi ꝑ ignorãtiã. s. de cõdic. inde. vult ergo hic bart. ꝙ ſoluẽs ſciẽter indebitũ nõ repetit. Vide Bal. in d. l. diſpenſatorẽ. & Bal. hic in ver. quartò quęrit̃. intellige qñ ad idẽ intẽdebat animꝰ recipiẽtis. alś non poſſet eſſe donatio. vt no Bar. in l. j. in j. col. ff. de donat. & Bal. hoc declarat in verſi. quartò q̃rit̃. in ij. col. ibi tñ doc. dicũt. Vide Bar. in l. quoniã. ff. de condi. fur.

g ¶ Vel ſi diceres hũc ꝓcuratorẽ. Bal. hic reprehendit Bar. in vj. opp. in princ. iij. col. ibi ergo nõ põt habere locũ cõditio, ſed Barto. in l. ſi ꝓcuratori falſo. in iiij. q. ff. de cõdi. inde. De hoc alle. gl. in terminis. Vide ibi ĩquãtũ ad hoc, vt ſciamus, Idẽ tenet Bal. in d. l. ſi ꝓcuratori falſo.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tunc ſoluens non liberatur ipſo iure, ſed ope exceptionis: teneť tamen ce dere creditori actionem furti, & condictionem furtiuam, quã habet contra illum procuratorem, vt ibi patet. In iſto ergo procuratore, qui habuit mandatum, ſed fuit reuocatum, concurrunt quaſi omnia membra diſtinctionis, quam ego dixi ſ. in procuratore funditus falſo. Quantũ ad hoc, vt ſciamus vtrum ipſe teneatur condictiõe furtiua vel furti, debemus diſtinguere: Aut ſolutum eſt ei ſcienter, aut ignoranter: vt dixi in procuratore funditus falſo. Aut fuit ſolutũ tanquã procuratori in rem ſuam, aut non: iſtud membrum non cadit hic. Nam in procuratore in rem ſuam nõ cadit reuocatio: vt l. illam. j. de dona. Si poneremus reuocationem illam factam eſſe vtroq; ſciente, vel cõſentiẽte: omnia illa membra hic poſſunt adaptari per eaſdem leges, ſed quãtum ad hoc, vtrũ ſoluens liberetur à creditore vel non, eſt differẽtia: quia in procuratore funditus falſo ſoluẽs nullo mo

4 do liberatur: vt l. qui hominẽ. §. ſi nullo. ff. de ſol. In eo verò [a] ꝙ habuerit mãdatum, ſed eſt reuocatũ, adhibeť diſtinctio quæ poniť in d. l. cùm quis.

5 & ſ. dixi. ¶ Opp. ff. de fur. l. ſi vendidero. §. ſi Titius. Solut. † Omnia quæ dixi ſ. habent locũ, quãdo falſo ꝓcuratori ſoluiť debitum [b]: lex cõtraria

b loquiť quãdo ſolutũ eſt indebitũ. quo caſu debes notare differẽtias tres. Prima, quia qñ ſoluiť debitũ, ratihabitio ſequẽs tollit actionẽ furti, et cõdictionẽ furti: vt l. ſi procuratori falſo. ff. de cõdic. ob cauſ. Secus qñ ſoluiť indebitũ: vt d. §. ſi Titius. Secũda, qa qñ ſoluiť debitũ, ratihabitio ſequẽs parit debitori liberationẽ. Sed qñ ſoluiť indebitũ, ſequẽs ratihabitio parit cõdictionẽ indebiti debitori: vt d. §. ſi Titius. Et ex his duabus differẽtijs reſultat vnũ mirabile, ꝙ pro eadem re competit cõdictio furti, quę dať domino: & cõpetit cõdictio indebiti cõtra diuerſos. Huius ratio eſt, quia prima cõdictio fur. fuit nata cõtra ꝓcuratorẽ falſum cõtrectantẽ. quæ nõ tollit: licet per ſequentẽ ratihationem dominiũ à debitore auferať: quia hoc fit abſq; facto ſuo: vt l. & ideo. ff. de cõdic. fur. cõdictio verò indeb. dať cõtra illũ, ad cuius vtilitatẽ fuit facta ſolutio: cui per ratihabitionẽ quæſita eſt pecunia: vt d. §. ſi Titius. Tertia differẽtia eſt: quia in ĩdebito nõ diſtinguimus, vtrũ procurator ſit funditus falſus: an ab initio habuerit mãdatũ. Ratio: qa nunquã videť mandatũ, vt indebitum recipiať, niſi hoc eſſet expreſsè dictũ: vt l. ſi procu. de cõdic. inde. Et ſi hoc eſſet dictũ expreſsè, nõ poſſumus tractare de liberãdo ſoluẽtẽ, qñ indebitũ eſt qđ ſoluiť. ſi tractaremus de inducẽdo cõdic. indeb. vel de danda cõdi. fur. ſeu cõdi. ob cauſ. diſtinguemus per omnia, prout eſt diſtinctũ ſuprà, qñ ſoluiť debitũ, per eaſdem leges, præterquã in eo qđ ratihabitione cõdic. fur. nõ tolliť, nec etiã

6 act. furt. vt dictũ eſt ſ. ¶ † Quæro, circa iſtã materiã dixi ſ. aut quis ab initio cõſtituit procuratorẽ animo transferẽdi dominiũ, aut nõ: quid in du-

c bio? [c] Dicunt quidã, ꝙ in dubio videť eſſe animus transferẽdi dominiũ: vt l. dotis fructus. §. ſi. cũ l. ſeq. ff. de iure do. Cõtrariũ puto in dubio, per l. ſi ego. ff. de nego. geſt. Non obſtãt allegata in cõtrariũ: quia ibi procedebat titulus habilis, quare in eũ dñium transferať: ſed per eũ in dñm. Item quę

7 ro, † quia ſ. dixi, aut ꝓcurator habuit bonũ animũ ab initio, aut nõ: quid

d in dubio? [d] Rñ. hoc perpendemus eſſe ex geſtis poſtea poſt procuratorem: aut enim portauit ad dominũ ſtatim: ſed fortè eũ non potuit reperiri. aut domino portauit, & poſtea interuertit: tunc præſumiť ab initio bono animo feciſſe: aliàs præſumať aĩo malo: vt ſ. eo. l. ſi is cui. & ff. ad Maced. l. ſed

8 Iulia. §. proinde ſi acceperit. ¶ Quæro, † & reuoco in dubiũ pro perficienda hac lege. cui cõpetat actio fur. & condi. fur. in caſu l. noſtræ. Rñ. ꝓut loquiť in eo qui recepit depoſitũ propriè, ita ꝙ dominiũ nõ ſit trãslatũ ĩ depoſitariũ: tunc actio fur. & cõdic. furt. cõpetit deponẽti, nõ depoſitario, ſi nõ fuit in dolo, quia nõ interſit ſua. Itẽ ſi fuit in dolo, nõ haberet actionẽ ex improbitate ſua: vt dicit ſecunda glo. huius l. in procuratore verò, qui recepit debitũ, debemus aduertere, aut ſoluit ſibi vt nuncio: & dic vt habuiſtis no. in l. ſi is cui. ſ. eo. aut vt ꝓcuratori ſimplici, cùm in veritate nũquã fuit procurator: & tunc actio furti cõpetit, & cõdictio furt. debitori ſoluẽti: vt d. l. ſi vendidero. §. ſi Titius. ff. eo. Si verò fuit ꝓcurator, ſed reuocatus: tunc idem, ſi ab initio habuit malũ animum: ſed ab initio habuit bonũ animũ: ſtatim fuit quæſitum dominiũ pecuniæ creditori: & ſi ꝓcurator poſtea interuertit, ipſi creditori tenetur actione fur. vel cõdic. fur. vt

9 d. l. cùm quis. §. j. Ex iſto † caſu inſurgit vnũ mirabile, quod ꝑ falſum procuratorem acquiritur domino dominiũ. Huius ratio eſt fauor liberationis. Cum enim lex velit debitorem ſoluentem falſo procuratori liberari: per conſequens vult per illum falſum procuratorem quæri dñium pecuniæ dño: vt no. in l. ſi qs ſeruo. ff. de ſol. & l. cùm quis. §. j. eo. ti. licet gl. videatur dicere cõtrarium in l. acceptam. ſ. de vſuca. ſed non bene. ¶ Quid ſi

10 mandatum † non fuit reuocatum expreſsè: tamen procurator conditionẽ ſuam mutauit: quia eſt effectus quidam ribaldus, an per hoc videať mandatum tacitè reuocatũ? Doc. dicunt ꝙ ſic: vt l. ſi cùm Cornelius. ff. de ſol. & l. cùm quis. in prin. eo. titu.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ In delictis quæ trahi poſſunt de facili in exemplum, punitur factum, licet non ſit perfectum.

2 Cui non congruit diffinitio, nec diffinitum.

3 Caſus, in quo habet locum actio furti, non eſt factum furtum, nec res eſt furtiua.

4 Statuta quòd recipiant interpretationem extenſiuam paſsiuè ex identitate rationis.

5 Si per ſtatutum induceretur noua forma teſtandi, in eo habebit locũ lex

a ¶ In eo vero. Contra tenet Bar. in d. l. ſi procuratori falſo. in iiij. col. & ex his duabus: &c vide omnino Bar. in l. quoniam. ff. de condic. furt.

b ☞ Soluiť debitũ. Deficiunt hic pleraq; verba, quæ in Venetis codicibus hoc pacto legimus. Sol. oĩa quæ ſ. dixi. habẽt locũ qñ falſus ꝓcurator accepit debitũ ſinaũt indebitũ, tũc habes plures differẽtias. Prima qñ ſoluiť debitũ, ratihabitio ſequẽs tollit actionẽ furti. & condictionẽ furtiuã. l. ſi procuratori falſo. de condi. inde. ſecus qñ ſoluiť indebitũ. Item quia qñ ſoluit debitum, ſequẽs ratihabitio inducit liberationẽ, & tollit condictionẽ ob cãm natã debitori: ſed qñ indebitũ, ſequens ratihabitio parit debitori cõdictionẽ indebiti cõtra dominum ratũ habentẽ: vt d. §. ſi Titius. Et ex his &c. & nota hæc & aduerte. Alex. Loſæus. Auil.

c ¶ Quid in dubio. Adde Bar. in d. l. ſi procuratori falſo. ad fin.

Falci. Trebel. materia de acquirenda hęreditate et ſimilia.

e **SI quis ſeruo.** [e] In delictis

1 quæ † trahi poſſunt facilè in exemplum, punitur factum: licet non ſit perfectum. hoc dicit. Diuiditur. Primò poniť thema, & quæſtio. Secundò determinatio quęſtionis. Tertiò reſponſio ad quædam iura, quæ videbantur facere in contrariũ. Secũda ibi: nobis. Tertia ibi: licet enim. ¶ Nota ꝙ punitur affectus, licet non ſequatur effectus.

2 ¶ Nota hic, † quòd cui non cõgruit diffinitio, nec diffinitum. Vides enim quòd illud non eſt furtũ,

3 cui nõ cõgruit diffinitio furti. Tertiò no. † caſum, in quo habet locum actio furti: nec factum eſt furtum, nec eſt res furtiua. ¶ Opponi. de l. j. in fine. ff. quod quiſq; iur. Potes dicere, quòd iſtud eſt delictum atrox: & ſic non habet locum illud dictum. Non punitur affectus, &c. vt lege, ſi quis non dicam rapere. ſ. de epiſco. & cleri. aliàs videtur ſpeciale hic, propter rationem, quæ in fine legis po-

f nitur. ¶ Quæro, an id, quod dicitur [f] hic de ſeruo,

g habeat locum in filio. Gloſſ. dicit quòd ſic [g], in l. & non tantùm. §. primo. ff. de ſer. cor. Vide gl. hic

d ¶ Quid in dubio. Quomodo cognoſcatur an falſus procurator acceperit pecuniam à debitore bono animo, vel malò, adde Bart. in l. cùm quis. §. j. ff. de ſol. in v. col. ibi ex iſto caſu inſurgit vnum. Idem tenet Bart. in d. l. ſi procura. vide Bal. hic in vij. & viij. oppo.

e ¶ Si quis ſeruo. Quid ſi ſeruus perſuaſit alteri vt fugeret? vide hic Azo. in ſumma in l. qui ſeruo. ff. eodem titu. Adde Bald. de eo qui dedit cõſilium ad maleficium, quòd ſi eſt ſubſecutum, eius conſi. cclvj. iiij. li. & vide Pau de Caſtr. conſi. cxcij.

e ¶ Si quis ſeruo. Vide Ludo. Roma. in conſi. ccviij. pro extenſione de qua hic. Andre. Barba.

f ✠ P. P. A. V. P. ¶ Quod diciť. Adde circa intellectũ regulæ iſtius tex. ꝙ duo caſus æquiparantur à lege antiqua &c. & ea quæ ponũt mod. in §. ex maleficijs. in gl. in verbo, in iudiciũ iuſtitia. de act. vbi limitãt procedere ſolũ qñ in eadẽ materia erãt æqparati à iure antiquo: ſec⁹ ſi in diuerſa. Itẽ limita ꝓcedere vbi ĩ eadẽ, Ro. cõſi. ccxx. Itẽ circa intellectũ hui⁹ regulę, vide Ro. oĩno in cõſi. clxxix. in iij. & iiij. aſs clxxvij. Itẽ intellige eã procedere in materia etiã pœnali & odioſa. Sec⁹ in correctoria vide ſingulariter Ioan. de Ana. cõſi. ccvij. ad fi. In cõtrarium ꝙ imò procedat etiã in correctorijs & pœnalibus, vide Iaſ. in l. tranſigere. in v. col. C. de tranſact. Item duas limitationes & de regula vide Decium in c. translato. colum. ij. de conſtitu.

g ¶ Quod ſic. Et ſic facit iſta gloſſ. ꝙ in criminalibus procedatur de ſimilibus ad ſimilia. qđ dicas verùm eſſe quo ad ęqparata. ſiue loquamur in ſtatutis, ſiue in conſuetudinibus pœnalibus. text. ſt melior de iure ſecundũ Bal. in c. j. in §. porrò. quę fuit prima cauſa benefi. amit. Hoc dictum non habet locum ſecundùm eum, vbi duę pœnę imponuntur habito reſpectu ad priuilegium alicuius perſonę: quia tunc nulla poteſt fieri extenſio de ſimilibus perſonis ad ſimiles, de caſibus ad caſus. iſta eſt gol. ordin. ſin. Inſtitu. de actio. §. item miſta. quę incipit, ſi in iudicio. quam gloſſ. tenementi, ſecundùm Bal. & adde ſimilẽ in l. fi. in ver. aureos. de in ius vocan. Adde quę dixi poſt Bar. in l. iura iuncta l. non poſſunt. ff. de legib. & has extenſiones de ſimilibus ad ſimilia intelligas procedere, vbicunq; in ſtatuto, vel lege ineſt ratio ciuilis, vel naturalis. ſecundũ no. per Barto. in l. j. in princ. ff. vti poſ. & per gloſ. & docto. in l. j. eodem titu. & per eum in §. Cato. Ita videtur velle Bal. in d. §. porro. Adde quod refert Bal. in c. j. an maritus ſiue vxor in benefi. ꝙ quando hęres traheretur retro, ꝙ tunc trahitur de ſimilibus ad ſimilia, quam legem trahi retro non eſt ęquum. Allegat Ioan. Mo. in c. deteſtanda. de conceſ. pręben. lib. vj. Item adde ꝙ in pœna priuationis videtur ꝙ nõ poſsit ꝓcedi de ſimilibus ad ſimilia: quia illa nunquã ĩponiť, niſi lex hoc expreſsè dicat. in auť. de nõ eligẽ. ſe. nub. §. ſi autẽ nõ valuerint. no. Bal. in auť. ex teſtamẽto. ſ. de ſec. nup. Itẽ adde quod no. voluit Bal. in l. de his. ſ. eod. & in l. ſi fugitiui. ſ. de ſer. fugi. Et reperio quod Inno. in c. qualiter & qñ. de accu. in v. colũ. tenet expreſsè, ꝙ in pœnis criminalibus ꝓcedatur de ſimilibus ad ſimilia, & nihil allegat. Adde Bald. in l. illa in princip. j. de col. & quod not. gloſſ. in d. l. fin. de in ius voc. & quod no. Bald. in l. de his, ſ. eo. & quod dixi in l. Gallus. in §. & quid ſi tantùm. de libe. & poſt hu. Et quòd in criminalibus procedatur de ſimilibus ad ſimilia, vide Bald. in l. ſi quis non dicam rapere. in princip. de

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

epi, & cle. & vide Bal. in l. ſi te. ſ. de inſa. & in l. trāſigere. in iiij. col. in fi. ſ.
de tranſac. Et an ex identitate rationis pœnalibus fiat extenſio: vide ali-
quid per Imo. in l. infamē. de publi. iudi. & per Bal. in l. j. j. de interdi. vbi
omnino vide. & hic, per Bal. Et quòd procedatur etiam in criminalibus,
tenet etiam Bal. in l. ij. in prin. quæ ſit longa cōſuetu. & in l. data opera. in
viij. col. Sed ī ſtatu
tis pœnalib⁹ exor-
bitantibus, nullo
modo fit extenſio. a
ſecundū Bal. in l. ſe
cunda. in ij colū. de
pa. qui fil. diſtra. Et
ſtatutum loquens
in furto locū habet
ex maioritate ratio
nis ī ſacrilegio. bal.
in l. ij. ſ. eodem. &
de materia per Ia-
co. de Bel. in l. ſi qs
non dicam. de epiſ.
& cle. per Imol. in
§. de viro, & ſecun
dum regulam, de
qua hic, videlicet
quòd lex noua ſu-
perueniens in vno
ex parificatis, de iu
re antiquo extēdit
ad illud parificatū.
limita nota, niſi tra
ctem⁹ de remedio,
aut actione conce-
denda. Glo. eſt ſin-
gu. in authenti. pre
ſbyteros. Adde q̃
dicit do. Abb. in c.
de multa. de præ-
ben. in gl. in ver. in
eadem eccleſia. ibi:
cōtrariū credo &c.
vbi ꝓbatur, quòd
vbi ſunt duo à iure
æquiparata, pœna
addita in vno, vide
tur addita in alio.
Tex. cum gl. in c. ſi
poſtquā. ī fi. de ele.
in vj. & no. ad ma-
teriam, ꝙ qñ ſunt
duo à iure cōi equi
parata, ꝙ ſtatutum
in vno, etiā contra
regulam iuris cōis,
habet locū in alio:
vt videt̃ velle gloſ.
in l. quod vero. ff.
de legi. & Bar. hic,
& in l. Marcellus.
in prin. ad Trebel.
quod eſt verū, quā
do æquiparatio eſt
reciproca: ſecus ſi eſſent tantū in vno, vt ſi lex, vel ſtatutū, dicat, ꝙ diſpo-
ſita in magnatibus, habeant locum in popularibus: quia non erit econuer
ſo. l. ij. j. cōia de lega. no. Bar. in l. j. de leg. j. Item eſt verum, niſi lex loquat̃
taxatiuè. Probatur in l. fi. vbi eſt facta exenſio ciuilis. Et vide in aut̃. quas
actiones. in cor. vnde ſumitur. de ſac. ſan. eccle. Et videtur de mente Cyn.
in d. aut̃. quas actiones. & ibi refert Bar. in ver. modo quæro. licet Bal. &
alij contra. & Bal. in d. l. fi. in j. q. Item fallit, niſi patiēs non eſſet in vtroq;
diſpoſitū l. j. §. lex. ff. ad l. falci. & ibi Bar. & vide ad Bar. hic omnino Bar.
in l. ſi conſtante. in iij. q. ſoluto matri. vbi videtur velle hoc verum, etiam
in diuerſa materia. Adde Bar. in d. l. non tantū. §. j. Et de huius, & illius le
gis intellectu vide Inſti. de act. §. duplum. circa prin. per modernos à con
trario ſenſu. Adde Roma. conſi. cccxcij. Et vide etiam tu Alex. de Imo. in
conſi. cxxxvij. col. fi. ver. corroboro. in j. volu.

a ✠ POMATES. ¶ Identitatem rationis. Quid in caſu fauorabili, aut
odioſo, an poſsit extendi ex identitate rationis: vide latè Roma. in repeti
tione aut̃. ſimiliter. in xxix. ſpeciali piæ cauſæ inter vltimas volūtates. in-
frà ad l. falci.

b ¶ Manifeſtiſsimi. Nota quod vulgariter dicitur. vide Bart. in l. ſciendum.
§. ſed & qui. ff. qui ſatiſda. cog.

in fi. Vides ergo ſecundū hanc l. noua & odioſa, &
cōtra regulas iuris cōis inducta, extendit̃ per idēti
4 tatem rōnis.[a] Et ſic facit ꝙ† ſtatuta recipiunt inter
pretationem extēſiuā, etiā ad id, cuius cōtrariū eſt
diſpoſitū à iure cōi. Sed cōtrariū dixi tibi in l. præ-
cipimus. in fi. j. de app. & in aut̃. quas actiones. cū
glo. ſ. de ſac. ſan. eccle. Sol. Dic ꝙ nō eſt noſtrū hāc
legē extendere ad filiū. Sed lex antiqua eſt illa, q̃
hanc legē extēdit. nā dicit l. & non tantū. §. j. ff. de
ſer. cor. quicqđ dicit̃ de ſeruo, habeat locū de filio.
Illa lex ergo eſt illa, quæ extēdit hāc: nō ergo iſta
ſe extendit, ſed extendit̃: & ſic interpretationē ex
tenſiuam recipit paſsiuè, non actiuè. ¶ Ex hoc di-
5 co, ſi† p ſtatutū induceret̃ noua teſtādi forma: an
haberet locum lex Fal. & Trebellianica, & mate-
ria de acqui. hære, & ſimilia in illo teſtamēto: certè
ſic. Nam tunc patitur ſtatutū interpretationē ex-
tēſiuā paſsiuè: quia lex ſe ad ſtatutum extēdit, nō
ſtatutum ad legem: vt l. j. §. j. ad l. fal. Dixi plenè in
l. oēs populi in materia interpretationis extēſiuæ.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Argumentum à contratio ſenſu, eſt ex inter-
pretatione.

2 Bonæ fidei poſſeſſor dicitur, qui cogitatione do-
mini poſſidet, putans ſe dominum.

3 Diſtingue tempora, & concordabis ſcripturas.

Apud antiquos. Eius ſer
ui gr̄a, pro quo qs pōt actione noxali conue-
niri, pro eius facto noxali agere nō pōt
illo tempore, ſed poſtea ſic: pro facto liberi homi-
nis, actio noxalis nō cōpetit. h. d. Tota iſta lex di-
uiditur in duas partes principales, Prima loquitur
de ſeruo. Secunda de libero homine bona fide poſ
ſeſſo. Secunda ibi: de eo aūt qui liber. Item hæc pri
ma ſubdiuiditur: quia primò ponit duas q̄ones. Se
cundò ponit amplificationē ad illas q̄ones cuiuſ-
dam regulæ iuris antiqui ſecundū antiquos. Ter-
tiò ponit amplificationem ſecundū ſe authorē hu
ius l. ex qua colligit̃ quæſtio, non ſolutio. Quarto
concludit ad propoſitū. Scđa ibi: cunq; generalis.
Tertia ibi: nos aūt. quarta ibi: ſi igitur. ¶ Nota ex
tex. iſto ibi: quidā ita per coniecturā, &c. cū gloſſ.
1 ſua, quod arg. † à contrario ſenſu eſt ex interpre-
tatiōe. quod multum no. ꝙ plenè dixi in l. omnes
populi. ff. de iuſti. & iure. Allegaui tibi hunc text.
& vide tex. ibi: poſſeſſor domini cogitatione, &c.
2 ¶ No. † ꝙ ille dicit̃ bonæ fidei poſſeſſor, qui domi
ni cogitatione poſſidet, putās ſe dñm. & hoc eſt in
ver. cū igit̃. tex. ibi: ipſe ea teneri nō poteſt. melius
formaret regulam ſcđm qđ ſ. formata eſt: & ſic di
3 rectè adaptaretur ad prædicta. ¶ No. † qđ vulga-
riter dicit̃. Diſtingue tempora, & cōcordabis ſcri-
pturas. Hic in §. nos autem. ibi: & ſic ex tempore.

c ✠ P. P. A. V. P. ¶ Idem ſi dubitat. Nota tamen ꝙ in contractibus
dubitans non æquiparatur ignoranti, ſecūdum Bal. in c. j. §. in perpetuū.
per quos fiat inueſt. Vide etiā tex. in materia, & ibi Bal. in c. vaſallus feu-
dum, ſi de feu. fuer. controuer. Item adde quòd dubitans, qui de facili po-
teſt certificari non excuſatur, licet ſit ſecus in errante. Vide Iaſ. in l. ſi per
errorem. in iij. col.
in ij. notabi. ff. de
iuriſdictio. omniū
iudicum. vbi ponit
rationem diuerſita
tis, & ibi etiam in
ij. colum. in j. am-
plia. ponit concor-
dan. ad regulā hic
poſitam. & latius
de iſta regul. quòd
dubitans & igno-
rans æquiparētur,
vide Iaſo. in l. diui
næ. in j. & ij. col. &
de condict. indebi.
in l. iij. §. genera. de
acquirenda poſſeſ.
aliqua ponit. Vide
quæ dicit Areti. in
l. ſi quis in domi-
no. ff. de teſta.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Titulus excuſat à fructibus percipiendis.

Nos autem. Vltimò dominus Cyn.
inducit hunc §. ad quæ-
1 ſtionem. Titulus † excuſat à fructib⁹ percipiēdis:
ideo ſi poſſeſſor pro parte temporis haberet titu-
lum, pro parte tenebitur de percipiendis, pro par-
te non. Sic dicit do. Cy. hic.

Manifeſtiſsimi.[b] Primò
ponit vnam regulā generalē. Secundò, deter-
minat tres quæſtiōes iuxta dictā regu-
lam. Secunda ibi: poſt principium, ſed quærebā-
tur, &c. ¶ Item, ſecūda ſicut determinat tres quæ-
ſtiones, ita habet tres partes. Secunda ibi: ſed cùm
in ſecunda. Tertia ibi: cùm autem in cōfinio. Re-
deo ad primam partem: & prima eſt facilis: ideo
non eget ſummario. ¶ Ad iſtam regulā examinā-
dam opponit gloſ. de l. is cui. & l. cum qui. in prin.
& l. qui vas. §. ſi ego. ff. eo. Huius timore glo. tua li
mitat iſtam regulam, vt habetis in ea. quam vide
Aduerte: iſtas limitationes poſſemus examinari,
ſed eſſet multùm longum. & dic vt plenè dixi in
l. itaq;. fullo. ff. eodem.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Simplicitas placet.
Simpliciter dicitur, quod eſt ſine diſtinctione.

2 Per electionem vnius iuris, quis non videtur alte-
ri renunciare.

Sed quærebatur. Si res cōmodata
ſubtrahit̃, eſt in
electione domini, vtrum agat contra furem, an cō
tra cōmodatarium: & vno electo, cōtra alium age
re nō poterit, ſi ſciens fuerit: ſecus ſi fuerit neſciēs,
vel dubitans. Hoc dicit vſq; ad §. ſed cùm in ſecū-
da. Diuiditur iſte §. in tres partes. Primò ponitur
thema, & antiquorum opinio. Secūdò determina
tio. Tertiò limitatio ſuæ determinationis. Secūda
ibi: tales. Tertia ibi: ſi autem neſciens. ¶ Nota ex
hac lege primò, quod dixi in ſummario. ¶ Secun-
1 dò no, † ſimplicitatem placere. Et ſimpliciter dicit̃
quod eſt ſine diſtinctiōe. quod no. facit ad quæſtio
nem quā dixi tibi in l. j. in. j. q. ff. de vulg. & pup. et
de verb. obl. l. inter ſtipulātē. §. j. ff. de ver. obli. ibi
ſimpliciter amittit. & de ver. obl. l. j. §. ſi qs ſimpli
citer. vbi gl. exponit ſimpliciter: id eſt, purè. Facit
ff. eo. pro ſoc. l. cōuenti, aliàs, coiri. facit j. de fideic.
2 l. eam quam. ¶ Nota etiā, & tene menti: † quia ali-
bi neſcio. Qui eligit vnū ius, nō videtur renūciare
alteri iuri, quod ignorat ſibi cōpetere: vt l. mater.
c de inof. teſt. idē ſi dubitat.[c] Caſus eſt hic ꝙ nō[d] vi
d det̃ renūciare alteri iuri, qđ dubitat ſibi compete-
re. ibi: ſi autē neſciēs, vł dubitās, &c. Et hoc neſcio
e alibi. & ideo tene mēti[e]. ¶ Ad legē noſtrā opp. de

d ✠ POMATES.
¶ Caſ⁹ eſt ꝙ nō. qui
eligit vnum ius, nō
videtur alteri renū
ciare qđ ſibi igno-
ranti, vel dubitan-
ti competit. Facit
glo. in l. j. in glo. fi.
in verbo, ceſſat. ff.
de condict. indeb.
Vide omnino in l.
in. §. fina. in iiij. col.
ff. de acquirē. poſ.
& in l. quandiu. in
princip. C. qui ad-
mitti. Facit gloſ. fi.
in l. prima. ī verbo,
ceſſat. ff. de condic.
indebi. & tex. in l.
ij. ff. quis ord. in bo
no. poſſeſſ. ſer. & ali
quid per Iaſon. in
l. cum quibus. ſ. de
iu. & fac. ignoran.
& vide ad iſtū tex.
Bal. in l. leges ſacra
tiſsimæ. ſuprà, de
legi. vbi vult p iſtū
text. quòd ita par-
catur dubitanti, ſi
cut ignoranti. quē
ſequitur Ioan. de
Ana. conſil. lxxij.
incip. viſis & con-
ſideratis quæ in facti narratiōe. in vltima col. Et pro hoc facit, quod vult
Decius poſt do. Chriſtopho. Caſtillo. ibi in l. prima. ſuprà de pac. in ſolu.
nec vas. infrà, de cap. & poſtl. reue. quam intelligunt, ꝙ ibi re vera mor-
tua matertera, ſi tamen erat penes contrahentes debitum. Et ſic volūt, &
ex illo dicto potes notare, quòd de dubio aliquando iudicamus vt de ſciē
te: quia ſicut ille, qui ſcit de vita alicuius, non poteſt ſuper eius hæreditate
paciſci: ita nec dubitans. & imo in dubio ita loquamur ſecundū ſubiectā
materiam. Et vide Bal. in l. fi. ſ. de condictio. indebi. & Bal. in c. j. §. perſo-
nam. in tit. per quos fiat inueſt. vbi limitat vt non habeat locum in dubi-
tante qualitatē perſonæ, cū qua cōtrahit: quia de eo iudicamus non vt de
ignorante. Et vide aliquid per Alexan. cōſi. xl. col. ij. volu. v. & vide text.
& ibi Bart. in l. j. j. de teſta. & Feli. in c. paſtoralis. colū. vij. ad fi. de except.
& Barto. conſi. lxxij. & conſi. lxxxviij. Feli. in c. ſi. co. vj. ad fi. de præſcrip.
& Barb. conſi. xvj. col. iij. volu. ij. & vnum verbum per do. Præp. Alex. in
c. non eſt. §. is itaq;. diſtin. vj. & in c. quo iure. col. iij. diſtin. viij. & Iaſ. latè
in l. quādiu. in prima & ij. co. j. qui admit.

e ¶ Quod tene mēti. Nota ꝙ eligens vnum ius, nō videt̃ renūciare alteri, de
quo ignorat, quod neſcio alibi. Et an ignorans, & dubitans æquiparen-
tur, vide qđ not. ſ. de cōdi. inde. l. fi. & not. Bal. ſic allegātem iſtū tex. in l.

l. vt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

leges ſacratiſsimæ, & etiam dicit hic Cy. & Bal. ꝙ omittens opponere exceptionē ꝓpter dubitationem, poteſt eam opponere cū primum eſt de ipſa certificat⁹. & intelligit iſta Bal. hic, niſi potuiſſet ſe certificare, & noluiſſet. Et vide q͂d no. dicit Bal. in l.j. in iiij. colū. in fin. ſ. de fal. cauſa adiec. leg. Et addicta de igno rā te, vide Bart. in l.ij. in verbo, procedo. in gloſ. ff. ſi quis in ius vo. non ie.

✠ P. P A V. P.

a ¶Poſſeſsionē. Vide oīno moder. in §. ſed iſtę. in vij. co. Inſtit. de actio.

✠ POMATES.

b ¶Contra caſum d. l. Alex. in cōſil. cc. col. ij. vol. ij.

c ¶Afficit emptorē. & hoc etiam tenet Bal. ī effectu, & bene dicit, in d. l. inciuilem. Pro quo facit quod ipſe Bald. nota in l. ancillæ. ſ. eo. et l. cū qui. §. p̃tor. de Publicia. Adde do. Abb. in c. ſi diligenti. de pręſcri. & Pau. de Ca. in l. & ideo. §. fi. ꝑalle. ibi, tertiò quærit gl. Vide hic latius per Bald.

✠ POMATES.

d ¶Credo q͂d nō. Vide Alexā. cōſi. cxviij. in prima colū. vo. ij. & Barba. cōſ. xlij. col. iij. & trib⁹ ſeq. vol. ij. & Alex. l.j. in prin. vol. j. & ccxix. col. iij. vol. ij.

e ¶Qualiter operæ. & adde nota. p gl. et Bar. in l. iuriſiurā di. in fi. princ. ff. eo.

✠ POMATES.

f ¶Vltimā ptē. aliqd permittif cā. neceſsitatis q͂d aliàs nō pmitteretf. Adde Barba. in c. nulli. extra, de pigno. vbi ponit Roma. ſimilia vbi Alexan. a hic in apoſtil. ad Bart. Adde gloſ. in cle. ij. ad finem. de b regula. Adde ꝙ ꝓbat tex. ſcd̃m ītellectū Gul. in l. præſides. in fi. ff. ſi cert. pet. & ꝙ ibi no. do. c Alexā. quam legit d cum l. præcedenti. Adde text. in l. alienatiōis. ff. fa. erciſc.

l. vt omnes. §. ſi ſeruus. & l. itaq; fullo. §. fi. ff. eod.
Sol. Hic loquif in cōmodatario, qui nullū ius habet in re. Contrariū loquif in creditore, & vſufructuario, qui habuit ius in re: & ideo actio furti cōpetit tam dño ꝓ iure dñij, quā creditori, & vſufructuario ꝓ iure ſuo: vt l. cōtraria. ¶Cōtra hoc op. & vr̃ ꝙ idē in eo, q nō habet ius in re: vt in l. fullone, vt l. itaq; fullo. in prin. ff. e. & Inſt. de obl. q̃ ex delic. §. furti. Sol. Aliud in fullone, & ſarcinatore: aliud in cōmodatario. Ratio quia fullo & ſarcinator ineunt cōtractū ratione vtriuſq;, ideo ſimpliciter ſubuenitur commodatario ratione ſui tātūm.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Cōmodatarius quòd exigat rem à fure, quomodo intelligatur. nume. 3.
2 Qui ſentit onus debet ſentire cōmodū, & ecōtra.
4 Pro poſſeſsione rei mobilis amiſſa, nullū interdictū poſſeſſoriū eſt ītroductū: ſed alia remedia ſic.
5 Si ad aliquē ꝑuenit poſſeſsio ſine vitio ei⁹ rei, quā ego tm̄ poſsidebā: an hēat locū remediū l. coloni.
6 Dñs in caſu huius l. an poterit agere cōtra furem.
7 Fur duplici damno non afficitur.

## Sed cùm in ſecundam.

Breuiter dicit. Si cōmodatarius à fure rē & pœnā
1 exigit: non tenetur reddere eā dño. h. d ¶No. ꝙ†
cōmodatarius exigit rem à fure. q͂d qualiter ītelli
2 gatur dicā ſtatim. ¶Scd̃o not. † ꝙ qui ſentit onus
debet ſentire & cōmodum: & ecōtra. q͂d dic vt in
regula iuris, & per Dy. in c. qui ſentit. de regu. iur.
lib. vj. ¶Circa primum quęrif. & iſtud eſt notabi
3 le valde. ¶Quæro, qua† actione recuperabit com
modatarius rem à fure. Nam cōdictio furtiua ſoli
dño competit. l. j. ff. de condi. furt. ergo cōmodatario nō competit. Sol. Dicūt quidā ꝙ habuit cōdictionem incerti: vt l. & ideo. §. fina. ff. de condict. fur. Iſta nō eſt vera: quia illa loquif in creditore, qui habet ius hypothecæ in re: ideo glo. tua diſtinguit optimè quatuor caſus. Qñq; ſubtrahitur res dño: tūc ſine dubio competit ſibi condictio furtiua: vt l. j. ff. de cōdi. fur. Qñq; ſubtrahitur, ei q habet ius in re: & tūc competit ſibi condictio incerti vt l. & ideo in fi. ff. de cōdic. fur. Qñq; ſubtrahitur ab eo, cui nullū ius habet in re, ſed ſolùm bona fide poſſedit: tūc habet actionē triticariā ad poſſeſſionem: vt. l. j. in fi. cū. l. ſeq. de cōdic. tritica. Qñq; ſubtrahif ei q nullū ius habet ī re, nec ī poſſeſſiōe ſed detinet vt cōmodatari⁹, & depoſitari⁹. & ſimiles tunc eis daf actio in factū, vel officium iudicis. Ita tenet gl. in l. nō tm̄. in prin. de petit. hęre. & d. l. ideo. §. fin. de condic. furt. Subdit glo. hic, vel habebat condictionem ex l. ſi coloni. de agri. & cenſi. Iſtud non eſt verum. nam illa cōditio competit
4 tm̄ ei, qui poſsidebat, vt ibi patet. ¶†Contra iſtas
gl. videtur glo. in l. rem quæ nobis. ff. de aqui. poſ. vbi dicitur quòd pro poſſeſsione rei mobilis amiſſa, nullū eſt ꝓditum iudiciū poſſeſſorium: ſed intelligas nullū poſſeſſorium ſ. interdictū. Sed alia remedia de iure ciuili bene ſunt prodita, vt ſ. dixi. Vide gl. quā not. bene. gl. iſta loquitur quòd iſta remedia dātur cōtra eum, ad quem poſſeſsio per-
5 uenit cum vitio: quia ſubtraxit. ¶Sed quęro† qd
ſi ad aliquē ꝑuenit poſſeſsio ſine vitio ei⁹ rei, quā ego tantùm poſsidebam, vel detinebam. Gloſ. in l. inciuilē. ſ. eo. dicit ꝙ habet locum condictio ex d. l. ſi coloni. de agri. & cenſi. & iſta gl. videf dicere cōtra caſum l. ſi naūt. §. j. ff. de public. vbi argu. contra in eo, qui habuit titulū, & poſſeſsionem.[a] Dñs Inn. in c. ſæpe. de reſti. ſpolia. tenet idem q͂d gl. in l. inciuilem. allegat c. redintegrāda. iij. q. ij. Iſta omnia videntur contra caſum[b] dictæ. l. ſuſtinendo tñ gl. noſtrā, & Inno. poſſumus dicere ſic, ꝙ gl. loquitur in bonę fidei emptore. quem cōſtat emiſſe ab eo, q fuit malę fidei poſſeſſor, vt à fure. vnde mala fides authoris aliqualiter afficit emptorem[c] ab eo, vt in auf. malę fidei. j. de præſcript. longi tempo. aliàs ſi hoc nō conſtaret, credo ꝙ non[d] poſſet agi: vt d. l. ſiue aūt. §. j. de publ. ¶Quęrit gl.
6 qd† ſi dñs in huius l. caſu nō velit agere contra cōmodatariū ſed contra furem: an poterit. Glo. dicit
ꝙ ſic: vt ſ. proxi. §. Sed certè præcedēs §. loquitur ante furē exactū. Nā poſtquā exactus eſt ab vno, nō pōt iterū cōueniri, ſcd̃m Dy. in l. licet. §. fin. ff.
7 nau. cau. ſta. ¶Tertiò quærit† gloſ. poſito ꝙ cōtra
furē poſſet agere dñs: an fur duplici dāno afficiatur. Glo. non determinat. Tu dic ꝙ non, per dictā l. licet. §. fi. ¶Vltimò quærit. glo. cùm ſecus ſit in creditore, q tenef reddere pœnam: vt l. ſi pignore ſurrepto. ff. de pig. act. quare aliud in eo quā in cōmodatario, & ſimilibus. Dic vt in glo.

## Cùm autem.

Si marito res cōmodata ſubtrahatur ab vxore. vxor ſi eligaf à domino furti conuenitur. Si eligatur maritus, maritus in factū ꝓpter res amotas tenef: nec poterit mulier eligi, ſi vir ſoluendo extiterit. h. d. ¶Oppo. ꝙ actio rerū amotarū non daf, conſtāte matrimonio: vt ſ. rerum amo. l. ij. Sol. expone, i. factum propter res amotas. ¶Oppo. ff. rerum amo. l. ante pe. Sol. Ibi ponitur caſus econuerſo ad iſtum: vt in glo. quam vide.

## *De operis libertorum. Rubrica.*

*SVMMARIVM.*

1 ☞Factum in tempore dicitur, quod fit per modicum ante, vel poſt ſine interuallo.
2 Operæ libertorum quomodo imponantur.
Pactum nudum non veſtitur manumiſsione: ſed cohærentia manumiſsionis.
3 Pactum nudum an veſtiaf iureiurādo: remiſsiuè.
4 Operæ à liberto qua actione petantur.
5 Neceſsitas non habet legem.

LEX I.

## SI tempore.

Diuiditur in tres ptes. Primò loquif qñ operæ ſunt impoſitę. Secundò an poſsit peti pretiū futurarū oparū: hęc particula vr̃ ſibi cōtradicere. Tertiò, qñ operæ nō ſunt impoſitæ. Secūda ibi: ſolet aūt. Tertia ibi: cū & ſi operę. Bręuiter dicit, ꝙ operæ ꝓmiſſæ debēt p̃ſtari, nō pretiū earū, niſi ex cā neceſsitatis. h. d. ¶Circa primā ptē
quęrif, dicif hic, ſi tpe manumiſsionis. ¶Quæro,
1 †qñ dicif factum tpe manumiſsiōis. Dic vt in gl.
j. vt ſi in illo tēpore. vel modicū ante, vel modicū
poſt manumiſsionē & ſine interuallo fuerit actū
2 vide glo ¶Quęro, † qualiter operæ[e] imponantur
e liberto. Dicit gl. per ſtipulationē, vel iuſiuradū: et
eſt ſpāle ꝙ pactū iureiurādo veſtiaf. Vide gl. ij. in
prin. hic aduerte, & not. ꝙ pactū nudū nō veſtitur
manumiſsiōe, ſeu cohærētia manumiſsiōis. & eſt
3 ſpāle fauore libertatis. †No. ꝙ vulgariter pactum
nō veſtif iureiurādo, ſcd̃m gl. dic vt dixi in auf. ſa
4 crā. ſ. ſi aduer. vēd. ¶†Quæro ſcd̃o, qua actiōe pe
tunf opę. Dic breuiter, & hęc eſt veritas. Aut opę ſunt ꝓmiſſæ p ſtipulationē, aut iureiurādo. Prīo caſu, aut petunf opę: & agif actiōe ex ſtipulatu, ſiue ſint certę, ſiue īcertę. Aut deuenif ad ęſtimationē; & agif certi cōdictiōe ex ſtipulatu. Scd̃o caſu, qñ ſunt ꝓmiſſæ iureiurādo, agif in factū. Dic clarius vt hac gloſ. ¶Vltimò ad ſcd̃am partē: & iſta ſcd̃a pars vr̃ ſibi contraria, Nā primò dicit, ꝙ ſolet conueniri, vt aliqd def ꝓ opis: poſtea dicit ꝙ peti nō pōt. Huius timore gl. exponit iſtū tex. bñ quatuor modis. Vnūquēq; vide, ꝙ qlibet pōt ſuſtineri. Tñ illa eſt magis clara, vt dicam⁹, ſolet inter liberos, & patronos cōueniri, vt ꝓ opis p̃teritis aliqd pręſtef licet p̃tiū peti nō poſſet. ſubaudi remanēte ſaluo iure patronat⁹. ¶Opp. & vr̃, ꝙ in caſu inopiæ eū alere nō tenef: vt ff. de lib. agno. l. ſi qs
f à liberis, §. ſi qs à libertis liberto, Dic vt ī gl. ¶Ve
5 nio ad vltimā partē[f]. Ex hac† vltima parte, & pręce-
g dēte legaf iſta lex ꝙ neceſsitas nō habet legē[g]:
quia lex vult ꝙ libertus nō cogitur ad præſtationem pretij operarum. fallit in caſu neceſsitatis.

LEX II.

## MAnumiſsionis.

Qui manu mittit ex neceſsitate, non habet p oīa iuriſpatronat⁹. h. d. ¶Opp. de l. Cāpa-

Item adde q͂d not. Bar. in l. j. in fi. C. d̃ naufra. li. x. & tex. in l. Diuis. ff. de pe. hæred. in verſi. ſed ꝓpterea. adde bar. in l. ſi is qui. §. ſi. ff. de pigno. & Bald. in l. iubem⁹. ī prin. C. de ſac. ſan. eccle. & text. in l. ij. C. de patri. q fil. diſtrax. & ꝙ Bar. in tractatu repræſal. in ij. q. dū allegat l. ꝓ hærede. §. quid ſi tm̄. ff. de acqui. hær. Et vi q͂d no. bar. & d. Alex. ī d. §. quid ſi tm̄. glo. in l. ij. ff. de offic. conſul. Adde tex. in l. ait prætor. §. dubitarem. ff. de his quæ in frau. credi. Adde quod no. Aret. ccxxix. mouet, ꝙ licet ſit peccatū accipere pecuniam ad vſurā: tñ ſi cauſa neceſsitatis accipiat, non peccat. Adde gl. in l. null⁹ verbo, vltionē. C. de iudi. Et adde ad ſupradictā regulā quam no. Iaſ. in l. j. in iij. col. ff. de officio eius. vide etiam Cæpo. in auf. ſed nouo iure. in lxxx. col. in fi. ſ. de ſer. fugit. Item adde rōnē diuerſitatis præmiſſæ poſitam per Feli. in c. cùm acceſſiſſent. de conſti. in ix. colū. vbi poſtea remittit.

✠ P. P A V. P.

g ¶Non habet legē. Vide de iſta regula ꝙ neceſsitas licitum faciat, q͂d aliàs non liceret, Pau. de Liaz. in v. q. inci. in Chriſti noīe in iiij. col. ī pri. & ī penul. col. ad med. & poſtea ad finē ipſi⁹ ī cōcluſiōe. Et vide Iaſ. in l. j. ī pri. in āpe. col. de of. ei⁹. Vide multa p Feli. in c. q̃relā. in pe. charta circa fi. & ſeq. de iureiur. & in c. ij. in vlti. col. de ſponſa.

& per Iaſ.in l.prin cipalibus. in ij. col. & iiij.fallen.ſi cert. pet. & quæ ſcribit idem Iaſ.in repetitione legis, admonēdi.in xxix.charta in vlti.col.de iureiur. Vide quæ dicit Barba. in ca.j.in j. notabi. extra, de a pignorib. vide latè Feli.in c. cùm acceſſerit. in ix.colū. de conſtitu.in reperto rio.in verbo, neceſſitas.

a ¶ Si quā. An ex ſola conuentione de precio operarum, perdatur ius patronatus: & an ius cōpetat: vide Bald. ꝙ ex ſola conuentione.

b ¶ Liberti. Adde no. Bart.in l. ſi non ſortem. §. libertus. ff.de condi. inde.

c ¶ Libertæ. Tu dic tamen ꝙ ſi iſta fuit manumiſſa ex cauſa fideicōmiſſi, poſſet te inuito diuertere.

d ¶ Multū intereſt. Ex qua no. beneſacit lex Imperator. de fideicō.lib. Adde Bart.in l.iura.ff. de iure patron. melior glo. & Bart. in l.eum qui.ff.de interd.& rele.

nus.ff.e.Sol.Fallit ibi.Ratio, quia ſpōte ꝓmiſit. Fallit etiam in alijs caſibus, vt hic in gl.¶ Opp.ff. de bo.lib.l.etiā.§.ſi quis numos.Sol.Nō habet ius patronatus, quantum ad ea, quæ dicuntur hac lege: ſed quantum ad ius ſuccedendi ſic.

LEX III.

QVinumis. Ei, q manumittit acceptis numis, non debentur operæ. hoc dicit in ſumma iſta lex.

SIquam. a Pretium operarum ꝓmiſſum pōt peti: tñ ex hoc exigēs ius patronatus amittit.h.d. In hac lege fuit q̄dā opi.inter Azo. & Hug. de porta Rauenate. & Hug. dicit ꝙ ex ſola conuentione de pretio, perdit ius patronatus. Azo dicebat ꝙ ex actione tantū: vt per hāc l. & ita cōiter tenetur.¶ Vltimò, in iſta materia diſtingue, vt diſtinguitur hic plenè per glo.

MAter tua. Eatenus, quatenus qs de neceſſitate manumittit, operas imponere non poteſt.h.d.

b LIberti. b Hęredibus extraneis, vel mariti, nō debentur operę. h.d.¶ Opp.s.de in ius vocā.l.ij.Solu. Ibi loquitur in operis, quę cōſiſtunt in nō faciēdo: vt in non vocando in ius, & ſimilia. Hic de his, quæ in faciendo conſiſtunt.

NEque patronis. Pro operis futuris non licet mercedem recipere: pro preteritis ſic. Item duo filij liberant à præſtatione operarum. hoc dicit.

SI tuis. Emptus proprijs numis, et manumiſſus, nō debet ſuo patrono operas, & ab eo nō reuocatur in ſeruitutem. hoc dicit.

c LIbertæ. c Vxor non debet vt liberta operas viro ſuo: ſed eo inuito nō pōt diuertere: tenetur tñ pręſtare operas viro ſuo, tāquā vxor, non tanquam liberta. hoc dicit.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Qui non grauatur onere pecuniario, non pōt onere fideicommiſſi grauari.

2 Tps adiectū libertati, videtur repetitū ad limitandā præſtationem in conditione libertatis additam.

TItius. In toto Codice nō eſt lex quę incipit. Titius. niſi iſta: & legit duobus modis. Secundū vnā
1 lec. breuiter. h.d. Qui grauatur † onere pecuniario, nō pōt onere fideicōmiſſi grauari. h.d. ſecundū vnam lec.¶ No. quod dixi in ſummario. probatur in l plane. la.ij.§.fi.cum l.ſeq.ff.de leg.j.
2 Secundū aliam lec. breuiter hoc intendit. † Tēpus adiectum libertati, videtur repetitum ad limitandam pręſtationem in cōditione libertatis additā. hoc dicit. ſecundū aliam lecturam.

QVod ex liberta. Filij libertorum ſunt ingenui, & matrimonium liberat mulierē à pręſtatiōe opar ū.h.d.

QVi manumittūtur. Breuiter hoc dicit. Liberti poſsūt morari vbi volūt, nec poſſunt reuocari in ſeruitute, niſi ex cauſa īgratitudinis. hoc dicit. Nō habetis hic alia.

IN redhibitione. Qui alienum retinet libertum, tenetur ad reddendas operas. hoc dicit iſta lex in ſumma.

*De bonis lib. & iure patro. Rubric.*

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Publicatis bonis, veniūt ea iura in fiſcū, quæ veniunt in extraneum hæredem.

LEX I.

d MVltum intreſt. d Datio pecuniæ, & pactum de manumittendo cū futuro domino, perimit cōtra tab.ſecus cū pręſenti. Itē fiſcus ſuccedit in ius patronatus.h.d.¶ Opp.de obſeq.à libe.l. Titius puerum.Sol. Hic loquitur qñ ſeruus fecit pactū cū domino: ibi dñs fecit pactū cū extraneo. ¶ Opp.ſecūdò de l.cū affirmes.de lib.cā.& ff.ſi lib.ing.eſſe di.l.ij.Sol. Nō cogitur dominus manumittere pręciſè, vt hic: ſed hortabitur, vt in cōtrario.¶ Itē opp. et videtur ꝙ ius libertorū non veniat ad fiſcū: vt ff. ad l.Iul.ma.l.corū.Solu. Ibi fuit condēnatus ex alijs capitulis l. Iul.ma. hic verò ex eo ꝙ aliqd cōtra prīcipē cōmiſit.¶ Oppo.de l.iij.ff.de interd.& releg. Sol. Illa eſt vera, qñ condēnatur ex alio crimine: tūc ea iura patronatus, quæ in extraneū hæredē trāſirent, tranſeunt in fiſcum. quæ verò ad extraneū hęredē non tranſirēt, nec ad fiſcū tranſeunt. Ita dicit gl. quā vide, & no. & tene menti, quæ eſt veriſ
1 ſima, quā tenēt doc.¶ Ex qua nota † ꝙ quādo bona publicantur, nō veniunt in fiſcum ea, quæ non veniunt in hęredē extraneū. quod no. perpetuò.

LEX II.

SI liberti. Si patronus patitur libertū cū ancilla principis habere cōſortiū, ius patronatus amittit.h.d.

LEX III.

SI quis. Qui remittit ius patronatus, omne ius perdit,
e pręter reuerentiā e, & ius reuocandi in ſeruitutem.¶ Oppo.ff.eo.l.Paulus.§. pñoni.So. Aliud eſt remittere ius patronatus: aliud eſt cōcedere liberā teſtamēti factionē. Item opp. de l.etiam.§.j.ff.eo.Sol. ibi cōcedebatur à principe libera teſtamenti factio: ſecus ſi à patrono, vt dictū eſt s.¶ Vltimò habemus hoc tractare ius patronatus, quod glo. ponit in hac vltima gloſ. quam vide per teipſum.

*Si in fraudem patro. à liber. alienatio facta ſit. Rubrica.*

LEX I.

SI in fraudem. Alienata in fraudem patroni, poſſunt per patronū reuocari, niſi ratum habuerit.h.d. Diuiditur ī tres partes. ¶ Primò dicit, quid poſsint reuocari per patronū. Secundò qua actione. Tertiò ponit vnam exceptionem, ſi patronus cōſenſerit. & ſecunda pars incipit in l.ij. tertia ibi: verū.¶ Opp. de peti.hær.l.quod ſi in diem.§.pe.Sol. Non cōceditur reuocatio per petitionē hæreditatis: vt d.l. qđ ſi in diē, ſed p Caluiſianā ſic: vt hic, & j.l. ꝓxi. Opp.ff.eo.l.j.§.j.Sol. Aut libertus alienat in vltima voluntate: aut inter viuos. Si in vltima volūtate, nō requiritur fraus: vt l. cōtraria ſi inter viuos, tūc requiritur ꝙ in fraudem ſit factū, vt hic.¶ Itē opp. & videtur ꝙ inter viuos nō requiratur fraus: tamē videtur obſtare quod habetur.ff.e.ti.l.ſi libertus, aliàs, ſi in vēditione. & l.ſeq.Sol. Quatenus in contractu ſerui facto à liberto continetur donatio, vbi ſufficit euentus, nec fraus requiritur; ſed in quantū cōtineret aliū cōtractum onerosum, requiritur fraus: vt hic. Ideo Cy. ponit vnam diſtinctionem valde lōgam: & fuit Iaco.de rauē. & ſummat totum titu. ff.ſi quid in fraud.patro.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Patronus ſuccedit liberto ab inteſtato, liberis non extantibus.

2 Frater liberti an excludat patronum ab inteſtato.

3 Pñonus accuſans libertū, qñ amittat ius ſuccedēdi.

4 Filij diuerſorū pñonorū qualiter ſuccedāt liberto.

5 Patronus licet ſit hæres liberti, tamen reuocat alienata per eum.

e ¶ Præter reuerentiā. Fortius dicas ꝙ iuri reuerentiali qs non pōt renunciare. l. alia.§. elegāter ff. ſolu. mat. & hic Bald. Et facit iſte tex. vtrū ſi eccleſia ſit exēpta, ſeu ſublata per epm, ꝙ nihilò minus ei ab ipſo diœceſano debet præſtari reuerētia: per caſum in c. paſtoralis. de do. in c. cùm venerabilis. de cenſi. Item faciunt prædicta pro priuilegio legis, ad egregias. de iureiuran. vt non poſsit ei renūciari. de quo per Cy. in l. nec honorē. s. de epiſco. & cler. Pro quo videtur tex. no. in c. ij. §. cæterū. de iureiurā. in vj. vbi moniales nō poſſunt renunciare illi priuilegio, videlicet ꝙ iudex debet mittere tabelliōes ad examinandū. Et dū dixi s. de eccle. adde text. in l. ſed ſi hac. §. patronū. in ver. ſed ſi, ff. de ī ius voc. & ibi per do. Bal. & Ang. in l. alia. §. eleganter. ff. ſo. ma. videtur tamen ꝙ iuri reuerētiali quis poſsit renunciare in ſpecie, per l. quāuis. ī ver. inuitus. ff. de in ius vocā. iuncta l. Męuia. C. eo. tit. & no. doc. in l. fi. e. tit. Et hoc ideo: quia in ipſo actu præſtandæ reuerētię, patronus cōſentiebat nō præſtari. Et idē eēt in caſu d. §. eleganter. in ipō actu exactionis vr cōſentire reuerentiam ſibi nō præſtari. Probatur in l. quod noīe. iuncta l. ſeq. de cōdi. inde.

POMATES.
e ¶ Præter reuerentiam. Per illū text. Alex. & Bal. hic, ꝙ ius reuerentiæ nunquā tollitur per exēptionē. de quo latè p Feli. in c. cū nō liceat. in j. col. de pręſcrip. Et in hoc eſt ſingularis iſte text. ſecundū Ro. in ſingu. ccccxciij.

Hæres

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

6 Hæres quando veniat contra factum defuncti.
7 Filius inſtitutus in legitima licet hęreditatē adiuerit:tamen poteſt alienata in fraudem reuocare.
8 Alienata in fraudem qualiter reuocentur.
Actiones reuocatorię ſunt quatuor.
9 Ratihabitio patroni ꝙ tollat iſtam actionem.
10 Iſte titu.an habeat locum in filio,in cuius fraudē pater alienauit.

LEX II.

DEfuncto. Not.hic,†ꝙ liberto ſuccedit ab īteſtato
1 pr̄onus.¶ Cōtra iſtud op.Inſt.de ſuc.
lib.in prin.Sol.ſcd̄m illā intelligiꝛ,ſ.
2 qn̄ nō extabāt liberti.¶ †Pro hui⁹declaratiōe q̄rit
gl.primò an frater liberti excludat patronū.Qui-
dā ꝙ ſic:vt inſti.de ſer.cog.circa prin. Io.cōtra. vt
ff.de ſuis & leg.l.in teſtato.in prin.l.liberto ſine li
beris.ff.de bo.lib. Itē q̄riꝛ an ꝑ accuſationē capita
lē factā de liberto ſuccedēdi ius ꝑdaꝛ. Diſtinguæ
3 †duos caſus.Aut qs accuſat libertū ꝓpriū, aut li-
bertū paternū,aut auitū.Primò caſu nō perdit ius
ſuccedēdi: vt l.ſi fili⁹.§.erit.de fideic.lib. Scd̄o ca-
ſu,qn̄ accuſaret paternū,vel auitū,ꝑdit ius pr̄ona
tus.Ita loquiꝛ l.q cū maior.de bon.lib.ꝑ totā l.ex
eo patet ꝙ firmi⁹ius q̄riꝛ à ſe,q̄ ab alio:vt d.§.erit.
4 ¶ Quæro,qualr̄ † filij patronorū ſuccedāt. Gl.tua
dicit,& bene:tu debes ſcire ꝙ illud qđ de iure Au
thē.dr̄,ꝙ filij fratris ſuccedut vna cum patruo,ha
bet locū in ſucceſsiōe ingenui nō in ſucceſsione li-
bertorū.nā fili⁹patroni p̄ferꝛ nepoti ex alio filio
patroni. Itē vnus patronus viuēs præferꝛ filio al-
terius patroni mortui. Vide gl.q̄ hoc dicit ſatis cla
5 rè.¶ †Secundò habes notare ex hac lege ꝙ licet pa
tronus ſit hæres liberti:tn̄ reuocat alienata ꝑ eum.
vide tex.¶ Cōtra hoc op.plus pōt hæres,q̄ defun
ctus.cōtra l.hæredē.de reg.iur. Dicit gl.hoc iō qa
æs alienū eſt:quaſi dicat defuncto nō debebaꝛ:ſed
hæredi debeꝛ.¶ Cōtra hoc opp.hæres nō pōt re-
uocare factū defuncti:vt j.de libe.cau.l.ſi ab eo. &
ſ.de rei ven.l.cùm à matre.& l.vēditrici.de re.ali.
a nō alie.Sol.glo.[a]hoc ſpeciale.[b] Vel magis dicitur
b debitū accipere,q̄ hæres eſſe titulo lucratiuo.Ita
6 dicit gloſ.Solue iſtud contrarium † clarius quam
glo.duobus modis. Primò ſic,ꝙ hæres non venit
cōtra factū defuncti,niſi factum in fraudem ipſius
hæredis. Vel aliter,& melius,hæres non venit cō
tra factū defuncti. Verum eſt in eo hærede qui ex
hæreditate dicitur lucrari:ſecus in eo cui hæredi-
tas eſt debita:al's delata.Hic eſt caſus in l. noſtra.
7 ¶ Et ex hoc † patet, [c] ꝙ filius inſtitutus in debito
c bonorū ſubſidio,licet hęreditatē adiuerit nō pro-
hibetur alienata reuocare,per querelam inofficio
ſæ donatiōis.vel inofficioſæ dotis.Tene mēti.De
quo dicam clarius.vbi glo.ſe extendit in hoc ſ.de
rei vendi.l.cùm à matre.& j.de iure delib.l.fin.§.
8 in computatione.¶ Tertio nota,quòd †hæc reuo
catio fit per actionem Caluiſianā.Contra,imò per
d Fauianam:vt ff.eodem.l.j.§.fin.Huius timore[d] di
cit glo.quòd debes ſcire quòd quatuor ſunt actio
nes reuocatoriæ.ſcilicet Caluiſiana, Pauliana, Fa
uiana,& in factū reuocatoria.qđ dic vt in glo.hic,
& inſti.de actionibus.§.item ſi quis in fraudem.et
ibi per Dy.Doct.verò vltramōtani dicunt ꝙ non
ſunt niſi duę reuocatorię:nā Caluiſiana, & Fauia
na eſt vna:vt d.l.j.in fi.ff.eo.tit.hic.Et ideo habet
duo noīa qa p̄tor,qui eam induxit,fuit binominis.
& ita q̄ daꝛ patrono Pauliana,& in factū, ſimili-
ter eſt vna eadē.Nam in factū vniuerſalr̄ diciꝛ oīs
actio deſcēdēs ex edicto p̄toris:vt l.fi.ff.de eo per
quē factū erit.Nā iſta cognominaꝛ in factū Paulia
na:qa p̄tor ille cognominat⁹ Paulus.Certè Io, in
arbore ſua tenuit ꝙ eſſent quatuor actiōes : & iō
fecit quatuor circulos,ſeu cellulas.& nos ita cōi-
9 ter tenemus.¶ Venio ad vltimā partē.†hic habes
ꝙ ratihabitio patroni tollit iſtā actionē. Cōtra ff.
eo.l.viu⁹.Sol.ibi donauit benemerēti:ideo nō pōt
reuocari:hic ſecus. ¶ Quæro,circa iſtā partē: diciꝛ
hic,ꝙ poteſt patronus poſt mortē liberti ratū ha-
bere.¶ Quæro,ꝙ ſi añ mortē ratū habeat,an poſ-
ſit? Et gl.arguit ꝓ & cōtra.finalr̄ determinat , qđ
idē ſiue antè,ſiue poſt:vt l.nō vr̄.ff.eo.¶ Vltimò
10 †quęrit [e] gl.an iſte titulus locū habeat in filio ? in
cuius fraudē pater alienat , vt priuet eū legitima.
Breuiter gl.tua determinat ſic.Aut loquiꝛ in filio
arrogato:& habet locū iſta materia:vt l.ſi.ff.eod.
Aut loqmur in filio legitimo:& tūc ſec⁹:vt l.non
vſq;.ff.ſi qs à pat.fue.manu.Ita dicit gl.& bn̄.Sed
cōtra hoc vr̄ caſus extra,de teſt.c.Raynuti⁹.ꝓpter
illā decretalē dicūt qdā,ꝙ hodie inuenta eſt noua
reuocatio:qa fili⁹reuocat alienata ꝑ patrē in frau-
dem.Solu.Ibi loquitur de quadam conſuetudine
ciuitatis Tuſcanæ.de iure communi dicit verū iſta
glo.quod nota.

1 ¶ Sol.gl.No.ꝙ fili⁹ hī legitimā titulo lucratiuo.Vide gl.ī l.emācipata.ſ.de iur.& facti ign.al's l.ij.& ibi Bar.& Bal. Vide ꝙ not.ī l.ſi qs legatū.§.ſi verò.ff.đ fal.& no.ī l.ī ſuis.de li.& poſth.& l.fi.j.đ cōdi.& l.j.j.de ipo.lu.deſcri.li.x.& ibi ad bar.multa not.ang.hic,ꝙ hoc cōſideratō ſi filio relinqꝛ legitima à pr̄e, & ab abauo,nō dēt hr̄e niſi vnā,ne duę cāæ lucratiuę incidāt in idē.Ita đt fuiſſe iudicatū Peruſ.A.B.

b ¶ Hoc ſpāle.An hr̄s poſsit veire cōtra factū defuncti, vide not.ī l.cū à mr̄e.C.de rei vē.& ī l.ſi creditoribus.j.de ſer.pig.da.ma.& quæ not.Bal.ibi vide in l.Luci⁹.ſo.ma.& in l.cū vir.de vſuſca.& hic etiā per Bal.

c ¶ Ex hoc patet.adđ Bal.ī l.j.de ïof.do.ī v.co.ī ver.ſcđa cōdu.vbi idē tenet gl.& docto.in l.ij.ſ.de inoffi.do.vide in l.filio.j.q̄ ī frau.cre.

d ¶ Hui⁹ timore.Qđ ſunt actiōes reuocatorię,adde bar.in l.hic factū.ff.q̄ ī fra.credi.& ibi tenet ꝙ ſūt tm̄ duę:licet alr̄ hic.& adde ꝙ inuenitur tex.q dicit.ꝙ Caluiſiana deꝛ creditori,licet gl.hic illud dicat,& Fauiana,& Caluiſiana nō vr̄ eē idē.ff.ſi qd in frau.pa.vbi ē copula,q̄ pōtꝛ iter diuerſa.Itē ē dare īterdictū fraudatoriū, de quo ꝓbaꝛ ī l.pupilli đbitor.ī pri.đ ſo.ibi:breuiter gl.tua. Vide plenè ꝑ mo.Inſti.de act.§.itē ſi qs ī frau.& latè per Bal.ī l.j.ī viij.col.ſ.de inof.do.& adde Abb.ī l.nō vſq;.ſed placet ꝙ ēptor ſi ꝑticipauit fraudē,poſſit cōtra eū agi đ dolo,vt refert hic bal.al's ſit vera opi.Bar.

e ¶ Vltimò q̄rit.Et facit text.ſcđm ang.ī l.lege Cor.ibi: nr̄æ bōa ī ciuitate relinquit.de vul.& pup.ergo fili⁹nō pōt cōq̄ri,ſi pr̄ alienat oīa bōa ſua.Nā pōt illa ꝓijcere ī mare.l.j.ſ.de ïof.do.l.cum à mr̄e.ſ.de rei vē.per gl.hic & ang.& viđ eūdē.& ibi mr̄ta addidi ī auꝛ.de hęr.& fal.poſt pri.Sed val de obſt.gl.ī §.ꝑmiū ī auꝛ.de hęr.& fal. Ange.hic đt illā gl.reprobari,ibi āt ſaluat.& facit tex.fin.& ꝑ illū tex.pōt ad concordiā reduci.c.cū ſcim⁹.đ reg.quē alr̄.bal.ī auꝛ.īgreſsi.C.de ſac.ſan.ęccle.And.Barb.

## *De obſequiis a libertis patrono præſtandis. Rubrica.*

LEX I.

COntra patronū. Quæro vtrū hæc lex dicat verū, ſiue noīe ꝓprio,ſiue alieno libertus agat.Gl.vacillat in hoc.Breuiter iſta eſt veritas,ꝙ agat alieno noīe,pōt intelligi duobus modis. Vno modo nomine alieno,hoc eſt,ex facto, quod ex alterius
f perſona dependet : licet quis in iudicio agat [f] ſuo noīe:& ita ſumitur in l.furti.§.illud planè.ſ.de his qui notan.infa.Et iſto modo libertus non poteſt intentare famoſam actionem cōtra patronū:vt ſ.ſi tu.non ge.l.j.ff.de iniurijs.l.nō ſolum.§. quāq̄. Alio modo alieno nomine intelligiꝛ,q alieno nomine eſt in iudicio:vt ꝓcurator,vel curator,& ſimiles:& tunc pōt alieno noīe:vt l.quæſitū. ff. de in ius vocādo.¶ Quæro,hic dicitur,famoſam: qđ ſi tantùm de facto infamat,& nō de iure? Rñdeo, idem:vt l.honori.ff.eo.

f ¶ Iudicio agat. Vide Bar.in §.qui alieno.d.l.furti.

LEX II.

LIbertæ. Legitimè nupta liberta non prętat obſequium.hoc dicit.

LEX III.

ETiam. Dare pecuniam dño præſenti pro liberatione, iuſ. patronatus non perimit,h.d.

g SI manumiſſori. [g] Libertus nō debet contra patronū vim , vel audaciam inferre,vel eū in ius ſine venia vocare.h.d. Videbitis de hoc j.eo.l.iij.

g ¶ Si manumiſſori. Et no.ſcđm Ange.cōtra arrogātes, & maximè doc.quā de teſtaꝛ Ioā.And. in ꝓœ.vj.And.barb.

ETiam. Liberis patronorū damnatorum debetur obſequium,& eis competit ius reuocandi libertos in ſeruitutem.h.d.

LIbertos. Liberti debent obſequiū,& ſeruitiū patrono portabile,nō durum,& importabile.h.d.

NEque libertis. Priuignis & filijs patroni debeꝛ reuerētia: al's punitur libertus.h.d.

## *De libertis, & eorum liberis. Rub.*

LEX I.

NOn eſt. Qui ex neceſsitate manumittit, ius reuocandi in ſeruitutem non habet. hoc dicit iſta lex.

SVMMARIVM.

1 ☞ Quis pro leui offenſa in ſeruitutem reuocaꝛ.
2 Factum patris non nocet filijs antea natis.
3 Facilis deſcenſus auerni:ſed reuocare gradum,vel difficilius reſurgitur quàm cadatur.
4 Vaſallus committens feloniam,ꝙ non noceat filijs antea natis.

a ¶Si manumiſſus. Et facit gl. ad q. an of- a ſenſa facta p lib᷑ poſ ſit remitti ab vno a- lijs iuitis: & vid̄ gl. mag. i l. ſi qs hac. §. b quoties alleg.

✠ P. P A V. P. 1

b ¶In ſeruitutē. Iſta 2 lex loq̄r de remittē 3 te ī ſeruitutē. Quid c aūt ī remittēte ī ſer uitutē ex d̄bito ſuo an poſſit à dn̄o ma numitti, vide Ro. ſing. dccxiiij. incip. null᷑. Itē ad primū dictū vide Iaſ. ī l. j. §. poſt o pis. ī pe. co. ad fi. de o p. no. nūc.

POMATES.

c ¶Tertiò not. Vide ad hæc aliqd p Fel. ī c. ex lr̄is. co. viij. de coſti. & ibi Barb. in xxxvj. ad fi. & Ro. d coſi. cccclix. vbi ī ij. dub. p hāc l. d̄t ꝙ ci 4 uitas data aliqb᷑ q̄ ꝓpter ſupueniēte guerrā fuit extīcta. non reuiuiſcit licet iteratò ſuperueniat I amicitia.

d ¶Vltimò gl. īducit. Delictū p̄ris an no ceat filijs in feudis, plenè ī l. cū q. ff. de inter. & rele.

e ¶Aureorū. No. hic gl. ꝓ no. q̄ facit qd̄ licet ſcholaris ha- beatur pro ciue, hoc verū quo ad cōmo- da: ſecus quo ad in- cōmoda. no. in l. ij. §. ſi emācipat. ff. de contratab.

f ¶Vſq; ad tit. de leg. īcluſiuè ab iſta rub. q admit. ad bo. poſ. legi. Alexā. Paduæ Mccccl xix, iō q̄ hic ſolita ſunt ſcribi, vi de in ſuis ſcripturis & qōnib᷑. Adde ꝙ voluit Bal. ī rub. vl tra Alex. coſi. lxiij. iij. lib.

LEX II.

Si manumiſſus. [a]Pro leui iniuria in faciendo cōmiſſa, libertus reuocatur in ſeruitutē, q d̄ filijs poſtea naſcituris nocebit, & reuocatus in ſeruitutē[b] abſq; licentia principis ad libertatē produci nō poteſt. h. d. ¶No. hic † ꝙ quis pro leui offenſa reuocaꝛ in ſeruitutē. ¶† No. ꝙ factū patris nō nocet filijs antea natis. ¶† Tertio not.[c] ꝙ facilis eſt deſcenſus auerni, ſed reuocare gradū &c. Vel dic, difficilius reſurgitur q̄ cadaꝛ. De hoc ponit gl. verſum Vergilij. qd̄ dic vt in gl. ¶Opp. j. de lib. cau. l. ſola. Sol. Ibi loquitur de leui offenſa cōmiſſa in omittendo, ſed hic in faciendo. ¶Opp. ſecundò in auth. vt liberti de cætero. §. illud. Solu. Dicunt quidam, ꝙ illa authen. hodie corrigit iſtam legē. Gl. contra: quia ibi loquitur quando patronus remiſit ius patronatus. ¶Opponitur, & videtur, ꝙ delictū patris non nocet filijs: quia filij non ſequuntur conditionem patris, ſed matris: vt l. partum. s. de rei vend. Sol. Intellige ibi de filijs, qui naſcunꝛ ex ancilla ipſius patroni. Vel dic ꝙ erat talis conditionis ꝙ partus eū ſequebatur: vt vidiſtis s. de ſer. fug. l. vlti. ¶Vltimò glo. noſtra ſi. numerat caſus, per quos libertus reuocatur in ſeruitutem. Dic vt in gloſ. ¶Vltimò d gl. inducit[d] in ar. ꝙ ſi pater, † qui habet feudū, cō- 4 mittit feloniā, non noceat filijs antea natis. Vide gl. iſtā ſuper verbo, nati. & dic plenè vt ibi. & quæ dixi in l. cum ratio. de bon. damn. & in l. cum qui. ff. de interd. & releg.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Actio ingratitudinis an ſit proprium nomen.

LEX III.

Liberi. Reuerētia debeꝛ hęredib᷑ extraneis, & offīm iudicis imploratur pro ingratitudine coercenda. h. d. ¶Quæro vtrū † actio ingratitudinis ſit proprium nomē actionis. Quidam dicunt ꝙ ſic. Glo. tua determinat cōtrariū: qa imò eſt officiū iudicis quo coerceꝛ ingratitudo liberti: ꝙ no. & ita dicit gl. hic, & s. ti. j. l. pe. & l. ſi manumiſſor. & ita cōiter tenetur. Io. ponit in arbore vnā cellulam, in qua poſuit ingratitudinis actionem: tamē, vt ipſe dicit, hanc quidam dicunt nō eſſe actionē: & illa eſt verior.

Libertinæ. Liberti & eorū liberi ꝓpter ingratitudinem reuocanꝛ in ſeruitutē. h. d. ¶Oppo. s. eo. de l. ij. Sol. propter delictum patris nō reuocanꝛ in ſeruitutē filij, ſed propter delictū eorū propriū ſic, vt hic. ¶Oppo. de l. hæres. ff. de obſe. Sol. Viuo liberto debent filij liberti reuerentiam patrono: ſecus eo mortuo, vt lege contraria.

*De iure annulorum aureorū. & de natalibus reſtituendis. Rubrica.*

LEX I.

Natales. Ciuitas non poteſt reſtituere natalibus. h. d.

LEX II.

e Aureorum. [e]Ius annulorū aureorū nō facit imaginariè nataliū reſtōnē, ſed verè. h. d. Vide in l. j. huius ti. ſuper ver. à nobis. quādo filius ſpurius legitimaꝛ, an debeant citari agnati, de hoc dicetur in l. nam ita diuus. ff. de adop. ibi glo.

f *Qui admitti[f] ad bo. poſ. poſſint, & intra quod tempus. Rubrica.*

¶Dictum eſt s. de bonis libertorum, in quibus cōpetit patrono bonorum poſſeſſio contra tabulas: eius occaſione præmittit generaliter de bonorum poſſeſſione: & iſta rubrica generalis eſt ad ſequētem. Videndū eſt ergo quid ſit bonorum poſ. Gl. tangit hic: ſed ego dicam ſuper nigro.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Ratio quare in bonorū poſſeſſiōe delata filio non attenditur patria poteſtas, ſicut in aditione.

2 Filius hodie adit hæreditatē aduentitiā ſine iuſſu patris, etiam eo inuito & ignorante. & nu. 3.

Differentia qn̄ filius adit hæreditatē aduentitiam patre inuito, & qn̄ patre ignorante.

4 Filiusfa. hodie etiam patre inuito & ignorāte pōt petere bo. poſſeſſionem.

Idem in Trebellianica reſtitutione.

5 In petenda bonorū poſſeſſione ſufficit ſola agnitio coram iudice.

6 Bonorum poſſeſſio quotuplex, & quid ſit, & de qua loquitur hic titulus.

7 Filio agnoſcenti bo. poſſeſ. an de iure iſto Codicis quæratur aliquod emolumentum.

8 Querela inofficioſi competit filio, ſicut actio iniuriarum, & actio in factum, ſed emolumentum cōpetebat patri.

9 Geſtum non meo nomine poſſum habere ratum.

10 Ex lōgo tp̄e præſumiꝛ qd̄ ab initio volūtas patris interceſſerit, non tamen inducitur ratihabitio.

11 Ratihabitio pōt fieri extra tp̄s, qn̄ actus valet in perſona gerentis.

12 Vbi iudicis officium imploratur nō in forma iudicij, filius agit ſine patris conſenſu.

13 Repudiatio tacita filij ꝙ noceat patri.

LEX I.

g Bonorum poſſeſſio.[g] Iſta eſt difficilis & ſubtilis lex, & breuiter dicit. Filius ignorante patre pōt bonorū poſſeſ- h ſionē ſibi delatam[h] agnoſcere: & h patri ratū habenti cōmodum quæriꝛ & amittitur curſu tp̄is. h. d. Iſta lex pōt diuidi in tres partes, ſicut dixi in ſummario. & tria p̄mitte. De iure antiquo ſcd̄m l. xij. tab. nō veniebāt ad ſucceſſionem inuicē niſi agnati, & illi, īter quos nō erat ius agnatiōis, nō ſuccedebāt inuicē de iure ciuili: iō fili᷑ emācipat᷑ nō ſuccedebat p̄ri. Itē coiūcti p fœmineā li i neā nō ſuccedebāt inuicē: iō p̄tor, q ſem p mouebatur æqtati naturali, nō cōſiderato rigore iuris ciuilis, introduxit bo. poſ. p quā ſuccedebat fili᷑ emācipat᷑ p̄ri, & cognati inuicē inſpecta poti᷑ natura q̄ rigore iuris ciuilis: vt patet Inſtit. de bo. poſſeſ. Præmitto etiā aliud, ꝙ de iure antiquo qcqd fili᷑ q̄rebat, q̄rebat p̄ri: vt l. placet. de acq. hær. & l. j. §. j. ſi à pa. qs fu. ma. ¶His p̄miſſis venio ad caſum, in terminis, q clar᷑ eſt. In prima particula habes tria. Primò ꝙ filiofa. debeꝛ bo. poſſeſ. Secundò ꝙ ignorante patre pōt peti. Tertiò ꝙ debet peti. ¶Oppo. ad primum ꝙ filio nō deferꝛ bo. poſſeſſio: qa p̄r eū in ordine p̄cedit. vt Inſt. de le. agn. ſuc. §. j. Hui᷑ timore facta eſt prima gl. hui᷑ l. Aut tu intelligis de bo. poſ. ab inteſtato: & intelligas ꝙ deceſſit ali᷑ cōiūct᷑ filio p lineā maternā, vt mr̄ vel ali᷑: & ſic p̄r in gradu filiū nō p̄cedit. Si vis intelligere de bonorum poſſeſ. ex teſtō: tūc pōt intelligi in agnatis & 1 cognatis qūo vis. & vide gl. j. ¶† Vlteri᷑ opp. ad ſecundū ꝙ nō pōt peti patre ignorante: imò debeat p̄cedere iuſſus: vt l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. de acq. hær. Soluit gl. illud cōtrariū in fi. vl. gl. multū ſolēniter, multū notabiliter. Nā debes ſcire ꝙ hęreditatis aditio eſt de iure ciuili: ideo in ea multū attēditur patria poteſtas, quæ ſimiliter eſt de iure ciuili: vt l. nā ciuiū. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. & Inſti. de pat. po. §. j. ideo ibi iuſſus patris debet p̄cedere. Sed bonorū poſſeſſio eſt de iure p̄torio naturali ęquitate inducta: ideo patria poteſtas ibi nō attēdiꝛ: hęc eſt ſolu. vera, & vide gl. vlti. in fi. q̄ i hoc notabiliter[i] dicit. Contra hoc opp. reſtitutio, q̄ fit per Treb. eſt de iure ciuili: & tamē in ea non debet p̄cedere iuſſus: vt l. ſeruo inuito. in princ. ff. ad Trebel.

✠ P. P A V. P.

f ¶Qui admitti. Iſtā rub. repetit Bulga. vbi tāgit p̄ſes qōnes fūdamētales ī materia bonorū poſſeſſiōis p ſex pulchra dubia, vt ibi potes videre ī j. char. ī pe. co. q̄ ſint illa dubia: & ēt ī pri. tāgit qūo p̄tores potuerūt inducere bon. poſſeſ. cū non h̄ent p̄tātē legis cōdēdę. Item iſtā rub. & materiā bo. poſſeſſiōis latè attingit per qōnes, quas ſolēniter tetigit hic Bal. in repetitiōe huius rub.

g ¶Bonorum. Adde ꝙ p iſtā l. Io. And. ī addi. ad Spe. ī tit. de pac. & trāſac. refert Pil. tenuiſſe qd̄ qn̄ erat appellatū à ſnīa licet cōſtabat appellationē nō tenuiſſe qa p̄ceps appellationem ꝓhibuerat, tn̄ fuit trāſactū, poſtea p̄ceps appellationē ratificauit, ꝙ nō valeat trāſactio, ſi princeps ignorauit tranſactionem: alias ſecus.

h ¶Delatā. Add̄ qualiꝛ accipiaꝛ hoc verbū, delata. ī l. delata. de ver. ſig. & ī l. qui h̄rs. de acq. hær. per Bar. in l. is q putat. ī lec. noua. eo. tit.

i ¶Notabilr̄. Adde ꝙ Ang. & Ro. dicunt vt refert Alexā. ꝙ hęc gl. ē ſin. & vēit limitāda ſcd̄m bal. hic, niſi cōpareat & admittat aliqs cōtradictor: qa tūc ꝓcedit ī forma iudicij ꝙ reqrit pſonas tres, actorē, iudicē et reū iō tūc ē neceſſarius cōſenſus p̄ris. Et de hac glo. vlti. Spe. & Io. An. ī ti. de actore. §. j. ver. ſed qd ſi conuenit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Trebel.R̄nd.hæreditatis aditio eſt actus magis ſolēnis, quā reſtitutio fi-
deicommiſ.quia per hæreditatis aditionē acquirunt iura directa:per reſti
tutionem iura vtilia:vt ff.ad Trebel.j. ideo nō requirit tanta ſolennitas.
¶Contra hoc oppo.quod etiā in hęreditare nō requirat iuſſus patris:vt l.
cùm nō ſolū.§.j.j.de bon.quæ lib. Sol.Fateor ꝙ hodie eſt immutatū. Nā
filius pōt bonorū poſſeſionē agnoſcere patre inuito:vt l.contraria : ergo
1 multò magis eo ignorante:[a]vnde, † hodie nō requirit ꝙ iuſſus præcedat.
2 quod intellige verū in hæreditate aduētitia:ſed in ꝓfectitia remanēt iu-
ra antiqua immutata,vt p̄cedat iuſſus:vt no.in l.ſi.in prin.ff.qs or. in bo.
b poſ.ſer.¶ Aſſumatis[b] ergo tria verba ꝓ declaratione pręſentis materiæ:
aut loquimur in hæreditatis aditione:aut in bonorum poſſeſsione:aut in
Trebellianica reſtitutione. Primo caſu de iure antiquo non poterit filius
adire,niſi pręcedat iuſſus,vt l.ſi qs mihi bona.§.iuſſum. de acqui. hæred.
De iure nouo ſi quidem loquimur in hæreditate profectitia,vt puta filius
eſſet inſtitutus cōtēplatione patris,nihil eſt immutatū : vt not.in d.l.ſi.in
3 prin.ff.quis or.in bon.poſ.ſer.Sed † ſi in hæreditate aduētitia: tūc pōt fi-
lius patre inuito & ignorāte agnoſcere. quod patre inuito ꝓbat in d.l. cū
non ſolū.§.j.de bonis quę libe.ꝙ patre ignorāte,probat per rationes po-
ſitas in hac glo.ſuper verbo,ratā. In hoc tn̄ eſt differētia:quia quādo patre
inuito ſibi filio quęrit plenè.qn̄ patre ignorante : tūc patri poſtea ratū ha
benti quęrit vſusfructus.arg.hui⁹ l. Ita tenet hic gl.quæ loquit notabili-
ter,quā vide.Prædicta vera in filiofa.maiore, ita ꝙ habeat legitimā perſo
nam.ſed ſi eſſet filiusfa.minor,quid iuris ſit,dic vt d.l. cū nō ſolū.§.j.j. de
4 bo.quę libe.& l.ſi infanti.j.de iure delibe.¶ † Si verò loquimur in bono-
rum poſſeſsione,tūc de iure antiquo poterat peti patre ignorāte , vt hic:
tamen nō habet effectū niſi ratihabitio ſequeret:vt d.l.ſi.in prin.quis or.
in bo. poſ.ſer.ſed hodie omnē habebit effectū, etiā ratihabitione nō ſecu
ta:quia patre recuſante,& etiā inuito, filius poſſet agnoſcere:vt d.l.cùm
nō ſolū.§.finaūt.Si verò quęramus in Trebel.reſtitutiōe , dicas idē quod
dixi in bo.poſ.¶ Venio ad tertiū:dicitur hic & bonorum poſſeſsio debet
5 peti.Contra imò ſufficit coram iudice agnoſci,vt j.eo.l.ſi. Sol.† Fateor ꝙ
iſta l.in hoc hodie corrigit:quia ſufficit ſola agnitio corā iudice abſq; peti
tione vel iudicis decreto.¶ Item cōtra hoc opp. quia etiā de iure antiquo
iſta impetratio eſt ſublata:vt l.j.& ij.ſ̄.de formu. Solu. & modò aduertas,
6 quia modò declaro tibi gl.rubricæ:debes ſcire ꝙ tria ſunt.† Primū eſt bo
norum poſſeſsio,quę eſt facti: & iſta nobis acquirit per corporalē ap pre-
henſionem:vt l.iij.in prin.ff.de acqui.poſ.Et ſecundū , ſcilicet bonorum
poſſeſsio,quę eſt ius,de quo loquit hic titulus & ſequētes: & eſt iſta bo-
norum poſſeſsio ius proſequendi retinēdiq; patrimonij ſiue rei, quod cu-
iuſq; fuerit,cum is morit.& ita dicit gl.hoc probat in l.in bonorū.ff.e.&
eſt tertiū ſcilicet bonorū poſſeſſoria hæreditatis petitio, de qua loquit ti
tulus de poſ.hære.peti.& iſta diffinit ſicut aliæ actiones:quia actio eſt ius
proſequēdi:vt dicit Inſt.de actio.in prin.& differt iſta bonorū poſſeſſo-
ria hęreditatis petitio,à bonorū poſſeſsione:quia iſta eſt ius, ꝓpter quod
ꝓſequimur hęreditatē.Ita dicit gl.tua,& bene. Videte gl.rubricę,vt in-
telligatis præmitto aliud exemplū. Dominiū eſt ius propter quod datur
☞ nobis rei vendicatio:rei vendicatio aūt eſt ius,quò vēdicamus: ita & bo-
norū poſſeſſoria hæreditatis petitio iſta eſt ius,quo petim⁹ hęreditatē ſeu
bonorū poſſeſsionē defuncti. Et eſt aliud iudiciū petitoriū, vt dicit gl.de
quo nō curo, quia nō eſt noſtra materia. Et venio ad ſecundā partē:& in
hac ſecūda parte dicunt duo. Primò ꝙ quærit emolumentū principaliter
etiā patri:& ex hoc quod dicit,etiā innuit ꝙ tā patri quā filio. Item dicit
7 hic ꝙ pater pōt petitionē hęreditatis ratā habere. ¶ Opp.† ad quodlibet,
de iure iſto qcqd fili⁹ quærebat,quærebat patri:vt l.j.in prin.ſi qs à parē.
fuerit ma.& de acq.hęre.l.placet.Sed hic innuit ꝙ aliquod cōmodū rema
nebit filio:ergo malè. Quidā fatent cōtrariū:& ideo dicūt ꝙ hæc dictio,
etiā,nō ponit hic implicatiuè ꝙ filio quæreret.Richar.Malū.vt hic refert
Cy.tenet cōtrariū,ꝙ de iure antiquo in bonis maternis filio quęrebat ꝓ-
prietas,& patri vſusfructus:vt l.filius.ff.de inoff.teſta.Dominus Cy.hic
hoc reprehēdit:quia hoc fuit inductū per iura noua.j.de bo.ma.l.j.et per
totū. Aduertite dn̄i,parcat mihi do.Richar.& do.Cy.qui eū hic recitauit.
Iſta fuit opi.antiqua reprobata ꝑ gl.noſtrā ī l.is q hæres.§.ſi.ff.de acqui.
hære.& alle.l.filiusfa.ff.eo.ti.Ego allego vobis aliā legē, ſcilicet , ſi filius
meus.ff.ſi quis omiſ.cauſa teſta.nō ob.l.filius.ff.de inoffi.teſt.quia fateor
8 † ꝙ q̄rela cōpetat filio,ſicut actio iniuriarū: vt l.filiusfamiliàs. & actio in
factū.ff.de actio.& obl.ſed emolumētū querelæ & illarū actionū quęre-
bat patri in totū ſecūdū tēpora antiqua, hodie quo ad vſumfructū. vnde
prima ſol.eſt verior.¶ Vlterius opp.ad ſecundū:dicit hic ꝙ pater pōt ha-
9 bere ratū.Contra,† quod meo nomine nō eſt geſtū,ratū habere non poſ-
ſum:vt l.ſi pupilli.§.ſed ſi ego.ff.de neg.geſt.Sol. Nō poſſum habere ra-
tū tāquā geſtū noīe meo,ſed tāquā geſtū à filio: ſicut dixi tibi ſ̄. de fur.l.
j.& ꝑ Dy.in c.ratū.de reg.iur.li.vj.¶ Itē opp.dicit hic ꝙ pater pōt habere
ratū.ꝙ gl.intelligit etiā tacitè ꝑ curſum longi tēporis. Vide hic gl. ſuper
ver.ratā.dum allegat l.ſi filius.de peti.hæred.& l.q in aliena.§.j.de acqui.
hæred.¶ Cōtra hoc opp.ratihabitio debet fieri intra id tēpus,quo res pōt
c geri:vt l.bonorū[c].ff.rem ratā hab.& eſt expreſſum in terminis l.noſtræ,
10 vt l.ſi.in princ.ff.quis or.in bo.poſ.ſer. Huius timore † quidā, vt Iaco. &
Bal.reprehendūt iſtā gl.vel limitant eam,ſcilicet ꝙ iſta ratihabitio ſequit
intra tempus legitimū,ſ.intra annū vel centū dies.Docto.intelligūt eam
valde notabiliter. Nam longū tempus, de quo ſit mētio in legibus alleg.

in gl.nō inducitur ad inducēdū ratihabitionē , ſed
ad præſumēdū volūtatē ab initio interceſsiſſe: vt
in d.ll.p̄ſumit ergo ab initio patris volūtas affuiſ-
ſe,nō hodie,hoc eſt,in fine decēnij inducit ratiha-
bitio.qd̄ eſt notādū.& bene no. & tene mēti per-
petuo. Vel dic ſecūdū dn̄m Ia.But. ꝙ ratihabitio
debet fieri à tēpore,quo res debet fieri qn̄ ſit ad cō
11 firmandum actū qui factus eſt.Sed † in propoſito[d]
d actus iſte ab initio fuit validus: ratihabitio pr̄is ſo
lum ad hoc tendit,vt ſibi patri quęrat,nō vt actus
validet: & ſic pōt geri quocunq; tēpore.quod in-
tellige verū ſecūdū iura hodierna: ſed ſecūdū iura
antiqua iſtud dictū nō ꝓcederet:vt d.l.ſi.in princ. a
quis or.in bo.poſ.ſer. ¶ Venio ad tertiā partē:di-
citur hic,amittit tranſacto tempore. Cōtra,vt l.ſi.
in prin.qs or.in bo.poſ.ſer.Dicit gl.ꝙ hęc lex de-
bet intelligi ſecūdū illā,ꝙ admittit trāſacto tēpo-
re,in quo filius ſciuit & potuit patrē certiorare:vt
lege cōtraria,quod eſt verū ſecūdū iura antiqua,et
etiā ſecūdū noua in profectitijs,in quibus nihil eſt
immutatū. In aduentitijs verò hodie patris ſciētia
vel certioratio nō requirit: quia pōt filius perfectè b
petere abſq; patris cōſenſu. Ita dicit gl.vl.huius l.
quā vide. ¶ Cōtra hoc opp.bonorū poſſeſsio de-
bet peti vel agnoſci in iudicio : & fili⁹ nō habet le
gitimam perſonā ſtandi in iudicio ſine cōſenſu pa
tris:vt l.cùm nō ſolum.§.neceſsitate.de bo.quę li
be.ergo apparet ꝙ patre ignorante nō poteſt peti
etiā hodie.¶ Huius timore eſt facta etiā ſecūda gl.
huius l.& eodē modo poteſt opponi de l.j.in ſi. de c
anna.excep.quia impedito agere non currit præ-
ſcriptio:ſed filius nō poteſt petere patre ignoran-
12 te:ergo &c.Ponit gl. multas ſol. Iſta † eſt vera, &
e multum menti tenēda:[e]quia §.neceſsitate. habet
locum in his ,quæ fiunt in iudicio in forma iudi-
cij:ſed bonorum poſſeſsio non petitur vel agno-
ſcitur in iudicio in forma iudicij:vt l. ſeruus.ff. eo.
ergo conſenſus patris non requiritur. Vide iſtam
glo.& teneas eam menti: & non intelligas glo. ꝙ
quandoq; indiſtinctè iudicis officium intentatur,
filius poterit agere ſine conſenſu patris. quod vi-
detur innuere.Sed intelligo hoc verū,quādo non
in forma iudicij implorat officiū iudicis:vt d.l.ſer
uus.ff.e.Ita debetis intelligere hāc materiā.¶ Op d
po. factū filij non debet nocere patri : vt l.filius.ſ̄.
de pact.Sol. Ibi loquitur in quęſitis:hic in quęrē-
dis.¶ Vlterius oppo.de l.j.§. decretalis.ff. de ſuc.
edic.Sol. Hic loquitur in bonorū poſſeſsione edi-
ctali,quæ poteſt perdi:ibi in decretali, quæ nō po
teſt perdi tempore vel repudiatiōe. ¶ Sumus ex-
pediti de glo. Extra glo.oppo.breuiter de l.j.ff.de
bo.poſ.infan.& fu.de Solu.Scientia patris nō no-
cet filio,vt l.cōtraria: ſciētia filij nocet pr̄i, vt hic. e
¶ Contra hoc oppo.de l.ſeruus.in ſi.ff.eo.vbi ſciē
☞ tia patris attenditur.Sol. Scientia patris attēditur
quantum ad cōmodum filij,vt ibi not.non ad eius
incommodum. ¶ Vlterius opp.de l.is qui hæres.
§.ſi.& l.ſeq.ff.de acqui.hęredi.vbi repudiatio filij
non nocet patri. Ad idem j.de bon.quæ li.l. cùm
non ſolum.§.j.& §.ſeq.vbi repudiatio filij nō no-
cet patri : neq; patris repudiatio nocet filio. Pro-
pter quas leges dicebat Iaco. But.ꝙ iſta lex hodie
13 in hoc corrigit. Docto.† noſtri dicunt contrariū:
dicitur etiā de iure antiquo repudiatio filij expreſ
ſa non nocebat patri, vt d.l.is qui hæres.§.ſi.tamē
repudiatio tacita,quæ ex curſu tēporis inducitur,
bene nocet:vt hic,& d.l.fin.in prin.quis or.in bo.
poſ.ſer.Simile quòd quædam poſſunt fieri tacitè,
quæ non poſſunt fieri expreſsè. Habuiſtis in l.j.ſ̄.
de ſerui.fugi.& in l.longe.de diuer.& temp.præ-
9 vt l. j. §. j. ff. ſi quis omiſ. cau. teſta. ¶ † Quærit glo. Inſtit. de vulg. & pup. ſubſtit. in fi. quid econuerſo ſi inſtituit eum tanquam ſeruũ, tamen in veritate erat liber. Gl. dicit ibi, ꝙ acquiritur ſibi libero: & verùm dicit, quicquid dicat Iac. de Areti. nam cũ hæreditas quæratur ſibi, ſi eſſet manumiſſus ante aditionem: vt l. ſi pater. ff. eodẽ ergo multòmagis
10 quæritur ſibi exiſtenti libero. ¶ † Quæro, quid in filio, ſi aliquis inſtituit filiumfa. credens eum liberum hominem: vel aliquis inſtituit monachum, credens eum non eſſe religioſum, vel monachum? Doct. tangunt hic, & non allegant glo. quæ tãgit eam: vt hic patet per Cy. Iſtam quæſtio. tangit gl. in l. ſi quis filiumfa. in princ. ff. de acqui. hære. Dic vt ibi per gl. & ibi plenè dixi.

*SVMMARIVM.*

1 Quod aufertur ab indigno abſq; eius delicto, non applicatur fiſco. & nu. 3.
2 Falſa demonſtratio quando vitiat diſpoſitionem.

**SI pater.** [b] Hæc l. & l. nec apud breuiter dicũt: Si inſtituitur vt coniunctus ille, qui non eſt, à teſtatore errante inſtitutus, non ca-
1 piet cum effectu. h. d. vel aliter: Quod † aufertur ab indigno, abſq; eius delicto, non applicatur fiſco. hoc dicit. Domini, l. ſi pater. & l. nec apud. in hoc differunt: quia in l. ſi pater. teſtator errauit errore facti: in l. nec apud. errauit errore iuris. Item l. ſi pater. loquitur de agnatione naturali: lex, nec apud. loquitur de agnatione ciuili. Item lex, ſi pater. loquitur quando errauit in deſcendentibus: lex, nec apud. quando erratur in tranſuerſalibus. ¶ Oppo.
2 † falſa demonſtratio non vitiat diſpoſitionem: vt l. demonſtratio. in prin. ff. de condi. & demõ. Sol. Fallit in demonſtratione, quæ continet coniũctionem, vel charitatẽ ſanguinis. In qua debet diſtingui: aut teſtator errauit, aut ſciuit, aut dubitatur: vt dixi in l. neq; profeſsio. ſ. ti. j. & idem in cognatione legali: vt hac l. nec apud. & no. in l. nemo. §.
3 j. ff. eo. ¶ † Vlterius quæritur: dicitur hic, in l. ſi pater. ꝙ aufertur hęreditas: quęro cui applicetur. Dicũt quidam, fiſco, per regulã generalem poſitã in l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inoffi. teſta. & in l. j. de iure fiſ. Contrariũ eſt veritas: vt l. nec apud. non obſtat regula cõtraria: quia quæ ab indigno auferuntur, applicantur fiſco verum eſt, ſi eſt indignus culpa ſui: ſed hic frater nõ erat indignus ſui culpa, ſed teſtatoris errore: ideo venit ad veniẽtes ab inteſtato. quod no. & tene menti perpetuò.

*SVMMARIVM.*

1 Quod iuris eſt de aliquo, idem eſt de eius principio.
2 Emptio facta vno nummo, qñ valeat. remiſsiuè.

**NOn ideo minus.** Appellatio affinitatis facta à teſtatore ſciente, inſtitutionem non vitiat. h. d. Vel ali-
1 ter: Quod iuris † eſt de aliquo, idem de eius princi
2 pio. h. d. Facit ad q. † Emo aliquid vno nummo, an ſit emptio? videtur ꝙ nõ: quia in emptione requiritur pecunia numerata: ſed in emptione vnius nũmi, nõ eſt pecunia numerata: ergo, &c. Facit hic ꝙ ſit emptio: quia vnus eſt principium numeri: ergo idem iudicatur de eo, ſicut de numero. De quo dic vt l. ſi quis ante. de acqui. poſ.

**SI compenſandi.** Inſtitutio facta animo compenſandi, excludit inſtitutum à petitione debiti. h. d.

**NEc apud.** De hac lege dic vt ſ. eodem, lege, ſi pater. & ibi legi eam.

c **COllegium.** [c] Collegiũ non approbatum, nõ pôt inſtitui. h. d. ¶ Quærit gloſ. quæ dicantur collegia approbata. Breuiter regula eſt, ꝙ nullum collegium eſt approbatum, niſi reperiatur approbatũ. quod dic vt in l. j. circa prin. qđ cuiuſq; vniuerſitatis nomi. Ego pleniſsimè dixi in l. fi. ff. de colle. illic.

**EXtraneum.** Hæc lex habet duas lect. contrarias, ſecundùm vnam lecturam. h. d. Inſtitutio facta ſub die incerto valet, & diei expectatur euentus. h. d. Illi, qui habẽt in litera, quis &c. ¶ Op. de l. hæreditas. ff. eo. Sol. Dicit gl. ꝙ hæc concordat cum illa: quia adiectio temporis remouetur. Alij, vt Azo. dicunt, ꝙ hæc lex contraria loquitur de die certa: hic de die incerta. arg. l. fi. ff. de conditio. inſti. & l. ſi ita. §. fi. de libe. & poſthu. ff. eo. l. in tempus. Et hoc videtur tenere Dy. in c. actus legitimi. de reg. iur. libr. vj. Tu concor. vtranq; lectu. Aut quis inſtituitur cũ ipſe
d inſtitutus moriatur[d]: & tunc inſtitutio habeť pro pura: quia certum eſt diem iſtum venturum viuo inſtituto: quoniam ipſe viuẽs morietur. Aut quis inſtituitur cũ morietur quidam extraneus: & tũc quia poſsibile eſſet illum extraneũ decedere poſt mortem hæredis inſtituti non expectatur euẽtus diei: quia poſsibile eſſet, hãc hæreditatẽ inſtituto non deferri. Et ita loquitur alia opinio: & huic bene adaptatur litera, cum quis: vt quidam habent. ¶ Op. de nouatio. l. ſi pupillus. §. qui ſub conditione. vbi conditio neceſſaria habetur pro pura: ſed neceſſe eſt, aliquem mori: ergo &c. Huius timore Pe. & Cy. hic referũt, & dicunt eſſe diſtinguendũ, an aliquis inſtituerit ſub conditione, ſi morietur: vel, cũ morietur: & primò caſu habeatur pro pura ſecundò non. Iſta diſtinctio inter ſi, & cũ, eſt falſiſſima. & contra caſum l. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de condi. & demon. l. quodcunq;. §. fi. de verb. oblig. Dic ergo, ꝙ lex contraria loquitur in contractibus: hic in vltimis voluntatibus. Ratio apparet Inſti. de verbo. obli. §. ex conditionali & quod no. j. de condi. inſer. l. ſi vxor. de regu. iur. l. quæ legata. oppo. ff. de condi. & demon. l. hæres meus. & quando di. le. ced. l. ſi cũ hęres. Sol. Aliud in legatis: aliud in hæreditate. Nam legatum recipit diem quem non recipit hæreditas.

**NEque per ſe.** Qui non poteſt per ſe ſuccedere, neque per ſeruum eius. h. d. Vel aliter, & magis generaliter: Qui non poteſt per ſe, neq; per alium. h. d. Materiam huius legis dic vt dixi in l. Labeo. §. j. ff. de vſuca. & per Dy. in c. quod alicui non licet. de reg. iur. lib. vj.

**EXtraneum.** Incognitus pôt inſtitui. h. d.

*SVMMARIVM.*

1 De verbo peruenire.

**HAereditatis.** Vrbs Romana, & aliæ ciuitates poſſunt capere relictũ in
1 vniuerſali & particulari. h. d. ¶ No. † ꝙ hæc dictio, perueni[illegible]e, refertur, ſiue perueniat iure directo, ſiue iure [illegible]d[illegible]icõmiſsi, ſiue titulo fideicommiſsi vniuerſali, vel ſingulari. Quod facit ad ea, quæ dicã in l. precibus. j. de impube. & alijs ſubſti.

*SVMMARIVM.*

1 Inſtitutus in re certa habeť loco legatarij quando alius reperiť vniuerſaliter, vel in quota inſtitutus.
2 Inſtitutus in re certa nullo dato cohærede, non eſt hæres, neque legatarius, ſed tertia ſpecies.

c **QVotiès.** [e] Inſtitutus in re certa habeť loco legatarij, quo ad hoc vt oneribus hæreditarijs non teneať, & actionibus hæredita
f rijs [f] vti nõ poſsit h. d. hæc no. lex. ¶ Op. de l. j. §. ſi ex fundo. ff. co. Veritas eſt, ꝙ inſtitutus in re certa habetur

P. PAV. P.
e ¶ Quoties. Vide ꝓ intelligentia oĩno Com. conſi. cviij. in cip. teſtator inſtituit. in j. & ij. colũ. vbi vult ꝙ ſi teſtator inſtituiſſet aliquẽ in dimidia bonorũ immobilium. Itẽ in bonis mobilibus & actiõibus. ꝙ per hoc iſte ſecũdus non erit vniuerſalis hæres, ſed ambo. habebit tamen iſte ſecundus iure prælegati mobilia & actiones. Item circa iſtam materiã vide pulchrum caſum per Roma. ſingulari clv. vbi allegat text. in l. pater. §. fin. ff. de lega. iij. Vide Roma. in cõſi. clxxix. in ij. & iij. col. & in v. Itẽ no. ꝙ reſpectu bonorũ extrinſecorũ quæ non ſunt in corpore hæreditatis, verbum hæres, verificetur in hærede ex re certa, ſecundùm Bald. in c. j. ad fin. prin. de ſucceſ. feu. Item quid ſi teſtator legat cẽtũ hæredibus Titij, an ad iſtud legatum veniant hæredes inſtituti in re certa vide Bald. in l. liberti. in vlt. col. C. de opor. liber. Alexan. in l. quędam. §. nihil. in ij. col. ff. de edendo. Item no. ꝙ quantũ ad detrahendum duas quartas non habetur in loco hęredis: & ſic ſolum detraheret legitimam, ſecundũ Bal. ſingulariter in l. filium quẽ habentẽ. in vij. col. C. famil. erciſc. Item an habeat beneficium iuris accreſcendi, vide Barba. latè in c. Raynutius. co. lxij. & ſeq. de teſta.

POMATES.
f ¶ Et actionibus hęreditarijs, Vide ad hęc Ro. cõſi. lxxxix. & vide Alex. cõſil. xxij. col. maxime ij. & ſeq. volumi. v. vbi ponit, an

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

appellatione hæreditatis intelligatur de vtili. & Ang.cōſi.lxiiij.in fi. vbi ponit,in quo habeatur loco hæredis,tollit̃ inſtitutio.& Bal.cōſi. cxxxiij. aliàs liij.vbi ponit quid in filio exhæredato cui pater poſtea aliquid relin quit iure inſtitutionis in ſecunda parte.vide etiam Barb.conſi.l.col.v.vo. iij.vbi ponit,an talis patiatur Falcidiam.

Ad hoc allegauit iſtum text.Guliel.in l.precibus.C.de impube. Andreas Barbatias.

c ✤POMATES. ¶Cùm in libris. Iſtam l.ſi.ponderat pro vna notabili deci. Alb.do.Iaſ.in l.j.in iij.col.in ver.adde pro ampliatione,quàm fecit in ij.lec.ff.de vulg.& pupil.

habetur loco legatarij,quando aliud reperitur vni uerſaliter , vel in quota inſtitutus : vt hic . ſecus ſi nullus alius inſtitutus ſit:qa tūc ex re certa inſtitu tus habebit totā hæreditatē:vt l.cōtraria. ¶ Item opp.ſ.de inoffi.teſt.aut̃.nouiſsima.& qđ ibi not. vbi filio debet relinqui certa res iure inſtitutionis nec habetur loco legatarij aliàs teſtamētū eſt nullum.Gl.hic ſignat cōtrariū,& nō ſoluit. quā gl.vi-
a de in l.ſi quis priore[a].ff.ad Treb.& dicit ꝙ ibi eſt ſpeciale odio querelæ. Quidam alij doc. vt Iac.de Rau.dicūt ecōuerſo ad gl.ꝙ inſtitutus in re certa, habetur loco hæredis in oībus:vt d. aut̃. nouiſsima.prẹterquā quo ad onera, & iura hæreditaria: vt hic.Certe dñi licet Cy.hic dicat,ꝙ hẹc fuit opi. dictorū doc.tñ iſtā opi.recitat gloſ.in l.ex facto.la grande.ff.eo.quæ opi.eſt omnino falſa : vt ſtatim dicā. Antequā reprobē,oportet nos videre effectū iſtarū opi.Si vera eſt opi.gl.ꝙ habetur loco legata rij, quo ad oīa , præterquā quo ad querelā: ſequit̃ hic ꝙ inſtitutio ex re certa , quæ trāſeat ad hæredes ſine aguitione,ſicut legatū. Itē patiet̃ Falcidiā, ſicut legatarius. Item nō habebit remedia l.ſi.j.de edi.diui Adria.tol. Item agnitione iſtius inſtituti ex re certa,non cōfirmaretur teſtamētum: quia in omnibus habetur loco legatarij,præterquam quo ad querelā.Si eſt vera opi.aliorū,ſequeret̃ ꝙ iſta in ſtitutio ex re certa nō trāſmitteret̃ ad hẹredes hẹre ditate nō agnita. Itē nō patiet̃ Falcidiā,& habebit locū regula.l.ſi.j.de edi.diui Adri.tol. & agnitione cōfirmaret̃ teſtamētū vt l.teſtamēto liber.ff.de manu.teſt.& ſic valerent omnia legata: & validaret ſubſtitutionem pupillarē : & operaret̃ multos alios effectus.Ego inuenio ꝙ inſtitutus ex re certa,patit̃ Falcidiā: vt l.quoties.ſ.fami.ercif. & l.ex facto.§.vnde ſcio.ver.& ſi fortè.ff.eo. ergo nō eſt verū dicere,ꝙ habeat̃ loco hæredis in oībus,præterquā ad ea,quẹ hic dicunt̃. Itē ego reperio,ꝙ hẹ rede repudiante accreſcit hẹreditas inſtituto in re certa:vt l.j.§.ſi ex fundo.ff.eo.ergo non eſt verū, quod dicit gl.quod habetur loco legatarij, quo ad
b omnia prẹterquam quo ad querelam quia habet[b] ius accreſcendi,vt hæres.Marti.fili.dicebat aliter: Aut loquimur in filio:& tūc inſtitutus in re certa, habet̃ loco hæredis:vt in contrario quod apparet: quia ſuccedit loco legitimẹ,quæ eſt tertia eius qđ quis habiturus eſſet. Aut in extraneo : & habetur loco legatarij : vt hic.Sed parcat mihi dñs Marti. ipſe non bene dixit. Legitima dicitur tertia eius, quod qs habiturus eſſet ab inteſtato,deducto ære alieno:vt l.Papinianus.§.quarta.de inoffic.teſta. ergo apparet quod iſta legitima non eſt hæreditas quia non continet debita & credita. Sicut dicimus in eo,cui legatur certa pars bonorū:vt l. non amplius.§.ſi.ff.de lega.j.& l.ſi quis ſeruum.§.ſi.ff.de leg.ij. Ergo nō eſt ratio:quia loco legitimæ ſucce-
1 dit,habet̃ loco hæredis. ¶ †Quid ergo? Dico ſic[c],
c & credo dicere veritatē : quia hæres inſtitutus ex re certa,nō eſt hæredes vniuerſalis,nec legatarius ſed eſt tertia ſpecies,ſcilicet hẹres ſingularis inſtitutus ex certa re:vt probatur in l.ex facto. ff.eod. & l.ſi alterius.ff.eo.ti. Tunc quæritur quæ eſt na-
2 tura iſtius hæredis ſingularis? Reſpon. † iſta inſtitutio ex re certa partim habet de natura inſtitutio nis vniuerſalis,& partim de natura legati: & illud quod habet de natura vniuerſalis inſtitutiōis,nun quam reſpicit ipſam rem ſeu quantitatem, in qua inſtitutio eſt facta,ſed extrinſecus habet enim ius accreſcendi cum inſtituto vniuerſali. Item exclu dit querelā,licet quo ad ipſas res ſemper eſt legatarius.Hoc vult iſta lex,quæ dicit ꝙ loco legatariorum ſunt. Hoc probatur in dicta l.ſi alterius.& l.ex facto.ff.eodem.vbi res relictas habuit, prout relictæ ſunt,tanquam eſſent relegatæ. Aliam hæ reditatem patiuntur æqualiter,rerum valore non inſpecto. Et hoc ſtatim ſequitur ꝙ patitur Falcidiam in rebus vt ſ.probatum eſt. ¶ Item tranſmit tit ad hæredes illas res: quia in eo ſapit naturam le gati ſingularis:non autem tranſmittitur ſine agni tione in eo illud ius accreſcendi,in quo ſapit natu
d ram inſtitutionis vniuerſalis[d]. Item confirmātur tabulæ pupillares. Et ex hoc ſequitur , ꝙ confirmatur teſtamentū hac agnitione:quia non poteſt teſtamentum deficere , quin cæteris repudiantibus ſibi accreſcat.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Error in nomine proprio loquentis vitiat.
2 Hæres hæredis dicitur teſtatoris.
Qui in libello dicit ſe hæredem patris in ſolidum, licet ſit pro parte hæres patris,& pro parte hæres fratrum ſuorum,dicit rectè,& libellus procedit.
3 Subſtitutio vulgaris facta verbis affirmatiuis, dicitur vulgariter dubia,& valet.
4 Subſtitutio pupillaris facta extraneo , continet vulgarem.

e CVm in libris.[e] Si teſtator aliquem eſſe hæredem tertiæ perſonæ diſpoſuit valet,ſi teſtator illius tertij hæres fuerit,vel tertium hẹredem inſtituit.hoc dicit. ¶ No.
1 primò † determinationem omnium legum dicen-
f tium,ꝙ error in proprio nomine[f] non vitiat: vt l. ſi in nomine.ſ.tit.j.& l.ſi quis in fundi vocabulo. ff.de lega.j.quia intelligitur de errore in nomine proprio,ſcilicet alterius:non in ſuo loquentis. Se
2 cundò nota † illam regulam,qui hæredis eſt hẹres
g teſtatoris eſt hæres . quod facit ad quæſtionem[g]. quòd ſi aliquis eſt hæres patris ſui pro parte,& ex perſona fratrum ſuorum poſteą mortuorum pro
h alijs partibus : rectè dicit in libello[h] ſe patris ſui
i hæredem in ſolidum ſimpliciter: quia qui hære-
i dis[i] eſt hæres , teſtatoris eſt hæres. Facit ad hoc ff.de vulga.& pupilla.l.antepenulti.& quod not.
k ff.de petit.hæredi.l.ij.& iij. ¶ Nota tertiò[k],hic ca-
3 ſum , in quo † vulgaris ſit verbis affirmatiuis : vt Sempronius Plotij hæres eſto:& iſtam ſubſtitutionem gloſſ.appellat vulgarem dubiam:vt ff. de i
4 vulg.& pupil.l.verbis ciuilibus.in ſi. ¶ †No.quartò,quòd ſubſtitutio pupillaris facta extraneo,cōtinet vulgarem. Caſus eſt hic.nam hẹc verba,Sempronius Plotij hæres eſto:in pupillarem ſubſtitutionem ſonant , per quam ſucceditur ipſi pupillo inſtituto directò,non ipſi defuncto:vt Inſtitu. de i vulg.& pupil.

✤P.PAV.P.

a ¶ Si quis priore. Vide Barba . aliquid dicentē conſil. ij.in vj.col.in j.parte.

b ¶Quia habet. Et de prohibito plus petere,an poſsit habere ius accreſcendi, vide Bar.in conſil. incip. Nellus Falopi.in ſi. And.Barb.

✤POMATES.

c ¶ Quid ergo? dico ſic. Vide aliquid ad hæc p Pau. de Caſ. conſil. j . & Roma. cōſi.lxxxj.& cōſil. clxxix.col.ij. & v. Et an appellatione hæredis vel ſucceſſoris veniant hæredes particulares, vide Alexan. conſil. cxcij.vol.ij. & vide etiam Alex.conſil. liiij.colū.j. volu.iij. vbi ponit, an appellatione hẹredis cōfirmetur teſtamentum: & an mortuo ipſo,ſi poſtea cohæres vniuerſalis ſibi datus moriatur : & an aliquo modo ſit excluſus ab hẹreditate:an tranſmittat ad hẹredes ſuos ius ſibi competens in parte cohæredis vniuerſalis , & ſic ius accreſcendi.

d ¶ Inſtitutiōis vniuerſalis. Adde qđ hanc opi. tenēt hic Odofr. Cyn. Guli. de Cu.Fran. Tigri. Ang.Salic.Pau. de Caſt.Bart.& Bald. in d.l . ex facto.& Angel. & Imol.in dicto §.ſi ex fundo quia paria ſunt cohæredem à principio non fuiſſe inſtitutum, vel inſtitutum. & repudiare. l.ij.§.ſed ſi ſunt ſui. ff.ad Tertul. Et in terminis conſuluit Rom.conſi. lxxxj. Quid autem ſi teſtator inſtituit Titiū in fundo,iuſsitq; illum plus petere non poſſe,nec habere,nullo alio inſtituto:an poſsit prohibere ius accreſcendi:& talis prohibitio faciat deficere teſtamentū,& ſuccedant venientes ab inteſtato? Bar. in l.quoties.§.ſi duo.ff.eo.tenuit ꝙ ſic.Contrarium tenet Dyn.in l.ſi quis ita hæres inſtituatur excepto fundo.ff.eo.& ibi Bal.& Salic. Roma. in l.j. ſ.quando non pe.par. & per Bald.in repet.l.in ſuis.in vlti. char. de lib. & poſthum. Ange.in l.ſi quis priore.ff.ad Trebel.per Ang.& Paul.de Caſt. in l.ſi poſthu.in prin.ff.de lib.& poſthu.per Bar.conſi.incip.Matthẹ.Gratioli.Fedr.de Sen.conſi.cxxxj.Ange.conſi.cxliiij.Bal.cōſi.lxxxiij.v.lib. vbi pulchrè vide.

e ¶ Cùm in libris. Tu vide Bar.in conſi.incip.nullus.quod eſt xiiij.in ordine meo,ꝙ pupillaris expreſſa facta extraneo continet tacitam vulgarem.

✤P.PAV.P.

e ¶ Cū in libris. Circa regulam huius legis ꝙ error nominis teſtatoris an filij ſui vitiet teſtamētum , vide Roma. conſ.lxxix. in princip.

f ¶ Error in proprio nomine. Adde plenè per Roma . conſulentem in facto , ſuper materia huius legis,conſi.clxxix.

✤P.PAV.P.

g ¶ Ad quẹſtionem. Vide in ſimili Comen.conſi. xxiij.in cipi. viſo cōpromiſſo.in princip. Vide duas quẹſtiōes circa iſtam regulā per Aret.in l.ſi quis filium.§.ſi.ff. de acqui.hæredi.

✤P.PAV.P.

h ¶ In libello. An & quando appellatione hæredis veniat hæres hæredis vide Bertachi.in tracta. de gabellis , in ſecūda parte.in viij.col. Vide etiam Iaſ. in l.paterfamiliàs . de vulga.& pup. Item ꝙ ſi hæres hæredis ſuccedit hæredi ab inteſtato, ipſe autē hẹres ſucceſſerit ex teſtamento defuncto,an hæres hẹredis dicetur hæres teſtatoris ex teſtamento vel ab inteſtato:vide Bar.notabiliter in l. veluti.ff.de petit.hære. Item ꝙ illud quod dicit̃ de errore nominis filij, patris vel vxoris,vide Iaſ. in l.ſi quis in nomine. ff.de verbo.oblig.

¶ Qui hæredis. Ad de an appellatione hæredis veniat hæres hæredis, vltra poſita in l. Gallus. §.etiam ſi parente. Oldradus conſil. xxj.Angel . conſil. clxxxv. Petrus de Anchara.conſilio cxxij.& Bald.hic, qui dicit , quòd ſi teſtator mandauit hæredi ſub pœna quòd faciat monumentum : & hæres deceſſerit hæreditate non adita,tamen per ius deliberandi tranſmiſit hæreditatem ad hæredem ſuum : iuxta l . cùm antiquioribus . j . de iure deliberan.quòd iſte hæres hæredis non incidit in pœnam.allega. l. mulcta.in princip.ff.de condit.& demonſt.& dicit eſſe notabile . de quo clarius per Bartol.conſil.cxiiij. incip. Andreas Martini condidit teſtamentum.Et quòd procedit libellus,de quo hic per Bartol.voluit Ange.conſi.cclxvj.

k ¶ Not.tertiò. Adde quid ſi teſtator dicat,inſtituo mihi hæredem fratrem meum: & adijciat,ꝙ ſi is moriatur,inſtituo mihi hæredes eius filios , vide Bal.conſi.clj.j.lib.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

a pupil.ſubſtit,[a] in princ.tamen hęc facta extraneo reſoluitur in vulgarē: licet quidã dicant contrariũ per §.extraneo. Inſtit.de pupil.ſubſtit.ſed de hac lege nõ faciunt mentionẽ.vbi eſt caſus.¶ Vltimò not.ꝙ quis hæredem extraneo facere nõ poteſt.

## *De inſtitutio. & ſubſtitutio. Rubri.*

*SVMMARIVM.*

1 ☞Conditio miſta ſi deficiat, quãdo deficiat diſpoſitio. & nu.3.

2 Conditio poteſtatiua ſi deficit, quando habeatur pro impleta.

LEX I.

b CVm auuum.[b] Conditio miſta cõſiſtens ex facto inſtituti, & alterius debet impleri, vel ex facto alterius impediri vt inſtitutus poſsit adire.h.d.¶ Opp.j.[c] de c cad.tollen.l.j.§.ſin autem ſub conditione.Sol.Ibi loquitur in conditione caſuali, quæ quocunque modo deficiat, impedit diſpoſitionem: hic loquiẽ de conditione miſta. Et intelligatis miſta, ex poteſtate inſtituti, & alterius. Aliud eſſet, ſi eſſet miſta ex poteſtate inſtituti, & viribus fortunæ: vt not. ff.de cõdi. & demon.ſuper rubrica. Horũ eſt ratio licet Cyn.hic quærat, & nõ ſoluat. nam quãdo aliquis inſtituitur ſub conditione caſuali, teſtator ſolùm caſus euentũ reſpexit, & nullo modo factum inſtituti. ideo quocunq; modo cõditio deficiat diſpoſitionẽ impedit. Contra hoc opp.de l. quæ ſub cõditione.§.quoties.de cõdi.inſti. Sol. Ibi loquiẽ in cõditione poteſtatiua, quæ quocunq; modo deficiat, abſq; modo, ſeu facto inſtituti, vel alias onerati, nõ impedit diſpoſitionẽ. Ideo, quia cũ conditio ſit merè poteſtatiua, teſtator non reſpexit niſi factum inſtituti, quod per eum nõ ſtat, vt ibi patet. Et ſi tu dicas, Imo illa cõditio eſt miſta, ſi ſeruum manumiſerit: pendet enim ex poteſtate manumittentis, & manumiſsi. Dico, ꝙ non eſt verũ: quia manumittendus nõ põt libertatẽ recuſare: vt j.de manumiſ.teſta.l.fi. Pręterea, nec eſt veriſimi d le, quod recuſet, &c.¶ Oppo.tertio[d] de l.legatũ.j. de condi.infer. Iſtud eſt valde difficile contrariũ: & gl.ſoluit pluribus modis: quia quidam dicunt, hic erat aliàs relicturus: ibi non. Hæc eſt diuinatio. Alij dicunt ꝙ ibi fuit in mora: hic nõ. Diuinatio eſt. Tu dic, ꝙ hæc eſt vera, quam glo. ponit hic in fine. vlt.gloſſ. & hic in principio. Tu debes ſcire ꝙ conditio merè caſualis quocunq; modo deficiat diſpoſitio deficit: vt ſ. dixi. Conditio merè poteſtatiua, nullo modo vitiat diſpoſitionem, niſi quãdo ſtaret per factum ipſius inſtituti: vt modo dixi in præcedenti contrario. In conditione verò miſta, quæ pendet ex poteſtate inſtituti, & alterius, eligetur quædã media via inter prędicta: quia ſi quidem deficit facto alterius, non vitiatur diſpoſitio: vt hic, & l.in teſtamento.de condi. & demonſtra. ſed ſi deficiat caſu fortuito, vitiatur diſpoſitio: vt 1 dicta l.legatum. ¶ † Circa, id quod dicitur de conditione poteſtatiua, oppo.de l.inde Neratius.in prin.ff.ad legem Aquil.Sol. Ibi fuit impeditus facto alterius, & iniuſtè. Vnde contra eum cõpetit actio, per quam ſuccurritur inſtituto: & ideo non eſt neceſſe, ꝙ conditio habeatur pro impleta. Sed ſi per illam actionem non ſuccurretur inſtituto: vt puta, quia ille impeditus non eſſet ſoluendo: tunc conditio pro impleta habetur: l.fi.ff.de eo per quẽ factum erit. & l.Titio.§.fi.de condit. & demonſt. ¶ Contra iſtud iterum op.de l.ſi Titius. de condi. & demon. Glo.hic ſignat, & nõ ſoluit. Ecce ſolu, videte, ibi fuit impedita conditio poteſtatiua, fa- e cto tertij iuſtè[e]: ita ꝙ contra eum actio non poteſt dari: meritò habetur cõditio pro impleta. Et ideo circa iſtam conditionem poteſtatiuam, habes diſtinguere tria verba. Aut deficit caſu fortuito, aut facto alterius. Si caſu fortuito: tunc aut ille, in cuius poteſtate erat, fuit in mora, aut non. Si facto alterius, tunc aut ex eius poteſtate dependebat, aut alterius tertij. Et ſi ex alterius tertij: aut licitè, aut illicitè. Si licitè. aut erat ſoluendo, aut non: vt pa- 2 tet ex prædictis. ¶ Venio ad aliud, ſcilicet † ad conditionem miſtam, de qua loquitur lex noſtra. Et opp.ff.de leg.j.l.ſi fundum per fideicommiſſum. §.j.aliàs l.ſi Titio. vbi ſi deficit per caſum, nihilòminus diſpoſitio valet. Solu. Ibi erat modus mi- f ſtus[f]: hic conditio. ¶ Contra hoc oppo.de l.Titio. ver.ſed cùm ante nuptias.de cõdi. & demõ. Iſtud contrarium eſt valde difficile. Nam dicunt quidã, ꝙ ibi loquitur de modo, quando eſt cauſa finalis relicti. l.ſi fundum per fideicommiſſum.§.j. loquitur de modo, qui non eſt cauſa finalis. Iſta ſolutio tenetur per multos doctores. Ego dixi vobis aliter in d.l.verſi.ſed cùm ante nuptias. Nam dico ꝙ ibi eſt idẽ quod hic, ſi rectè tex.inſpiciatur. ¶ Oppo.de l.vter ex fratribus.de condit.inſti.Solu. Illa concordat cum iſta: quia ibi fuit impeditum matrimonium facto alterius, non caſu fortuito. ¶ Oppo.de l.cùm ita legatum.ff.de condi. & demonſt. Solu. Intellige hic, quando honeſtè poteſt nubere aliàs ſecus. ¶ Vltimò diſtingue plenè in iſta materia, vt habes hic p Cy. & Dyn.de reg.iur.in c.imputari.lib.vj. Ego plenè tractaui in l.in teſtamento.la ij.de condi. & demon.vbi gl.tractat ſicut hic.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Libello precum ſtatur contra producentem.

2 Quando conditio non impletur, ſed pro impleta habetur, qua actione agatur.

3 Si facta eſt inſtitutio de monaſterio cum conditione, ſi recipiat talem in monachum valet inſtitutio & conditio reijcitur.

LEX II.

g COnditioni.[g] Si conditioni miſtæ non paretur facto inſtituti, inſtitutio locum habere non poteſt.hoc dicit. ¶ Ex iſta le- h ge[h] nota quòd ſtatur libello precum, contra producentem: ad idem de liberali cauſa.l.cùm precũ. 1 ¶ Circa hanc legem quæro † duo. Primò quando conditio non impletur, ſed quando pro impleta habetur, qua actione agatur. Hic videtur caſus, ꝙ agitur extraordinario auxilio, hoc eſt, iudicis officio: ſed quando eſſet impleta, ageretur ex teſta-

---

a ✤POMATES.¶ De pupillari ſubſti. Et iſtum textum ponderat ad quod not. Iaſ.in.l.j.in prin.in vij.col.ff.de vulg. & pupil.

b ✤*P. PAV. P.*¶ Cùm auum. Vide aliquid per Ant.de But.conſi. lvij.in ij.col.in prin. Item iſtam legem repetit do.Signor.de Homod. Itẽ vide Socin.in l.ſi Titius.ff.de condi. & demonſt.

✤POMATES.

c ¶ Opponi.j. Aduerte ꝙ videtur ꝙ iſta cõditio debet dici miſta ex poteſtate inſtituti, in viribus fortunæ: & ſic ꝙ differentia, quã facit hic Bart. ſit verbalis. Nam ſi conditio ſimpliciter depẽdet à facto tertij, quo ad honoratũ dicitur caſualis. igitur &c. niſi dicas quòd habuit reſpectum ad effectum qui repugnat, vide gl.in d. l.ſuus quoq;.§.puto generaliter. ff. de hæred.inſtit.

✤POMATES.

d ¶ Opp. tertiò. Aduerte ꝙ imò videtur ꝙ hæc ſolutio nõ diuinet, primò quidã not. quia licet in cõtrario eſſet cõiuncta perſona, tamen erat de tranſuerſalibus, in qua non prǽſumitur tãta affectio vt in deſcẽdentibus. quod fuit hic. Loquiẽ enim in auo materno. Secunda etiam licet diuinet ad cõtrarium not. ad textum noſtrũ: quia ſi hic in mora fuiſſet, conditio nõ haberetur pro impleta: tamen mihi videtur ꝙ conſtituat differentiã inter aſcendentes, & tranſuerſales: licet ſit maior præſumptio in vno quàm in alio non ſit ſtatutum, per ea quæ habentur in l. cũ rem alienã.j. de leg. Et credo quòd ibi valuiſſet legatum ratione coniunctiõis niſi ibi cõditio fuiſſet apposita fauore filij, quẽ veriſimiter amabat magis. Iſtã tamen gloſſam, vt pote no. vltra Alex. hic adducit Aret. ad iſtam gloſſam pro notabili allegat Aret.conſi.xciiij. ꝙ conditio miſta deficiens caſu fortuito, non facit deficere legatum ad pias cauſas, tanquam teſtamentum fauore animæ, quæ cunctis rebus eſt præferenda. l.ſancimus.ij.de ſacroſanc.eccle. & aliàs etiã eſſet relicturus. Pro qua opinione eſt tex.in l.cùm ita dat.ff.de condic. & demon. argumento à libertate ad piam cauſam prout valeat argumẽtum, vt per Bar.in l.ſi vnus.ſ.de teſta.

e ¶ Facto tertij iuſtè. Adde quod ex hoc infert Bal. ꝙ ſi teſtator inſtituit hęredem, ſi ædificauerit eccleſiam in domibus ſuis, & epiſcopus non vult dare licentiã ædificandi: nihilòminus hæreditas debetur inſtituto. Pro quo facit quod conſuluit Roma.conſil.cccclx. ꝙ ſi teſtator mandet hæredi, vt emat domũ intra annum pro conſtruendo hoſpitali, ſub pœna priuationis hæreditatis, ꝙ epiſcopo non cõſentiente non incurrit pœnã. alle.d.l.ſi Titius. Subdens tamen, ſi epiſcopus in alio loco per ſe electo concedere velit facultatem hoſpitalis conſtruendi, cogũtur hæredes hoc facere: quoniam cùm voluntas teſtatoris nõ poteſt prout vult, debet impleri prout poteſt: vt ff.de condi. & demon.l.in teſtamẽto. & melior eſt tex.ad propoſitum in authen.de eccleſi.tit.§.ſi quis ædificationem. & ita dicit tenere Bal. in l.j.C. de his quæ pœn.no.qui Bald. ſubdit ꝙ dicto caſu hæres nõ conſtruẽdo, non incidit in pœnam priuationis hæreditatis, vt ex teſtamento, eo quia cum diſpoſitio teſtatoris commutatur in aliũ modum, quàm ab eo expreſſum, ꝑpter aliquã cauſam, non intelligitur ea commutata vel alterata diſpoſitionis pœna adiecta repetitio. p caſum ſing.ĩ l.multa.de condi. & demon. Et hoc idem no.Bar.in d. l.in teſtamento.licet Ro. non alleget. Dicit etiam ibi Rom. ꝙ ſi eps nullũ aliũ locũ eligat, nec in electo dare velit licentiam conſtruendi, ꝙ debẽt hæredes, vt pię voluntati teſtatoris, prout poſsibile eſt pareant, locum illum emptum, vel emendum deputare ad pauperum receptionem: hoſpitaleq; ibi conſtruere, non tamen habens eccleſiæ formã, cũ hoc nõ poſſint etiam ſine epiſcopi licentia. Allegat ita determinare Inn.in c.ad hæc.de reli.domi.per text. in c.clericos. & c. vnicuiq; de conſe. diſ.j. Quid autem ſi aliquis donat bona ſua alicui, cum hac conditione, ꝙ conſtruat vnam eccleſiã in domibus præfati donatoris, in qua morari debeãt duodecim fratres minores: & ſi hoc fieri non poſſet de iure, nec de facto, illa clauſula habeatur pro nõ appoſita: an hæres debeat expectare ꝙ fratres habeant licentiam, vel debeatur æſtimatio: & quid iuris, vide Feder.conſi.clxxv. decidentem ꝙ donatio remanet pura.

f ✤*P. PAV. P.*¶ Modus miſtus. Sequitur Anto.de Butr. conſilio xlviij.poſt prin.

g ✤POMATES. ¶ Conditioni. Intra quantũ tempus debeat impleri conditio iſta, ſi nupſerit, vide tex. & ibi Bar.in l.ij.§.ad filiorum.j.quando & à qui.quarta pars debe.lib.x.quem refert, & ſequitur Alexã. reputans nota dignum in l.hæc conditio.in prin.in apoſt.j.ff.de condi. & demonſt. Vide etiam ad iſtam l.Bar.conſi.cxix.

h ✤POMATES. ¶ Ex iſta l. Vide Alex.conſil. cxviij.in ij.colũ.in ij. vol. & conſil.cxxxj.in ij.col.eodem volu. Oldra.conſil.ccxcij. in j.colum.

mento.

in fine. & Raph. Cu. cõſi. lxxiiij. & Alex. cõſi. liiij. in j. col. vol. iiij. Barb. cõſi. ij. col. xxviij. & ſeq. vol. ij. & cõſ. viij. col. xj. eod. vol. & Pan. conſi. lxxj. col. vij. vol. j. & conſi. lxxiij. co. volu. Barb. conſi. xij. col. iiij. volu. ij. & duabus ſequentibus col. Alex. in l. edita, in prin. ſ. de edendo. Vide bonũ textum in l. licet. ſ. de procur. Ro. conſi. xxiij. in j. dubio. & conſi. lix. col. vlt. in vlt. dubio & Alex. conſi. xiiij. col. ij. vol. v. Ang. Are. in §. ſimimus. colũ. ix. in prin. Inſti. de actio. Panor. conſi. xxxviij. col. ij. vol. ij. & conſi. vlti. col. ij. eodem. volu. Fel. in cap. cũ venerabilis. co. v. in fi. Barb. conſilio xviij. colũ. xv. & ij. ſeq. col. & colũ. xxj. volu. ij. & conſilio ccv. col. ij. volumi. ij. & conſil. xxxviij. col. xj. volumi. ij. & colũ. ſeq. & conſilio xlij. col. ij. eodem, & conſil. lix. col. xvij. vol. ij. & cõſil. lxx. col. vj. volu. ij. & Roma. conſi. xcj. in fine. & conſil. ccxxxv. col. penulti. ad finem. & conſil. cccxxix. in fi. Panor. in capi. examinata. colum. ij. in ij. notab. de iudic. & in c. fi. col. v. de confeſsis. Gemi. in c. fi. co. j. de iureiuran. in vj. & quæ ibi addit Anto. Aret. & Feli. in c. quũ contra. de probat. Bal. in l. j. j. de confeſ. & in l. ſi magnũ. C. qui accuſa. non poſſunt. Alexand. conſil. viij. colũ. iij. vol. ij. & conſil. lxj. volumi. iij. & Imo. conſil. cxxvij. colũ. fin. & Ana. lxxxj. in fin. & Alexand. conſi. lxxxiij. colũ. j. volu. j. & conſil. cxxxiij. colũ. ij. in fine eod. & Areti. xiij. in vlti. dubio. & Bal. in c. ex parte decani. de reſcri. col. ſi. & Areti. conſi. lxviij. col. iij. & Alex. lxxx. col. iij. vol. ij. vbi ponit quid in capitulante. & Alexan. conſi. clxij. volu. ij. & Felin. in c. ex parte b. de foro compet. & Alex. conſi. xix. col. ij. & conſi. cxcj. colum. ij. eod. volu. ibi loquitur in minore faciente poſitiones. vide etiam Alex. conſi. xvij. col. ij. vol. iij. vbi ponit, quid in reſpondente poſitionibus, & capitulis. & in l. Gallus. §. idem credendum. in fi. de liber. & poſthu. ff. & conſil. lxxj. colum. j. volu. ij. vbi loquitur in ponente per imperitiam, vel malitiam. & col. ij. & ibi etiam dicit, an libellus probet pro producente. & Alex. conſi. cxij. volu. v. vbi loquitur in excipiente. & Soci. xlj. col. pen. & fi. vbi declarat pulchrè hic hãc legem in hoc.

mento: vide iſtam gloſſam. Tu verò dic de hoc vt dicit tex. in l. ſi peculiũ. §. ii. eũ. de ſtatuliber. Ego pleniſsimè dixi in l. in teſtamento. in fi. de conditio. & demonſt. ¶ Quæro ſecundò † quid in matrimonio ſpirituali, vt ſi inſtituo monaſterium in hęredem, ſi recipiat talem in monachum, an valeat? Breuiter veritas eſt, ꝙ non valeat cõditio, imò reiicitur tanquam turpis, & inſtitutio remanet pura: quia inuitare monaſterium ad recipiẽdum aliquẽ ſub ſpe lucri, eſt ſimonia: vt extra, de ſimo. non ſatis. Nec obſtant illæ leges, quæ loquuntur in matrimonio carnali, in quo admittitur, vt ſub ſpe lucri aliquis inuitetur: vt l. Titio. §. j. [a] de condit. & demonſt. Et cùm hæc quęſtio occurriſſet de facto ſemel, ita fuit hic conſultum per do. Recuperium de ſancto Miniato & ita ſenſimus nos omnes. Facit ad hoc ff. de hæredib. inſtit. l. ille autem. [b] & q̃ ibi no. &c.

## LEX III.

**SI mater.** Non refert quid ex equipollẽtibus fiat [c]. h. d. Vel aliter: Inſtitutio collata in vnum caſum, refertur ad alium ſibi ſimilem. h. d. Materiam huius l. tractant docto. & ego in l. Gallus. §. & quid ſi tãtum. ff. de liberis & poſthumis.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Filius non poteſt inſtitui ſub conditione caſuali, vel miſta, niſi in eius defectum exhęredetur.

2 Teſtamentum in quo filius eſt inſtitutus ſub conditione caſuali, valet: ſed conditio reiicitur.

Iſta iura hodie ſunt correcta.

3 Si poſthuma fuit inſtituta, ſi intrauerit monaſterium, ſi nata monaſterium non intrauit, teſtamentum eſt nullum.

4 Filius inſtitutus ſub conditione miſta, ſi non ſtet per eũ, quò minus impleatur: inſtitutio vitiatur.

5 Hęreditas ex teſtamento, in quo iure filius fuit inſtitutus ſub conditione caſuali, quo iure adeatur.

✠ **SI pater.** [d] Hæc eſt difficilis lex & habet materiam, in qua qui plus ſcit, plus dubitat. Breuiter dicit: Si filius inſtituitur ſub conditione, caſuali, vel miſta, non valet teſtamẽtum, niſi in eius defectum fuerit exhæredatus: & hæreditas poteſt adiri ab inteſtato. h. d. ¶ † Not. ꝙ filius non poteſt inſtitui ſub conditione caſuali, vel miſta, niſi in eius defectum exhæredetur. Ratio, quia non eſſet dare caſum, in quo reperiretur præteritus, nec inſtitutus, nec exhæredatus. ¶ Op. & modò intro gl. de l. ſuus quoq;. in prin. de hæredi. inſtituen. Sol. Sub conditione poteſtatiua poteſt inſtitui: vt ibi. & probatur ex ſequentibus §. illius l. ſed non ſub conditione caſuali: vt hic. ¶ Contra hoc oppo. & hic aduerte: quia eſt ſubtile: ego reperio in conditione poteſtatiua eandem rationẽ quę in caſuali: quia erit dare tempus, in quo filius reperiretur præteritus: vt ſi eſt inſtitutus ſub conditione poteſtatiua, quæ non poteſt impleri vltimo vitæ ſpiritu: nam illo tempore, hoc eſt, vltimo vitæ ſpiritu, reperiretur præteritus: ergo teſtamentum eſt nullum. Huius timore, dicunt quidam, quòd hoc debet intelligi de conditione poteſtatiua, quæ poteſt impleri vltimo vitæ ſpiritu: vt ſi dederis centum Titio. Iacob. de Rauen. reprehendit iſtos in l. ſi libertus. §. ſi libertinus. de bono. liber. & bene. Non obſtat ſi dicis, quòd in aliquo caſu reperiretur præteritus: quia imputet ſibi: quia hoc facto ſuo contingit. ¶ Opp. dicitur hic, & in defectum conditionis debet exhęredari: contra, exhæredatio debet fieri purè: vt l. iij. §. purè. de libe. & poſthum. Sol. Verum eſt, quòd debet exhæredari purè, non quando eſſet inſtitutus ſub conditione: nam tunc poteſt exhæredari ſub conditione contraria: vt hic. ¶ Item oppo. de l. ſub conditione. de bonorum poſſeſsio. contra tabu. Solut. Ibi loquitur in filio emancipato, hic in ſuo. Quæ eſt ratio? Do. Cyn. hic tangit, non tamen declarat. Ratio eſt: quia filius emancipatus præteritus non dicit teſtamentum nullum: ſed oportet quòd veniat per contra tabu. Sed cùm pendente conditione habeat ſecundùm tabulas, vt ff. de ſecund. tab. l. ij. §. ſi ſub conditione. meritò ſibi non competit contra tabulas. ¶ Vlterius

2 opp. de l. quoniam in prioribus. de inoffic. teſta. † vbi dicitur, quòd etiam grauamen reiicitur de inſtitutione filij, quantum ad legitimam: ergo videtur ꝙ hodie valeat teſtamentum: quia ſaltem in legitima videtur purè inſtitutus. Glo. hic tangit, nec firmat: ſed in l. ſuus quoq;. ff. de heredib. inſtit. tenet hoc expreſse, quòd iſtæ leges hodie corriguntur. Guliel. de Cun. in dicta l. quoniam in prioribus. dicit, quòd hoc non eſt verum: quia in d. l. quoniam in prioribus. loquitur in iſtis caſibus, in quibus aliquis vocatur ad querelam: & ſic filius ſtabat in dubio: quoniam litis euentus dubius eſt ideo eius fauore ſtatutum eſt, vt habeat legitimam ſine grauamine: ſed eo caſu quo teſtamentum eſt ipſo iure nullum, iura antiqua non mutantur: quia hic non eſſet fauor filij. Idem hic videtur tenere dominus Iacobus de Rauen. Idem tenebat dominus Rayner. Ego iam hic in concurſu lectionum, ſic recitando proceſsi ſecundùm opin. Modernorum [e]: poſtea cùm caſus hic occurreret de facto, volens melius [f], & ſubtilius videre, adhæſi opinio. gloſſ. quòd iſta iura ſint correcta.

✠ *P. P. A V. P.* ¶ Fiat. Vide Ang. conſi. lxxxvij. inci. in Dei nomine. ad finem.

✠ Pro concordia aduerte, quando ſub conditione caſuali, vel miſta, filius eſt inſtitutus & ſic non ſub conditione poteſtatiua, & in defectum conditionis, non reperitur exhæredatus: an debeat reiici conditio de inſtitutione in legitima. & Bar. in l. ſuus quoque. ff. de hæredib. inſtitu. videtur tenere negatiuam, quòd non reiiciatur: quia dicit teſtamentũ eſſe nullum. Et hæc fuit ſententia Rayn. de Forliu. qui fuit pręceptor Bartol. & communiter tenebatur ante Bartol. Affirmatiuam videtur tenere, ſcilicet quod ſit reiicienda in hac l. ſi pater. Et ex hoc Rayne. appellauit ipſum Bartolutium. Sed quo ad cõcordiam dic quòd non fuit ſibi cõtrarius; quia ſeipſum emendat in hac l. ſi pater. quò ſapientis eſt mutare conſilium in melius. l. manifeſtiſsimi. C. de furt. cum ſimi. Et hæc ſufficiant pro ſaluatione Barto.

✠ *P. P A V. P.* ¶ Si pater. Hanc legẽ repetit Fulg. & de materia vide Barto. conſi. xiij. & conſi. cxxxj.

1 ¶ L. Titio. §. j. Adde ꝙ ibi Bar. aliter loquitur. tãdẽ dicit ꝙ cautela eſt ꝙ relinquatur monaſterio pro alimentis illius monachandæ. nam tunc bene valet, per gl. in d. c. non ſatis, & hoc ibi ſequitur Pau. de Caſtr. ſed eum reprehendit de eo, quod dixit in conſil. incipiente do. Nuta Pauli. ꝙ ſi ſit legatum alicui, ſi ingrediatur monaſterium, ꝙ illa conditio reiicitur: quia inducit viduitatem, & perpetuam manſionẽ in certo loco: quia dicit Pau. quòd licet auferat carnalem viduitatem, non aufert ſpiritualem digniorem carnali: & vita actiua eſt altior quàm temporalis: nec reputatur contra Rempublicam: quia animæ ſunt præferendæ corporibus. l. ſancimus. C. de ſacroſan. eccl. tunc bene induceret perpetuam viduitatem, ſi teſtator diceret: nec nubat, nec monaſterium ingrediatur: & eo caſu conditio eſſet reiicienda: quia eſſet vita beſtialis, ſecundùm ipſum: latius ibi vide.

b ✠ POMATES. ¶ L. ille autem. Dum Bar. pro iſta opin. hic alle. l. ille autem. dic ꝙ illum tex. tenet ipſemet Bar. in l. Titio centum. §. j. ff. de condi. & demon. hic alleg. vt hic per do. Alex. pulchrè.

e ¶ Modernorum. Adde ꝙ ſic conſuluit conſil. xiij. inci. ex facto propoſito. & Ange. conſi. cxvij. inci. domina Catharina quondam Blaſij. Contrariã opin. ꝙ iura ſint correcta, tenuit etiam Imola in l. ſuus quoq;. de hæredi. inſtit. ſed melius in l. ſi. ff. de condi. inſtit. Salic. hic, Pau. de Caſt. qui dicit, ꝙ per opin. Bar. ſuſtentatur, & prouidetur filijs: & contraria operatur cõtrarium. Et hanc ſequitur Ange. conſil. xciiij. incip. Viuianus de Montepulciano.

f ✠ *P. P A V. P.* ¶ Volens melius. In iſtis verbis allegatur Bart. ꝙ magis credendum eſt doctori in conſcribendo, quàm in legẽdo: quia præſumitur ꝙ melius conſiderauerit. Adde quod dicit idem Bar. in conſil. incip. Lapus. dicens ꝙ illud, quod docuit ſuos ſcholares legendo, reducitur ad practicam conſulendo.

f ✠ POMATES. ¶ Volens melius. Et ꝙ qui melius conſiderat, aliquãdo conſilium mutat eſt elegans tex. in l. diui fratres. ff. de iurepatro. Et iſta opi. Bar. hic eſt communis, vt inquit Pet. & Decius. Et vide Alex. conſil. lvj. in iij. col. vol. iiij. Barba. in cõſi. xiiij. ij. dubio. & cõſi. cxcj. Quod licitum ſit mutare cõſiliũ in melius, vide Barba. cõſi. j. col. xxx. vol. j. & conſi. lviij. col. viij. eo. vol. & cõſi. lxij. col. xix. & cõſi. ſeq. col. vj. eo. vol. & col. viij. & Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. col. v. in iij. q. ff. de verb. obl. Barb. cõſil.

& dico ꝙ caſus eſt expreſſus ſ. de inoffi. teſt. l. ſcimus. §. cùm autẽ ſi quis. Nam ibi loquitur quãdo filio relictum eſt, cùm hæres inſtitutus moritur. Conſtat enim ꝙ quando legatum, vel inſtitutio, confertur in tempus mortis hæredis, eſt conditionale, nec pendet ex filij poteſtate: & ſic de iure antiquo teſtamentũ eſſet nullum ipſo iure: & tamẽ cõditio illa reijcitur vſq; ad legitimã: vt ibi patet. Nec obſt. quod dicitur, ꝙ iſtud eſt introductũ fauore filij: quia fateor, ꝙ iſtud eſt in fauorem filij, & etiã hæredis inſtituti, & teſtatoris, vt eius diſpoſitio valeat: vt expreſſè dicitur in d. §. cũ aũt. ¶ Iuxta hoc formo quæſtionem de facto mihi occurrẽ-
3 tem. teſtator dixit ſic: † Inſtituo poſthumam, quę ex vxore mea naſcetur, ſi intrauerit monaſterium in ducentum: nata eſt poſthuma, nec intrauit monaſterium: quæritur an teſtamentum ſit ruptum, tanquam ſit præterita. Dixi ſic, iſta videtur inſtituta ſub cõditione, quæ non pendet ex eius poteſtate: & ideo an teſtametum ſit nullum, ſunt opi. quia gl. in l. ſuus quoq;. tenet ꝙ iſta iura ſunt hodie correcta per l. quoniam in prioribus. quod tamen in propoſito non examino: ſed dico hic ſimpliciter teſtamentum eſſe nullum. Aduerte, gloſ. quę dicit, ꝙ iſta lex eſt correcta, loquitur quando filius eſt inſtitutus ſub cõditiõe. Sed in lege noſtra dicta poſthuma non fuit inſtituta, neq; purè, neq; ſub cõditione: ergo teſtamentũ eſt nullum: nã teſtator inſtituit illã poſthumã, quæ naſceretur & monaſteriũ intrauerit. Iſta nõ eſt illa poſthuma: ergo nõ eſt inſtituta. Iſta ſunt verba tex. in l. commodiſsimè. de lib. & poſthu. licet Rayn. de Forli-
a uio[a] cõſuluerit contrariũ, & non intellexit illud, quod ego dixi. ¶ Quæro circa hanc legẽ, quid de nepotibus. Dic vt in gloſſ. aut filius præceſsit eos,
4 aut non. ¶ † Quæro, quando filius inſtituitur ſub conditiõe miſta: & ſtat per eum, non per caſum: an inſtitutio vitietur: Bulga. dicebat ꝙ nõ. Tu dic contra: vt in gl. & bene, quia ab initio non valet in-
5 ſtitutio. ¶ Vltimò quęro, hic dicitur † ꝙ poteſt hęreditatẽ adire, quo iure debet adire? Cyn. dicebat, ex teſtamento. gl. dicit ab inteſtato. & bene dicit. Subdit tamẽ gl. vnum verbum, &c. ꝙ ſi vellet adire ex teſtamento, poſſet quod nõ eſt verum: quia ſi vult adire ex teſtamento, oportet ꝙ teſtamentũ approbetur: & teſtamento approbato non valeret de iure ciuili. De iure prætorio ergo deberet petere ſecundùm tabulas, non adire hæreditatem. Præterea, aut pendet conditio: & non eſt dubium ꝙ hæreditas non poteſt adiri. Aut deficit: & idem quia eſt contra diſpoſitionem defuncti & ideo teneas ꝙ hic ſuccedat ab inteſtato.

b **REprehendenda.** [b] Inſtitutio facta ſub cõditione turpi, remanet pura, & valida, cõditione reiecta. h. d. Vel aliter: cõditio impoſsibilis de iure, ex inſtitutiõe reijcit᷑. Hic habes de cõditione impoſsibili, de qua feci tibi vnã repetitionẽ in l. j. de condi. inſer.

**GEneraliter.** Hæc eſt notabilis lex, & habet vnã tantũ, vel duas cõcordantias.
c Breuiter dicit: Fauore liberorum[c] diſiuncta poſita inter cõditionẽ, reſoluit᷑ in cõiunctã
d quod ad extraneos eſt extẽſum.[d] h. d. vſq; ad §. cũ aũt. cõcor. huic l. ff. de hære. inſti. l. Lucius. & facit
e ff. de re. dub. l. ſi is qui ducẽta. §. pe. ¶ Opp.[e] de l. ſi hæredi plures. de codi. inſti. Sol. Speciale eſt propter præſumptã volũtatẽ defuncti, quæ nõ verificatur in qualibet parte alternatiuæ: quid dicemus in alijs cõditionibus? Pone, teſtator dixit: ſi nauis ex Aſia venerit: aut Titius conſul fuerit: aut Imperator in Italiam venerit, talem ſubſtituo. Dico ꝙ vbicunq; inter iſtas cõditiones alternatiuas eſt illa, ſi deceſſerit ſine liberis: ꝙ aſſumitur pro con-
f iuncta:[f] quoniã apparet ꝙ teſtator liberos inſtitutos voluerit præferre ſubſtitutis: vt d. l. Lucius. ſecus ſi illa conditio nõ apponeret᷑. Vel aliter põt dici, ꝙ qñcunq; cũ diſiunctiua adijcitur dictio etiam, tũc habet vim cõiũctæ ſeu copulatiuæ, ſecũdũ Priſcianũ: & eſt caſus hic. Hoc non dico pro cõſtanti.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Subſtitutio facta poſteris poſt eorum mortem intelligitur ſi deceſſerint ſine liberis.
2 Filij naturales non legitimi ꝙ excludant ſubſtitutum.

g **CÙm autem.** [g] Subſtitutio facta liberis legitimis, vel natu-
h ralibus, poſt mortẽ eorũ, intelligit᷑,[h] ſi deceſſerint
1 ſine liberis legitimis. h. d. ¶ † No. primò ꝙ ſubſtitutio facta poſteris poſt eorũ mortem, intelligitur ſi deceſſerint ſine liberis. Et hac reſponſione Papiniani, propter occurrẽtia tempore mortalitatis, feci multas quæſtiones in l. auus. de cõdi. & demon. & dicã tibi fortè in l. cũ accutiſsimi. j. de fideicom. & inter cæteras facio vnã talem quæſtionem: Dicit teſtator, ſi filius meus deceſſerit ſine liberis, fi-
2 lijs maſculis. quid ſi deceſſerit cum filiabus fœminis. ¶ No. † ꝙ filij naturales, nõ legitimi, ſubſtitu-
i tum excludũt.[i] Op. de l. cũ pater. §. volo. & l. Lucius. §. fi. ff. de leg. ij. Sol. Ibi loquitur in filijs natis in ſeruitute: & ſic in figura matrimonij, qui ſubſtitutum non excludunt: aliàs ſecus, niſi de mente teſtatoris aliud appareat: quę mẽs ex dignitate perſonarum colligitur, & alijs indicijs: vt l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebel. vbi de hoc dixi ple-
k niſsimè: & feci de hoc multas quæſtiones.[k]

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Conditio quando poſsit impleri poſt mortem & ante mortem teſtatoris.
2 Conditionem ſemel impletam eſſe, ꝙ ſufficiat, licet non duret.
Relictum alicui, ſi intrauerit monaſteriũ: an illud habere debeat, ſi intrauerit, ſed non perſeueret.

xviij. col. xxiiij. vol. ij. & conſi. xx. col. xvij. eo. vol. & conſi. xxij. col. vj. eo. vol. & cõſi. xxij. col. xij. eo. vol. & conſi. xxiij. col. iij. eo. vol. & cõſi. xxxvij. col. v. in fi. eo. vol. & cõſi. lv. col. iiij. eo. vol. & cõſi. lx. col. xij. vol. ij. & in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. col. xv. in fi. de conſti. & in c. examinata. col. xxiij. de iudic. & Alex. conſi. clxxxiij. col. ix. vol. ij. Vide etiam Barba. conſi. x. col. ij. volu. j. Limita tamen iſtud dictum Bart. vt non procedat qñ doctor eſſet ſibi contrarius tantùm vel conſulendo tantũ: quia tũc non debet audiri. l. j. vbi Bart. ſ. de furt. Limita tñ iſtud, vt non procedat inter diuerſas perſonas, & in diuerſis iudicijs: quia tunc admittitur cõtrarietas. l. Papinianus. §. ſed nec impuberis vbi gl. ſ. de inoff. teſt. per Cyn. in l. j. C. de fur. per dominos de Rota deciſio. viij. in titu. de teſta. & in antiquis. Adde etiã ꝙ doctor poteſt conſulere, licet nõ inueniat deciſionem in terminis: dũmodo inueniat rationem naturaliter ab ęquitate naturali, nõ abhorrentem: vt per Pau. de Caſtr. in l. clodius. ff. de acqui. ren. hære.

a ¶ Rayne. de Forl. Adde ꝙ Pau. de ca. dicit, ꝙ melius conſuluit ipſe Rayne.
*P. PAV. P.*

b ¶ Reprehendenda. Circa regulã huius legis ꝙ facto datur voluntas intelligi, vide Rom. alia iura allegantem conſi. xxviij.
*P. PAV. P.*

c ¶ Fauore liberorũ. Vide quę dicit Barba. conſil. xliij. vol. iiij. col. iiij. & ſeq.
POMATES.

d ¶ Eſt extenſum. Vide Alex. conſil. xxviij. col. iiij. vol. iij. vbi dicit hanc l. & ſimiles exorbitare à iure: & imò nõ deberet extendi. & conſi. xcij. col. ij. vol. iij. vbi declarat: & ibi etiam ponit quando eſſet ſubſtituta pia cauſa. & conſi. ſeq.

e ¶ Opp. Adde Bal. in l. j. in princ. ff. de iuſti. & iure. Andr. Barba.

f ¶ Pro coniuncta. Adde Old. conſi. clxxxvij. incip. de inſtit. & ſubſtit.

g ¶ Cùm aũt. Et an legitimatus à patre filio ſuo legitimè non citato, ſuccedat vnà cum legitimo & naturali, do. Pau. in cõſil. quod incipit, habẽs ſpurium filium naturalem, & legitimum, tenet ꝙ non. l. ex facto. de vulga. & pup. per Moder. in l. Gallus. ff. de lib. & poſthu. Et an appellatione filij veniant naturales. Et an appellatione nepotis veniat naturalis tantùm, vide Bar. in conſi. xxxviij. cauetur ſtatuto. & in conſi. xxxix. & eundem Bar. in conſi. lxxxiij. incip. in facti contingentia. And. Barb.

h POMATES. ¶ Intelligit᷑. Vide ad iſtũ tex. l. filiusfa. §. cum quis. & ibi quæ ſcripſi. ff. de leg. j. Et amplia iſtũ tex. vt procedat etiam ſi filius grauatus, eſſet ſimul inſtitutus cũ extraneo in quota: nam nõ ſubauditur iſta cõditio, ſi ſine liberis deceſſerit: vt per gl. hic, in verb. filius probatur: quia ratio in l. cũ accutiſsimi. & in l. cũ auus. militat etiã in caſu noſtro: & quãdo cum filio grauatus eſt extraneus: in iſtis terminis conſuluit Cuma. vt refert, & ſequitur do. Io. Bap. in l. in teſtamento. la j. j. de teſta. mili. licet ibi referat Petr. tenuiſſe oppoſitum per reg. l. quãuis. & l. hęreditatẽ. ſ. tit. j. Sed dic, ꝙ illa regula nõ procedat, quando eſt diuerſa ratio in vno de terminabilium: vt per docto. & maximè Alex. in l. iã hoc iure. ff. de vulg. & pupil. Pro opi. domi. Io. Bap. facit quod in ſimili vult Bar. in l. Titia cum teſtamento. §. Titia. in ij. co. ver. quęro. pone ꝙ. ff. de le. j. aliàs ij. An autem quod hic dicit᷑, habeat locũ tãtum in filio legitimato grauato. Quidã tenẽt ꝙ ſic: licet videat᷑ ꝙ in eo nõ militat ratio in d. l. cũ acutiſſimi. quia filius filij mei adoptiui, nõ dicitur mea poſteritas. Sed ſuper hoc conſidera: & maximè quando eſſet talis, q trãſierit in poteſtatẽ patris adoptãtis: etiã diſpoſitiò huius §. in quocunq; grauato deſcendente, etiam ſi eſſet vltra pronepotẽ propter rationem d. l. cũ acutiſsimi. maximè ibi vel in reſcriptis aliam poteſtatem. & nunquid diſpoſitio huius §. procedat, etiã ſi eſſet ſubſtituta eccleſia, vel alia pia cauſa, vide Feli. in c. in præſentia. col. j. de prob. & ibi in l. ſeq. colũ. ponit, an procedat, etiã ſi habeat filios tantùm naturales, vel ſpurios. Reliqua circa materiam huius §. vide per doc. hic, in d. l. cũ acutiſsimi. & in d. l. cùm auus. & in l. ex facto. §. ſi qs rogat[us]. ff. ad Treb.

i ¶ Excludũt. Adde qd ſi aliqs eſt inſtitutus: & ſi deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalib[us], eſt ſibi datus ſubſtitutus, decedatque inſtitutus cũ filio legitimato: an excludatur ſubſtitutus? Cõiter tenetur ꝙ ſic, vt tenuit Io. An. poſt Ia. de Are. in addi. Spe. in ti. de ſuc. ab inte. §. fi. in fi. Alb. de Ro. & Bart. ſuo conſi. inci. viſo inſtrumento locati. Bart. in l. Gallus. §. ſeruus. ff. de libe. & poſth. Ant. de But. in c. per venerabilẽ. poſt mediũ. qui fi. ſint legit. Pet. de Ancha. cõſi. cxv. & cclxxix. & Pau. de Caſ. conſi. ccx. & ccxxij. Alex. cõſi. lvij. & xciiij. j. vo. Si tamen dictũ ſit ſine filijs, ex legitimo matrimonio procreatis: licet legitimati per ſubſequẽs matrimoniũ, non excludũt ſubſtitutũ. Ita conſuluit Bal. conſi. cccxc. ij. lib.

k ¶ Quæſtiones. Adde quod Pau. de Caſtr. & do. Alex. propter illa verba, quæ ſunt in tex. inteſtatus. & aut ſine teſtamento: multa dicunt, maximè do. Alex. tu veritatem collige ex Bal. cõſi. xxxiij. inci. in Chriſti nomine. de iu. communi. j. vo. & eo. vol. cõſil. xiiij. inci. in Chriſti nomine: quidam nomine Blaſius. & conſi. liij. eo. vol. incip. communis opi. & eo. vol. cõſil. lxxvij. & conſi. cccxvij. iij. vol. & conſi. cclxvj. iiij. vol. & conſi. lviij. j. volu. & iij. vol. conſil. ccxxxiiij. Pau. de Caſt. conſil. cclxxxviij. Ro. conſi. iij. & xxxij. alia cõſil. alle. d. Alex. per Ang. cõſi. xxvj. per Abb. cõſi. lxxv. j. vo.

Si quis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

a SI quis hæredē.[a] Conditio caſua
lis,ſiue poteſtatiua,non facilè poteſt vi
uo teſtatore impleri.h.d.¶ Oppo.de l.
1 ij.ff.de condi.& demon.†Sol. Aut cōditio cōſiſtit
in dando:& debet impleri poſt mortē teſtatoris:
vt l.contraria. Aut conſiſtit in faciendo:& tūc aut
conditio eſt poteſtatiua,aut caſualis. Si poteſtati-
ua eſt facilis:tunc idem:vt l.contraria. Si difficilis
eſt:tunc ante mortem,vt hic.& idem in caſuali.&
2 vide gl.tuam. Et no.etiā ex hac l.†ꝙ ſufficit con-
b ditionem ſemel impletā eſſe[b],licet non duret. Et
c hoc facit ad q.[c]relictum fuit alicui ſub tali condi-
tione,ſi tale monaſterium intrauerit:ille intrauit,
poſtea exiuit:an debeat habere relictū? Hic vide-
tur caſus ꝙ ſic:ſicut in ea,quæ nupſit, & poſtea di
uertit. In contrariū videtur caſus ſ.eo.l.reprehen
denda.ſi bene inſpiciatur:vbi fuit relictum ſub cō
ditione,ſi diuerterit. Certè ſi rediret ad maritum
ſuum,non haberet legatum,niſi ideo quia cōditio
eſſet turpis. Et vide gl.l.reprehendenda. Ex eo ꝙ
,eo &c.innuit ꝙ ſi diuerſis eſſet nupta, & di-
dicit um non duraret,quod hæreditatem non ha
uorti. Modo relinquo eam ſub dubio[d].
d beret

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Dictio ſecundùm,ꝙ non facit conditionem.
2 Si teſtator dicat, ſecundū conditiones infrà ſcriptas:& nullæ ſunt conditiones appoſitæ,voluntas tamen eſt perfecta.
3 Vicus,terra,vel caſtrum,habet proprios fines.
4 Quando quis occupat aliquod caſtrum, & accuſatur in accuſatiōe debet inſeri locus territorij ipſius caſtri,non particularis locus.
5 Conditio appoſita in quacunq; parte teſtamenti, reddit teſtamentum conditionale.

SI teſtamentum. Valet teſta-
mentū,licet teſtator non inſerat con-
ditiones,quas inſerere pollicitus eſt:&
in quacunq; parte teſtamenti conditio inſeratur,
redditur inſtitutio conditionalis.h.d.¶ Op.ff.de
hære.inſti.l.quoties.§.tantundem. Dicunt quidā
ꝙ ibi eſt dictum Marcelli, quod eſt malè dictum,
nō placet:quia debemus euitare correctionē. Alij
vt Io.dicunt,ꝙ ibi deſtinauerat, & morte præuen
tus non inſeruit:hic ſecus. Iſta ſolutio poſſet eſſe
bona in ſe,vt ſi ſic intelligatur ꝙ fuit morte pręuē
tus,antequam teſtamentum haberetur pro cōple
to:vt l.furioſum.ſ.titu.iij.& l.ſi is qui teſta.de te-
ſta. Alij dicunt,ꝙ hic dicit,ſecundū conditiones in
trà ſcriptas:ibi dixit,ſi conditionem, &c. quæ eſt
1 bona ſolutio.& no. Ex qua no.†ꝙ dictio,ſecūdū,
e non facit conditionē[e]:ſecus in dictione,ſi. De hoc
habemus caſum extra,de verb.ſigni.c. Abbate ſan
cti Siluani.circa medium. Ita videtur mihi ꝑincipiat.
Et de iſta dictione,ſecūdùm,dicam tibi aliud
alibi,hoc anno.& not. Vel dicas ꝙ non eſt hæres
ibi,vt voluit teſtator,ſcilicet ſub conditione:ſed
eſt hæres purè. Alij dicunt,ꝙ non eſt hæres purè:
ſed eſt hæres conditionalis,ſicut teſtator ſenſit, ſi
eius voluntas probetur:vnde hic voluntas,de qui
bus conditionibus ſenſerit non poteſt probari:ibi
ſecus Tu teneas quam vis de iſtis ſolutio,quia quę
2 libet poteſt eſſe bona.¶†Circa hanc legē volo te
facere notare tria. Primò ꝙ iſta verba ſecundùm
conditiones infrà ſcriptas:licet conditio nō ſit ad
ſcripta, non declarant voluntatem eſſe imperfe-
ctam:quia ſi eſſet imperfecta voluntas,teſtamen,
tum eſſet nullum:vt d.l.furioſum.ſ.ti.iij.& l.ſi is
3 qui teſtamentum.ff.de teſta.¶†Secundò no.ꝙ vi
cus,terra,ſeu caſtrū, habet proprios fines. Ex hoc
dico,ꝙ ſi factus eſt exercitus contra aliud caſtrum,
vel contra aliquam terram:vel facta eſt aliqua ca-
ualcatio per territorium,& illi, qui fecerunt accu
ſantur, quis locus confinabitur in accuſatione?
4 Vel pone,†aliquis occupauit vnā terram, de hoc
proceditur contra eum: quis locus confinabitur
contra eum in accuſatione,cum l.liberorum.ff.de
accuſat.dicat ꝙ debet poni locus, vbi maleficium
eſt factum? Reſpondeo, ꝙ debent poni confinia
territorij,quādo fit in ipſo caſtro,vel vico:vt hic.
Nec debet poni locus particularis:vt l.libellorū.
quod eſt verum,quando maleficiū reſpicit illū lo
f cū particulariter:ſecus[f] ſi totū locū reſpicit vniuer
ſaliter:vt l.de pupillo.§.qui nunciant.de ope.no.
5 nun. Dixi plene in l.libellorū.¶†Vlt.no.ex iſta
lege ꝙ in teſtamētis in quacunque parte conditio
adijciatur,totam diſpoſitionem reddit conditiona
lem:vt hic,in fi.& importat naturam illorum ver
borū,ſecundū cōditiones infrà ſcriptas.arg.l. Mo
deſtinus.ff.de ſol.hoc etiā facit natura vltimę vo-
luntatis:vt l.quibus diebus.§.quidā Titio.de cō-
di.& demō.licet ſecus eſſet quādoq; in cōtractib⁹:
vt no.in l.ij.circa fi.gl.magnæ,de in diē addic.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Tacita pupillaris cōprehenſa in expreſſa vulgari,non admittitur contra matrem.
2 Tacita vulgaris comprehenſa in expreſſa pupillari,admittitur contra matrem.
3 Vulgaris expreſſa in vnum caſum tantū continet pupillarem tacitā,niſi quando mater eſt in medio.
4 Vulgaris expreſſa in vnū caſum, porrigit̃ ad oēs alios caſus,ex quibus quis hæres non efficitur.
5 Vulgaris in caſum tacitum non admittitur contra matrem.

g CVm quidam.[g] Breuiter dicit ſecū
dùm cōmunē opi.iſta no.l. Tacita pu-
pillaris non admittit̃ cōtra matrē.h.d.
Secūdùm cōmunē opi.dicit̃ hic ꝙ tacita pupilla-
ris nō admittit̃ cōtra matrē. Contra.ff.de vulg.&
pup.l.Lucius. Dicūt quidā:hoc ideo,qa mater fuit
inſtituta. Hæc eſt falſa:vt l.precibus.j.ti.j. Alij di
1 cunt,†& hæc eſt melior,ꝙ hic loquit̃ in tacita pu
pillari,quæ cōtinet̃ in vulgari expreſſa:lex cōtra-
ria loquit̃ in pupillari,quę cōtinet̃ in breuiloqua.
Iſta eſt bona,vt videbitis in l.precibus.j.titu.j.&
2 ibi dicā.¶†Quærit glo.quid ecōuerſo,vtrū tacita
vulgaris,quæ cōtinetur in expreſſa pupillari, ad-
mittatur cōtra matrē? Gl.dicit ꝙ ſic:quia per eam
non ſucceditur pupillo:& optimè dicit:quam gl.
vide. Secundū iſtā lect.gl.ſume ex hac lege vnum
3 notabile,quod fortè neſcirē tibi alibi inuenire:ꝙ
vulgaris expreſſa in vnum caſum tantùm conti-
net tacitam pupilarē niſi qn̄ mater eſt in medio:vt
h hic declaro[h]. Vulgaris habet in genere in confuſo
vnū caſum tantùm,ſi hæres nō erit:hic caſus ſub-
diuidit̃ in plures,ſi hæres nō erit:qa noluit, vel qa
nō poſsit illud,quia nō poſsit,diuidit̃ in multos ca
ſus:vel nō poteſt,quia non naſcitur,vt hic vel nō
pōt,propter impotētiā iuris:vt ſ.tit.j.l.ij.vel pro-
pter errorē teſtatoris:vt l.cū ꝓponas.e.ti.vel pro
pter alios caſus, quos omitto hic,fuit facta: ergo
vulgaris in vnū caſum particularē tm̄,ſcilicet ſi nō
naſcetur.& tamen iſta continet tacitam pupillarē
ſecundū lect.gl.quā no. Licet iſtius gl.lect.ſit cōis
& vera in ſe,tamen non placet quantū eſt ad iſtā
l.nam,vt videbitur in dubio iſtius lect.dubitaue-
runt Vlpia.& Papinia.viri excellentiores, ſed de
ipſo dubio eſt caſus in l.precibus.j.titu.j. quæ lex
fuit antiqua ante iſtam: vnde nō eſt veriſimile,ꝙ
de caſu legis dubitauerint Vlpia. & Papi. Vnde
videtur gl.noſtra aliud dicere quā doct.noſtri lo-
quēdo intellexerūt, & ſecūdū iſtā lect.breuiter di
cit: Vulgaris expreſſa in vnū caſum porrigitur ad
aliū nō expreſſum niſi mater ſit in medio,quę fuit
cohæres data inſtitut.h.d.ſuper ver.deceſsit, poſt
aditā hęreditatē ſecūdū hāc lec.gl. Tu dic ante adi
tā hæreditatē ſecūdū hāc lec.ꝙ iſta lec.ſit vera,pro
bat̃:quia non eſt veriſimilè, ꝙ Papinianus dubita
uerit de caſu l.precibus j.ti.j. Itē pro hoc facit tex.
qui dicit,deceſsit:nec dicit,ante aditā hæreditatē,
vel poſt. Itē qui dicit luctuoſam hæreditatē: nec
dicit de hæreditate filij,vel primi teſtatoris. Item
pro hoc facit tex.qui dicit ſubſtitutionē quidem,
in huiuſmodi caſu,& ſic loquitur de vna ſubſtitu
tione,ſcilicet vulgari,quā in vno caſu admittit,ſci
licet cū nō naſcet̃ poſthumus: in alio reſpuit,ſ.cū
naſcet̃ & moriet̃. Si eñ intelligeret̃ de tacita pupil
lari,vt gl,dicit,tūc ſubſtitutionē vulgarē in omnē

✠ P.PAV.P. a ¶ Si quis hęredem. Vide in materia Ang.cōſil.clij.inci. Conradus Alber. in iiij.& v.col.

✠ P.PAV.P. b ¶ Impletā eſſe. Et ſufficit quādocūq; impleri, ſi non ſit determinatū certū tēpus. Vide Com. conſil.clxiiij. in iij. dubio. Vide in l.ij. ff.de cōditio.& de mon. Itē dū dicitur hic ꝙ ſufficit conditionē ſemel impletam fuiſſe, licet nō duret, vide no. Iaſo.hic,& vide oīno eundem in l.fin.in pe.col.de indic.viduita.vbi quædam no.ponit poſt Pau. de Caſt.

✠ POMATES. c ¶ Ad qſtio. Vtrum filij mortui excludāt ſubſtitutū ſtante diſpōne teſtatoris, ſi habuit liberos.vide latè Iaſ.in l.ſi ſubſtitutus.co. viij.& ſequen.ff.de vulg.& pu. Et vide etiā ad hoc Felin.in c.in præſentia.col. xliij.de proba. & Ang.cōſi.clix.& vide Alex.cōſil.xliij. colū.fin.volu.iij.& Ang.cōſil. xxxiij. vbi ponit pulchrū caſum à contrario, ꝙ relictum factum alicui, cum vidua erit:ei cui debet̃,licet poſtea nubat.

d ¶ Dubio. Adde ꝙ Pau.de Caſtr.dicit, nō eſſe dubitandū: nam aut non fecit profeſsionē: & nō videt̃ intraſſe:quia verba teſtatoris debent intelligi de ingreſſu, qui fit faciēdo profeſsionē: & tūc legatū fuit purificatū,& acquiſitum monaſterio: & licet poſtea de facto egrediat̃ profeſſio non irritatur:& ſic legatum remanet apud monaſteriū:quinimo etiam ſi ingrederet̃ aliud monaſterium licitè de licētia ſuperioris remaneret legatum penes primum monaſteriū.ar.ſ.de vſufru.l.inter anti quā.& hanc legem vide Bal.coſ.cccvij. iiij.vol. vbi conſuluit, an legatum ſi vidua remanſerit, requirat ꝑpetuā viduitatem & ꝙ bona ingreſsi remaneāt penes primū monaſteriū, tenuit Ang.cōſi.ccxxxv. qñ nō fuit obtenta licētia. Alle.Io.an. in c.j.de ſta.regu.in vj.& ad plenā charitatem huius l.vide eundē Ang.conſi.xxxiiij.cui ſe ſubſcripſit.d.Phil.de Curſiuis.& conſil. xlix.vbi ſoluit quęſtionem formatam hic,per Bar.

e ¶ Cōditionē. Adde qđ hic facit.ꝙ ſi aliquis conceſsit mihi rē aliquā in feudū, vel emphyteuſim, ſecūdū formam, & modū quibus antecessorib⁹ meis erat cōceſſum: licet nō appareat qbus modis, vel formis conceſſumerat eis,non vitiat̃ cōceſsio mihi facta: imò illud verbū ſecūdū,ponitur potius caſualiter & exponitur, ideſt,qa meis anteceſſoribus erat cōceſſum:vt eſt caſus in d.c. Abbate ſanè vt habet̃ per Guli. de Cu.& Bart.in l. eū q.§.Iulia.de cōſti.pec. Tangit̃ in l. admonēdi.de iureiur.& deciditur per Pau.de Caſ.hic:& cōſ.cccxxij.in cauſa decennali. Bald. conſi.cccxl.iiij.libr.

✠ POMATES. f ¶ Secus. Opp.contra tex.de l.ita ſtipulatus.in prin.ſecundū vnam lect. vt ibi per Bar.in ij. col.ff.de verb.obl. Solu.vt ibi per eū.

✠ POMATES. g ¶ Cùm quidā. Vide vnū nouū intellectū ad iſtū tex.ꝑ Bolog.in ſua theoric.charta xxx.al's l.col.j.& ſeq.& in iſta l.ponit caſum Bar.in l.j.in x.col. ff.de vulg.& pup. & ibi vide veriſsimum intellectum ad iſtam.l.per do. Iaſ.& vide Alexā. cōſi.j.col.ij.volu.j.

✠ POMATES. h ¶ Hic declaro. Idē etiā eſſe in fratre,ſecūdū Ang.in cōſil. cclvij.inci.ex ſerie teſtamēti.in verſ. tertiò hoc probat̃ not.conditionis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

caſum admitteret: pupillarẽ verò tacitam contra
matrẽ repelleret. & ſic loqueretur de diuerſis ſpe-
ciebus ſubſtitutionis, cuius contrariũ apertè dicit
text. loquitur enim de vna ſubſtitutionis ſpecie,
quæ certo caſu admittitur, certo caſu reſpuitur fa
uore matris. vide tex. ibi nos itaq; vſq; in fi. ¶ Ex
4 iſta lect. no. † ꝙ vulgaris expreſſa in vnum caſum
a porrigitur [a] ad omnes alios caſus, ex quibus quis
5 hæres nõ efficitur. ¶ Secũdò no. ꝙ † vulgaris in ca
ſum tacitũ, non admittitur contra matrem. ¶ Cõ
tra iſtud op. de gl. ſi. aſtius l. quæ dicit, ꝙ tacita vul
garis admittitur contra matrem. Reſpõ. fallit hic.
nam non admittitur contra matrem cohæredem
datam pupillo, per rationem poſitam in tex. ¶ Itẽ
contra iſtam lec. op. vulgaris ſubſtitutio habet lo
cum, ſi hæres nõ erit: ſed hic pupillus fuit hęres te
ſtatoris ſtatim, quando natus fuit, quia ſuus hęres
erat: ergo, &c. Reſpondeo, quando ſuus inſtitui-
tur cum extraneo, exiſtentia ſui hæredis non ope
ratur aliquid circa ea, quæ ex teſtamento depen-
dent: vt l. apud Iulia. §. idem Iulianus. & ibi per
Dyn. ff. ad Trebellia. Ita hic in propoſito, hic fuit
inſtitutus venter vnà cum matre, quæ eſt extra-
nea: ideo hic exiſtentia ſui hæredis, non poteſt ali
quid operari: quod autem hæreditas fuerit adita,
hic expreſsè non dicit. Tene menti.

## *De impub. & alijs ſubſtit. Rubric.*

b ¶ Continuatio patet [b] per ſequen. quia dicto de in
ſtitu. in prim gradu: reſtat videre de inſtitu. in ſe-
cundo gradu.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Partes adiectæ in inſtitutione, intelliguntur re
petitæ in ſubſtitutione ſimplici.
2 Verba præteriti tẽporis nõ extendunt̃ ad futura.

LEX I.

**CVm hæredes.** Iſta
eſt
clara: partes adiectæ in inſtitu-
tione, in ſubſtitutione ſimplici
intelliguntur tacitè repetitæ. h.
1 d. † Vide, & tene menti, ꝙ par-
tes adiectæ in inſtitutione, intelliguntur repetitæ
in ſubſtitutione ſimplici: & hoc ex interpretatiõe
declaratiua: quia ſic teſtator ſenſit Ad idem de le.
j. l. ſi ſeruus pluriũ. §. ſi. ¶ Itẽ cõtra facit l. talis ſcri
ptura. §. ſi. eo. ti. vbi videtur, ꝙ ex interpretatione
2 extenſiua. † Solut. Illud ideo, quia hoc natura ver
bi præteriti temporis, non patiebatur vt extende
retur ad futura: ideo non poteſt dici ex interpreta
tione declaratiua: hic verò patitur natura verbo-
rum. ¶ Venio ad gl. noſtram, & op. de l. nonnun-
quam. ad Treb. Solu. Illud eſt verum, niſi ex prę-
ſumpta voluntate defuncti aliud appareat: quia in
ſubſtitutione eos nominauit nominibus proprijs
vel eos grauauit onere æquali.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Iſta verba vos inuicem ſubſtituo: non conti-
nent niſi directas tantùm, ſcilicet vulgarem, & pu
pillarem: niſi repugnaret diſparitas perſonarum.

LEX II.

**HEreditatem.** Subſtitu
tio breui
loqua facta perſonis imparibus, poteſt
porrigi ad eum caſum, in quo vtrique
c poteſt pariter ſubſtitui [c]. h. d. Hanc l. habuiſtis in
l. in teſtamento. š. de teſta. mili. vt tractaui tibi de
iſta materia. Sed vnũ volo, quod ſcias, ꝙ nunquã
1 propoſueram dicere, ꝙ † pridie iudicaui ſiue con-
ſului in quæſtione de facto. Nonne cuilibet extra
neo poteſt ſubſtitui poſt aditã hæreditatem per fi
deicommiſſum? Certè ſic. Igitur debet intelligi
dum dicit, vos inuicem ſubſtituo: ſcilicet ſi vnus
hæres non erit, alter ſit hæres: & quandocunque
hæres deceſſerit, vnus reſtituat alteri. Dico ꝙ illa
verba, inuicẽ ſubſtituo, nõ continent niſi directas
tantũ, ſcilicet vulgarẽ, & pupillarẽ, niſi repugna-
ret diſparitas perſonarũ, ad fideicõmiſſarium non
porrigitur: vt hic, & l. iam hoc iure. §. j. ff. eo. & ibi
per Dyn. ideo tene menti, quia conſului, vt dixi.

LEX III.

**HAeres inſtituta.** Qui
repu
diat ex teſtamento, facit locũ ſubſtitu
to vulgari, quæ excludit venientes ab
inteſtato. h. d. ¶ Verba, ſi hæres non erit, in pupil
lari ſubſtitutione comprehenſa, taliter debent in-
telligi, ſi hæres non erit ex teſtamento.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Subſtitutio vulgaris expreſſa quando nõ por-
rigatur ad tacitam pupillarem.
2 Subſtitutio vulgaris facta duobus ſimul & copula
tiuè, non habet locum in perſona vnius, niſi ha-
beat locum in perſona vtriuſq;.

d **QVamuis.** [d] Hæc eſt no. l. valde:
Subſtitutio vulgaris
porrigitur ad tacitã pupillarẽ, niſi teſta-
torẽ aliud voluiſſe probet̃, vel propter imparitatẽ
perſonę inſertę cũ pupillo, aliud pręſumatur. h. d.
¶ Op. ad prin. ff. e. l. iam hoc iure. in prin. Sol. Vul
1 garis expreſſa † porrigitur ad tacitã pupillarẽ, niſi
teſtator aliud expreſſerit: vt in l. cũ ex filio. §. filio
ff. eo. vel niſi aliud voluiſſe probet̃ vt hic in prin.
vel niſi aliud præſumat̃ voluiſſe: vt hic, in ſi. ¶ Se
e cundò no. [e] ex hac l. quod habeo pro ſingulare mul
tũ, & neſcio alibi ita clarè, nec fortè aliquo modo.
2 ¶ † No. ꝙ qñ ſubſtitutio vulgaris eſt facta duobus
ſimul, & copulatiuè, quod nõ habet locũ in perſo
na vnius, niſi habeat locum in perſona vtriuſq;. &
ideo in caſu huius l. ſi Firmianus hæres non eſſet,
ſed eſſet hæres Helia, vel econuerſo: ſubſtitutus
vulgariter non admitteret̃. Vide tex. & glo. ſuper
ver. in eũ. Tenet ergo iſta gl. manifeſtè, ꝙ in caſu
huius legis iſta ſubſtitutio nõ põt habere locũ, niſi
haberet locũ in perſona vtriuſq;. Sic etiã intellige
bat do. Iac. But. ¶ Ad iſtã lect. opp. de l. falſa. §. ſi.
de cõdi. & demõ. Gl. dicit hic fallit hęc regula: hoc
non eſt verum, & contra l. hæredes mei. §. cũ ita.
ff. ad Treb. de leg. ij. l. ſi. §. filiũ. & ad Trebel. l. Lu
cius. §. Caio. ff. de inin. teſt. l. pe. & l. pater filiã. §.
ſi. ff. ad l. Fal. So. Breuiter quãtũ ad propoſitũ dico
aliud in ſubſtitutione vulgari, vt hic: aliud in ſub-
ſtitutione pupillari vel fideicommiſſaria, vt in cõ
trario rationem huius dicam vobis in l. pe. j. eodẽ.

**POſt aditam.** Vulgares ſub-
ſtitutiones adi-
ta hæreditate expirant. h. d.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Ius accreſcendi ad hoc vt habeat locum, opor-
tet ꝙ teſtamamentum ſit iure factum.
2 Ius accreſcendi requirit ꝙ multi ſint inſtituti.
3 Subſtitutio quando impediat ius accreſcendi.
4 Ius accreſcẽdi operatur ꝙ accreſcit inuitis: & qñ.
5 An quis poſsit repudiare ius accreſcendi vno iure
& habere alio.

**TEſtamento.** Inter inſtitu
tos, & inuicẽ
ſubſtitutos, eſt locus iuri accreſcendi.
h. d. vel Breuius: Subſtitutio ius accre
1 ſcendi impedit. h. d. ¶ No. hic † ꝙ ad hoc ꝙ ius ac-
creſcendi locum habeat, oportet ꝙ teſtamentũ ſit
iure factũ: dicit enim tex. iure factũ: Quod intelli-
go ꝙ accreſcat ex virtute teſtamẽtariæ ſucceſsiõis
põt enim ab inteſtato, vel rupto teſtamẽto eſſe lo
cus iuri accreſcẽdi: vt l. j. š. qñ nõ per. par. peten. ac
2 cre. ¶ † No. ꝙ ad hoc ꝙ ſit loc9 iuri accreſcẽdi. opor
tet ꝙ multi ſint inſtituti: vt dixit tex. multis inſti
tutis, &c. Quod intelligo ꝙ ſit locus ex coniũctio
ne hominis: nam eſt etiã quædam legalis coniun-
ctio: vt qñ vnus inſtituit̃, & ex pſona eius deuenit̃
ad plures: vt ſi inſtituat̃ vnus ſeruus pluriũ dño-
rũ: tũc vtrũ inter illos dños ſit locus iuri accreſcẽ-
di: tunc dic vt l. & Proculo. ff. de leg. ij. & l. ſeruus
3 cõis ab extero. de acq. hære. ¶ † Not. ꝙ ſubſtitutio
nõ impedit ius accreſcendi. Dicit enim tex. inuicẽ
ſubſtitutis. Quod intelligo, inter eoſdẽ: nã teſtõr
ſubſtituẽdo eos inuicẽ noluit ius eorũ diminuere
ſed magis augere: & ſic ius accreſcendi nõ ſuſtulit.
Secus ſi extraneũ ſubſtituiſſet: nã ſubſtituẽdo ex-
traneũ, tollit inter hæredes ius accreſcẽdi: vt l. pe.
ff. de

a ¶ Porrigitur. Ad-
de tu ad Bar. hic. &
vide Alex. de Imo.
in conſil. iiij. col. vj.
circa finẽ. in ij. vol.
POMATES.

b ¶ Continuatio pa-
tet. Quæro qs me-
lius rubricauit an
Imperator hic, an
iuriſcõſultus in ſi.
ff. de vulg. & pup.
De hoc per Iaſo. in
rub. ff. de vulga. &
pup. in princi. in ij.
lec. vbi etiã ponit,
ꝙ differẽtia eſt in-
ter ſubſtitutionem
& repetitionẽ. Itẽ
cũ ſint quinq; ſub-
ſtitutiones, tamen
Iuriſcõſultus in ſi.
ff. non facit mẽtio-
nem niſi in duabus.
vide per eum.

c ¶ Pariter ſubſtitui.
Adde ꝙ hoc fallit,
niſi cũ ſubſtitutio-
ne breuiloqua eſſet
iuncta ſubſtitutio
compẽdioſa: vt qñ
teſtator dixit, quã
docunque alter ve
ſtrũ deceſſerit, vos
inuicem ſubſtituo:
nam tunc propter
illud verbum com
pendioſum, cõpre-
hendetur poſt adi-
tam hæreditatẽ fi-
deicom. ſubſtitutio
quæ in compendio
ſa continetur l. pre
cibus. in fin. & ca.
Ray. de teſta. Et ita
dicit Alexan. velle
Bar. in l. Lucius. in
antepe. & pen. q. ff.
de vulga. & pup. &
in repe. l. ſi arroga-
tor. ff. de adop. &
in l. centurio. ff. eo.
per Rayn. Nico. de
Neapo. & Bal. in l.
iam hoc iure. §. fin.
ff. eo.

d ¶ Quamuis. Vide
Bal. conſil. cciiij. &
ſequen.
*P. PAV. P.*

d ¶ Quamuis. Circa
materiam huius le
gis ꝙ vna determi-
natio reſpiciẽs plu
ra determinabilia,
&c. vide Alc. cõſil.
clxxxvj. poſt me-
diũ. Vide per nouiſ
ſimos in l. ſi ad litẽ.
in princi. in xij. col.
ff. ſol. ma. in l. in te
ſtamento. in vij. co.
C. de teſtam. milit.
Iaſ. in l. in teſtamẽ
to. in iiij. col. & vi-
de eũdẽ in l. contra
maiores. poſt princ.
de inoffic. teſt. vbi
etiã dicit ꝙ aliquã-
do ſecus. Et pro li-
mitatione, quã po-
nit Alexã. in d. l. in
teſtamento. & in l.
hoc iure. allegando
Benedictũ de Plũ-
bino in l. ſi ita ſcri-
ptũ. de manu. teſt.
vide Soci. in l. quo-
ties. in j. notab. de
cõdi. & demon. Itẽ
adde ꝙ vbi plures
determinatiões re-
ſpiciũt vnũ verbũ,
quęlibet per ſe de-
terminat, nec inter
ſe inuincẽ determi
nantur, vt declarat
Bal. per illũ tex. in
l. prætor. §. ſi qs ad
uentu. ff. vi bo. rap.

e ¶ Secundò not. Sed
aduerte diligenter,
ꝙ tranſmiſsio hæ-
reditatis nõ perue-
nerit ex teſtamen-
to, ſed ex legis pro
uiſione. Bar. met in
l. ſi fratris. C. de iu-
re delibe. l. ſi filius
hæres. de liberis &
poſth. & ſic in caſu
noſtro: vel quando
mater eſt præmor-
tua, filius vigore
ſuitatis deberet trãſ
mittere, etiã nõ adi
tã, ad quoſcunq; vt
in d. l. ſi fratris. Et
ſic ſubſtitutus debe
ret excludi datione
cohæredis extra-
nei. & ſic nullo mo
do procedit iſta lec.
Et ſi dicatur, ſubſti
tutio impedit ſuita
tem: certè non eſt
verum: quia tacita.
l. ſi pater. ff. de pri-
uil. cre. Et an clau-
ſula in fine poſita
referatur ad omnia
& ea determinet
æqualiter. vide Bar
to. in conſil. xxxiij.
And. Barba.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

a ¶ Nota quartò. Et an illa lex hic alleg. cum hæreditate. habeat locum in eo, qui eſt inſtitutus, & pupillo ſubſtitutus. allegatur Bar. ſibi cõtrarius in l. ſi. ff. de acqui. hære.

b ✠ POMATES. ¶ Oppo. No. ꝙ qñ ius accreſcendi ſimpliciter eſt de per ſe, abſq; ſubſtitutione in his, qui adierunt portionẽ ſuã, tunc neceſſe eſſet, ſi voluerit retinere ſuã, ꝙ etiam ipſis inuitis ſibi accreſcat portio eorum: qui voluerũt agnoſcere. Si verò eſt adiũctũ cũ ſubſtitutione, ex quo ſemel portionẽ ſuã agnouerũt: ſiue velint ſiue nolint, portio eorũ, q nõ adierũt, ipſis inuitis ſibi accreſcit. quod no.

✻ ¶ Pro cõcordia aduerte q; ſubſtitutio compendioſa facta à milite per verba directa, trahitur ad fideicõmiſſum poſt pupillarẽ ætatem, quando mater filij inſtituti eſt in medio. Iſta fuit opin. gl. iuncto text. in l. cẽturio. ff. de vulg. & pup. Azo ĩ Summa. Bar. Bal. in hac l. precibus. & doct. antiqui ſecuti ſunt hic opi. Contrariũ tenere allegaẽ Bar. in l. in teſtamento. C. de teſt. mili. Tu dic, iſta quæſtio ſolet in ſcholis diſputari: & plures intellectus dãtur ad hãc l. precibus. & cõplures poſſunt dari ſolutiones: ſed illa magis placet, quæ etiã eſt cõis, videlicet ꝙ aut talis ſubſtitutio fit per verba directa directiſſima: puta, ſi teſtator dicit, directò ſubſtituo: & tunc etiã ſi mater ſit in medio, nõ obliquatur: & tũc ꝓcedat ſcđa opi. Aut fit ꝑ verba directa nõ directiſſima: & ꝓcedat pria opi. Et hãc ſenſit Bald. dũ facit differentiã, an ſit facta ꝑ verba directa directò, ſeu directa ciuilia: & qa mens teſtatoris ꝑdominatur in omnibus. l. in conditionibus primũ. ff. de condi. & demon. cũ ſimi. Ideo attendenda ſunt verba ipſius.

✻ P. P A V. P.

c ¶ Precibus. Iſtã legẽ repetit dñs Baptiſta de Caccialu. de ſancto Seueri.

✻ P. P A V. P.

d ¶ Volũtas defun-

ff. de iniuſt. teſt. & hic eſt caſus illi⁹ legis difficilis.
Quod dixi plenè in l. re cõiũcti. de leg. iij. ¶ Nota
a quartò,[a] ꝙ accreſcit inuitis, &c. Cõtra hoc opp.[b]
b de l. cũ hæreditate. ff. de acqui. hær. † Glo. dicit, ꝙ
4 accreſcit inuitis. verũ eſt, ſi voluerint ſuã portionẽ retinere. Tu dic melius, ꝙ qñ eſt ius accreſcendi ſimpliciter, abſq; ſubſtitutione: tunc glo. dicit verùm. Sed qñ eſt ſubſtitutio, vnde portio alterius debet ad aliũ cohæredẽ ex diſpoſitione peruenire, accreſcit inuito, velit, nolit: poſtꝙ partẽ ſuã agnouit tũc habet locũ d. l. cũ hæreditate. & l. ſi tu ex parte. ff. de acq. hære. ¶ Circa hãc l. qro, vos videtis hic, ꝙ ius accreſcendi concurrit cum
5 iure ſubſtitutionis: quæro † vtrum poſsit repudiare vno iure, & habere alio? Gl. dicit hic ꝙ ſic. Idẽ no. in l. nec his. §. hæres. ff. de acq. hære. Cõtrariũ no. in l. ſi quis hæres. eo. tit. Tu dicas ꝙ poſtquam agnouit partem ſuam, alia portio inuito accreſcit ex ſubſtitutione. Si autem nõ agnouit, poteſt tamẽ primò partẽ ſibi ex ſubſtitutione delatam repudiare, & ex ſubſtitutione iure accreſcendi habere. Iſtud probatur in d. l. ſi tu ex parte. ff. de acquir. hæredi. ſi quis bene inſpexerit.

**S**I teſtamento. Per ſubſtitutionẽ pupillarem ſucceditur pupillo ex teſtamento, & venẽtes ab inteſtato excluduntur. h. d. quæ requiruntẽ ad pupillarẽ ſubſtitutionem ponit tex. & gl. in l. ij. ff. de vulg. & pupil.

*S V M M A R I V M.*

1 ☞ Imperator malè quærẽti benignè reſpondet.
2 Vulgaris expreſſa expirat adita hæreditate.
3 Pupillaris expreſſa, excludit matrem in totum.
4 Compendioſa facta à milite intra tempus pubertatis, valet iure directo, poſtea obliquatur.
5 Tacita pupillaris continetur in expreſſa vulgari, ſed non habet effectum contra matrem, niſi volũtas defuncti probetur aliquibus coniecturis.
6 Pupillaris quæ continetur ſub compendioſa, vel breuiloqua: an ſit tacita vel expreſſa.
7 Mater excluditur per tacitam pupillarem, qñ frater impubes eſt impuberi ſubſtitutus. & nu. 13.
8 Quæ vtilitas reſultat matri, ꝙ compendioſa obliquetur ipſa exiſtente in medio.
9 Subſtitutio compendioſa facta à milite poſt aditam hæreditatẽ, eſt ſpecies ſubſtitutionis ab alijs diſtincta: facta à pagano eſt adiectio.
10 Compendioſa dicitur. quia fit ſub cõpendio verborum.
11 Effectus ſuſtitutionis compendioſæ, in milite, & in pagano.
12 Subſtitutio compendioſa facta per verbum commune, an ſit fideicommiſſaria vſq; in finem.
14 Talis ſubſtitutio erit directa, quando teſtator dixit, volo ꝙ omnia bona mea deueniant ad talem.
15 Si dixit, ad talẽ perueniant, & ꝙ ipſe accipere poſſit ſua authoritate.
16 Quando dixit, volo ꝙ ad talem bona mea perueniant libere.
17 Verbum, quod poteſt in pluribus tẽporibus verificari, in dubio intelligitur ſecũdum quod tempus attulerit.
18 Si teſtator dixit, ſi filius meus deceſſerit ſine liberis, talem ſubſtituo: quòd non valeat ſemper iure fideicommiſsi.
19 Subſtitutio facta ſub diſtinctione tẽporis, intra tẽpus pupillaris ætatis valebit iure directo, poſtea obliquatur.

✻ c **P**Recibus.[c] Diuiditur in partes duas. Primò ponit thema, & ponit quæſtionẽ. Secũdò ad quæſtionẽ rñdet ꝑ ordinẽ. Secũda ibi: nã nõ eſt incerti iuris. Breuiter h. d. Subſtitutio vulgaris expirat adita hæreditate, nec ꝑ

cti. Vide Bar. conſi. lj. Itẽ limita niſi eſſet facta ſubſtitutio ad pias cauſa vel pro exoneratione cõſcientiæ, vide Iaſo. hic, in vj. col. & in ſimili quæ habes ad Bar. in auẽ. ex cauſa. in iij. col. j. de lib. præte.

e ¶ Cõtra hoc opp. Adde Bar. in cõſi. incip. nullus. ꝙ eſt xiij. in ordine. vbi cõſuluit ꝙ pupillaris facta extraneo cõtinet tacitã vulgarẽ hic. & text. in fi. §. de hære. inſtit. Et ſi tacita vulgaris requirit aditionẽ, & illa ſubſtitutio facta per verbũ, qñcũq;, quæ eſt cõpendioſa, ſi cõtinet vulgarẽ: & illa verba qñcũq;, q̃ ĩportãt ſiue moriantur añ mortẽ teſtoris, ſiue poſt. vide quæ dixi ĩ cõſilio comitiſſæ Sclaphani, in regno Siciliæ, & vide Bar. in cõſi. inci. in q. ꝓpoſita. & vide eundem in cõſil. inci. Ang. in auẽ. in ordine eſt quintũ. Vide ibi oĩno, vbi alleg. gl. in c. ſi pater. de teſti. li. vj. cõtra gl. hui⁹ l. Bar. in cõſil. lxxiiij. incipi. vir quidã. Et vide Bar. in cõſi. xlij. ici. homo Accurſuli. Bar. in cõſi. cix. ĩci. Minorald⁹. vbi dicit, teſtator dixit, qñcũq; deceſſerit: dicit ꝙ intelligiẽ ſiue viuo teſtatore, ſiue mortuo. & hęc eſt cõpẽdioſa. Bar. in cõſi. cxlv. incipi. cæcus habens filiã. Et vide Ludo. Ro. in cõſil. cxxix. qũo allegauit Bart. hic. & vide conſi. cliij. inci. pupill⁹, cui extrane⁹ erat pupillariter ſubſtitut⁹. & vide Bar. in cõſi. inci. pr̃ filio impuberi. vbi loquiẽ de gl. iſta. vide ibi oĩno. & vide Lud. Ro. in conſil. cxxxij. & in cõſi. ccxxxvj. & vide Bart. in cõſil. cclxij. inci. Titius cõdidit teſtm̃. & vide Bar. in cõſi. cclxvij. inci. Thebalduti⁹. vbi egregiè tangit, qñ ſubſtituit pupillo per verba qñcũq;. quę ſubſtitutio ſit: & ſi deceſſerit viuo teſtatore. Bart. ĩ cõſi. cclxxv. inci. Vanuti⁹. & de verbis directis ĩ pupillari, & de verbo obueniat, viđ Bar. in cõſil. xxxij. inci. homo Accurſili. Andr. Barb.

f ¶ Quod eſt valde notandum. Adde aliam coniecturam ſcđm Ang. ſi teſta

tacitã pupillarẽ in ea cõtentã mrẽ excludiẽ: ſed ex ſubſtitutione pupillari, vel cõpendioſa facta à milite, ſubſtitutus in totũ iure directo intra tempora pubertatis admittitur: poſteà verò ſi mater in medio eſt, obliquatur. h. d. modò habes literã claram.
1 ¶ No. ex hac l. primò † ꝙ Imperator malè quęrẽti, benignè reſpõdet. Quod dic vt dixi in l. vt reſpon
2 ſum. §. de tranſ. ¶ Secũdò no. ꝙ † vulgaris expreſ-
3 ſa, expirat adita hæreditate. ¶ Tertiò no. † ꝙ pupillaris exp̃ſſa excludit matrẽ in totũ. ¶ Not. quartò
4 † ꝙ cõpendioſa facta à milite intra tẽpus pubertatis, valet iure directo, poſtea obliquaẽ. ¶ His præmiſsis venio ad apparatum. & videtur ꝙ in primo caſu, quando eſt facta ſubſtitutio vulgariter, ma-
5 ter repellaẽ: nam † expreſſa vulgaris, continet in ſe tacitã pupillarem: vt l. hæreditatẽ. §. eo. & l. iã hoc iure. ff. e. ſed pupillaris excludit matrẽ: vt hac l. & l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. ff. de inoffi. teſta. ergo, &c. Sol. Dicit gl. ꝙ illę leges cõtrarię loquuntur in pupillari expreſſa: nam tacita pupillaris contra matrẽ nõ admittitur. Ita tenet hic, & in l. fi. §. ti. j. & vbiq;. Tamen in hoc eſt varietas, vtrũ quando mater eſt in medio, in vulgari exp̃ſſa inſit tacita pupillaris. Nam alibi videtur dicere gloſ. & bene, contineri illam tacitã pupillarẽ: ſed nõ habere effectũ contra matrẽ. Alibi videtur dicere, ꝙ tacita pupillaris tunc nõ cõtinetur in expreſſa vulgari. Iſta variatio colligitur ex gloſſ. hic poſita, & §. tit. j. l. fi. & glo. in l. centurio. ff. eo. Veritas eſt, ꝙ continẽ in expreſſa vulgari, ſed nõ habet effectũ fauore matris: vt §. tit. j. l. fi. vbi caſus eſt. Nã ibi diciẽ, ꝙ ſi mater decedat antequã pupillus, ſubſtitutus admittitur, ex vigore tacitę pupillaris. Quod nõ eſſet verũ, ſi ab initio in ea non cõtineretur: qa qđ ab initio, &c. vt in reg. iuris, quę ab initio, &c. ¶ Contra hoc opp. de l. in teſtamẽto. in fi. §. de teſ. mili. Sol. tacita pupillaris nõ admittiẽ contra ma-
d trem: niſi volũtas defuncti[d] ꝓbetur coniecturis aliquibus. Ita tenet glo. no. vide eam ſuper verſi.
e omnimodo. ¶ Contra hoc oppo.[e] de hac ea. l. in fi. ¶ Opp. nã ſubſtitutio cõpendioſa habet in ſe tacitam pupillarẽ, & tamen matrẽ excludit: vt hac l. Idem in ſubſtitutione breuiloqua, quę cõtinet in ſe pupillarẽ: & tamẽ matrẽ excludit: vt l. Lucius.
6 ff. eo. Huius timore eſt vidẽdum hic. † vtrum iſta pupillaris, quæ cõtinetur ſub cõpẽdioſa, vel breuiloqua, ſit expreſſa. vel tacita. Gl. j. magna hic poſt princi. videẽ tenere ꝙ ſit tacita, vide eã alibi. In fi. gl. tenet ꝙ in cõpẽdioſa, & breuiloqua cõtineatur pupillaris exp̃ſſa. Vide eã. quę eſt verior. Dico ꝙ vtraq; põt eſſe vera diuerſis reſpectib⁹: nam quędam eſt tacita pupillaris, quæ nullo modo exprimitur, nec verbis gñalibus, nec ſpecialibus: vt illa quę continetur in vulgari expreſſa: nam verbum vulgaris, nullo modo ex virtute verborũ cõtinet pupillarẽ: ſed ſubintelligitur ex præſumpta volũtate defuncti: vt d. l. iam hoc iure. ꝙ. §. tit. j. l. fin. & ita matrẽ nõ excludit: vt hic, & §. tit. j. l. fi. Quędã eſt pupillaris tacita, expreſſa tamen verbis generalibus, vt ea, quæ cõtinẽtur in cõpendioſa, & breuiloqua. Nam ibi ſunt verba generalia, apta comprehẽdere in ſe pupillarẽ: & illã matrem excludit: vt hic, & d. l. Lucius. ff. eo. Põt ergo ſubſtitutio pupillaris cõtenta in cõpẽdioſa, & breuiloqua, vno reſpectu dici tacita, ſ. ſpecialiter. nõ em̃ fuerũt ſpecialiter verba pupillaris ſubſtitutiõis expreſſa: & iſta eade ſubſtitutio poteſt dici expreſſa, ſ. generaliter. Fuerunt enim expreſſa verba generalia apta pupillarẽ ſub generalitate cõprehẽdere. Et ita ſaluantur iſtę glo. Vel dic ad l. Lucius. ſecundũ iſtã gl. ꝙ ibi tacita pupillaris admittiẽ cõtra matrem, f ex præſumpta voluntate defuncti: quia frater pu
f pilli erat ſibi ſubſtitutus. quòd eſt valde no.[f] vide
7 iſtam gl. quæ eſt glo. vlti. Et nota ꝙ † quando fra-

tor ſubſtituiſſet vulgariter pauperes Chriſti, vel eccleſiā. nā etiā tunc ta
cita pupillaris excluderet matrē: qa veriſimile eſt teſtatorē plus dilexiſ-
ſe animā ſuā quā vxorē: quoniā prima charitas incipit à ſeipſo. l. præſes.
ſ. de ſerui. & ſequitur Pau. de Ca. hic aut adde per Bal. conſi. lxx. v. lib.

a ☙ POMATES. ¶ Vlterius opp. Aduerte ꝙ vltra multas ſolut. quæ
dantur ad l. centu-
rio. hic, & ibi eſt cō
ſiderandū, ꝙ vbi cō
pendioſa eſt facta
ad certū tps: & ſic
tempore limitato:
hic verò nō. Vnde
cogitabis de ratio-
ne diuerſitatis, cū
bonū ſit argumen-
tum de parte &c. &
l. quæ de tota. ff. de
rei vendi.

ter impubes eſt impuberi ſubſtitutus præſumen-
dum eſt ꝙ teſtator voluerit matrē excludi. Tene
menti iſtam glo. & ſimiles, ꝙ voluerit valere iure
a directo. ¶ Vlterius opp.[a] dicitur hic, ꝙ cōpendio-
ſa vltra tēpora pubertatis obliquatur. cōtra, imò vi
detur ꝙ omni tempore valeat iure directo in mi-
lite; vt ff. eo. l. cēturio. & ff. de teſta. mili. l. milites
etiam his. Sol. dicebat Pi. ꝙ miles impuberi non
pōt directò ſubſtituere, per hanc legē. quod eſt fal
ſum per leges alleg. in cōtrariū. Glo. dicit, ſpeciale
eſt fauore matris, quādo mater ſupereſt, vt dicta
compēdioſa poſt pubertatē obliquetur. modò ha
bes prin. gl. mag. Sed cōtra hoc oppo. qa nihil re-
fert. ſiue iure fideicōmiſsi, ſiue iure directo valeat
in teſtamēto militis: nā in teſtamēto militis, non
pōt detrahi Trebellianica: vt j. ad leg. Fal. l. in te-
ſtamēto. & ff. ad Trebel. l. j. §. deniq;. Vnde mihi
refert. an iure directo, vel iure fideicōmiſsi teneat.
Quidam dicunt, etiā in teſtamēto militis detrahi
Trebellianicā: vt l. j. §. in filij. ad Trebel. quod eſt
falſum: eo quia loquitur quo ad alia remedia Tre
bel. nō quo ad detractionē quartæ. Dicit ergo gl.
8 † ꝙ eſt cōmoditas matris in hoc, primò quia ſi re-
ſtituit iure fideicōmiſsi, apud ipſam matrē rema-
nent iura ſepulcrorū: vt l. quia perinde. ff. ad Tre
bel. Item bona filij nō veniūt in fideicōmiſſo: vt
l. cohæredi. §. cū filiæ. ff. eo. Certè in primo dicit
verū in hoc etiā ſecundo dicit verū, ſed nō differt
in hoc cōpendioſa directa à fideicōmiſſaria: quia
in cōpendioſa nō veniūt niſi bona teſtātis: vt ff. e.
l. centurio. Vnde dicit glo. ꝙ eſt vtilitas matris in
alio: qa in reſtitutione Trebellianicæ nō veniret
b legitima filij. Sed an ſit verū, dubito[b]. Nā in pri-
uato teſtāte, hoc verū eſt ſine dubio: ſed miles po
teſt grauare in legitima. qđ patet ideo: qa exhæ-
redatus nō pōt intētare querelā ſecūdū iſta tēpo
ra: vt l. fi. ſ. de ïoffi. teſt. in quo erit vtilitas matris,
vt valeat iure fideicōmiſsi. Rñ. ī hoc: quia in fidei
cōmiſſaria reſtitutione nō veniūt fructus perce-
pti iudicio teſtatoris: ſecus eſſet in cōpendioſa di
recta: vt d. l. cēturio. Itē ſi mater deberet aliqd per
cipere à filio naturaliter obligato, anteꝗ̄ reſtitua
tur fideicōmiſſum, poſſet illud retinere: vt l. Sti-
chū. §. aliqñ. ff. de ſolu. qđ ſecus eſſet, ſi ſubſtituti
iure directo venirēt. ¶ Sumus expediti de oīb⁹ gl.
excepto fi. magnæ gl. quæ tractat materiā cōpen-
dioſe: ꝓ qua materia declarāda quæro, q̄ eſt ſub-
ſtitutio cōpēdioſa. Secūdò quare dicatur cōpēdioſa.
9 Tertiò, quis ſit eius effect⁹. Rñ. cōpēdioſa † ſubſti
tutio qñq; eſt ſubſtōnis ſpecies diſtincta ab alijs
vt qñ fit à milite poſt aditā hæreditatē, & valet iu
re directo: vt l. centurio. ff. eo. Qñq; nō eſt ſubſtō
nis ſpecies: ſed eſt quædā adiectio: vt qñ fit à paga
c no.[c] Illa enim nihil valet iure pupillaris directæ
poſt pubertatē, & aditā hæreditatē, ſed iure fidei-
cōmiſsi, vt j. videbitis. Vnde tūc nō eſt ſubſtōnis
ſpēs p ſe, ſed adiectio quædā. Quare dicitur cōpē-
10 dioſa? † Dic quia fit ſub cōpēdio verborū, & con-
11 tinet tēpus, ſcilicet qñcūq; deceſſerit. ¶ † Quæro
quis ſit eius effect⁹? Rñ, ſi quidē fit à milite, & ma
ter nō ſit in medio, omni tpe valet iure directo: vt
l. centurio. ff. eo. & l. milites etiā his ff. de teſt. mi-
li. Si verò mater eſt ī medio infra pupillarē ætatē,
valet iure pupillari, poſtea iure fideicommiſsi: vt

hic niſi de volūtate defuncti aliud probetur, vt ſ.
de teſta. mil. l. in teſtamēto. in fi. Si verò hæc ſub-
ſtitutio eſt facta à pagano, vt fit regulariter ī quo
libet teſtamēto: tūc gl. diſtinguit tres caſus. Pri-
d mò, aut fit p verba directa:[d] vt qñcūq; deceſſerit,
talis ſit hæres: & tūc infra pupillarem ætatē valet
iure directo: poſtea totaliter expirat: vt l. verbis.
& l. in pupillari. ff. eo. Aut fit per verba merè obli
qua: vt, quandocunq; deceſſerit, tali reſtituatur
e hæreditas: & tūc omni tēpore valet[e] iure fideicō-
miſsi. Et iſtos caſus gl. ponit tanꝗ̄ indubitabiles:
& idē tenēt omnes noſtri doc. Ego ſuper hoc mo
ui infinita dubia, quæ nō recitarentur in vna die.
Quæ dic vt plenè dixi ī l. cēturio. ff. eo. & ibi mul
ta dixi, quæ per alios leuiter trāſeunt: & hoc ideo
ꝓpter multos caſus, quos me docuit mortalitas.
12 vide etiā glo. Si verò † fiat iſta ſubſtitutio p verbū
f cōmune,[f] vt eſt verbū, ſubſtituo: vt qñcūq; deceſ
ſerit, talē ſubſtituo: tu dic, vt glo. ego interpretor
ꝙ ſit fideicōmiſſaria, vt iſta ſubſtitutio intelligatur
eo modo, quo omni tempore valere potuit: & ſic
perinde ſit, ac ſi per mera verba obliqua fieret: vt l.
g quoties. ff. de reb. dub. Quia de iſto dubio[g] in hoc
doc. noſtri multa ſenſerūt: an hęc glo. verū dicat?
videtur ꝙ ſic. Nā qñ ſubſtitutio ſit parētibus pſo
nis, intelligitur eo modo quo pōt omnibus con-
gruere. vt l. hæreditatē. & l. ꝗ̄uis. ſ. eo. & l. in teſta
mēto. de teſta. mili. & l. iā hoc iure. ff. eo. ergo ita
in tempore, ſubſtitutio facta diuerſis, & imparib⁹
tēporibus intelligitur eo modo quo omni tēpore
pōt cōgruere: & ſic ſemper intelligitur fideicōmiſſa
h ria[h] Et ita tenet glo. hic, & ff. eo. l. cēturio. Azo in
Sum. huius tit. Odot. Iac. Bald. Mar. Sil. & Ber. de
teſta. c. Ray. And. de teſta. c. j. lib. vj. in gl. antiqua.
Cōtrariū videtur tenere gl. Inſtit. eo. §. qua rōne. in
gl. mag. videlicet ꝙ infra pupillarē ætatē valet iu
re directo, pōſt iure fideicōmiſsi. qđ ꝓbatur ſic: Sub
ſtitutio, q̄ variatur p tēpora, debet ītelligi ſecūdū va
rietatē tēporis: vt l. pretia rerū. §. nōnullā. ad lege
Falci. Pro hoc videtur caſus in l. pater Seuerinā. §. cō
ditionū verba. ff. de cōdi. & demon. & iſtā opi. te-
nēt multi docto. Secūda fuit opi. Ia. de Are. q di-
xit ſic: Aut iſta ſubſtō fuit facta ſimpliciter, ſi fili⁹
meus deceſſerit, &c. Nec ibi fuit appoſitū verbū
diſtributiuū, qñcunq;: & tunc vera ſit opi. glo. vt
valeat omni tēpore, tanꝗ̄ fideicōmiſſaria, qa eſt
vna: ergo pro toto tēpore debet vno, nō diuerſo
iure cēſeri: arg. l. eū qui ædes. ff. de vſuca. Sed ſi ap
poneretur verbū diſtributiuū, quādocūq;, tūc per-
inde eſt, ac ſi tēpora ſingulariter enumerarētur: vt
l. ſicut in annos. in prin. qui. mo. vſusfruc. amit. ſed
ſi tempora eſſent ſic ſingulariter enumerata, infra
pupillarem ætatē, valeret iure directo, poſtea iure
fideicōmiſsi: vt j. dicā. ergo &c. Et hāc opin. videtur
tenere Cyn. & ita dicit ſe conſuluiſſe. Quid dice-
mus? Domini in hoc inueni notulas multas. Et
dico ꝙ debem⁹ primò aduertere, an ex p̄ſumpta
volūtate defuncti poſsit apparere quid ſenſerit:
tunc enim ſtamus volūtati ſuæ, etiā cōtra matrē:
vt l. in teſtamēto. ſ. de teſta. milit. & habuiſtis no.
13 ſ. eadē l. in glo. ſuper verbo, omnimodo. ¶ † Quid
i enim ſi teſtator[i] ſubſtituit fratrem fratri? Certè
præſumptio eſt quòd voluerit matrē excludere:
14 vt not. hac l. in fi. vltimæ glo. mag. ¶ † Item, quid

b ¶ Sed an ſit verū, dubito. Adde qđ Ange. quem Paul. de Ca. refert, & dicit non eſſe dubitādum: quia verum eſt, quando expreſſe exhæredat: ſed qñ grauat de reſtituendo hæreditatem, nō cēſetur grauare in legitimam. Et hoc dicunt velle iſtam glo. argu. l. ſequens quæſtio ff. de leg. ij. Certè dicit Paul. videtur, ꝙ idem ſit in ſubſtitutione directa, cum per eam non ſuccedatur filio, ſed patri: ideo non poteſt dici prouiſio filij, ſed magis grauamen. & maius quā illud, quod reſultat ex fideicommiſſaria, cùm faciat ipſum deſinere eſſe hæredem ipſo iure: & ideo videtur quòd ſicut in fideicōmiſſaria etiā facta à milite non venit legitima filij: ita nec in directa: & ſic in directa remanebit filius hæres directus etiam hæres eius, & in reſiduo deſinet, & ſubſtitutus incipiet eſſe.

☙ POMATES.
c ¶ A pagano. Et hoc eſt verum conſiderato effectu: conſiderata verò fama verborū, ſub qua concipitur, poteſt dici ſpecies de p ſe.

☙ POMATES.
d ¶ Directa. De iſto caſu vide plenè per Alex. in l. centurio, col. xxix. & iij. ſeq. ff. de vulg. & pupil. & Bar. conſil. iij. & quæſtione ccxxxvj.

d ❧ *P. PAV. P.* Dire. De hoc prio caſu vide Pau. de Ca. cōſ. cxxxiij.

e ☙ POMATES. ¶ Omni tempore valet. Hoc tamen limita, vt per Bal. in l. proxi. penul. char. verſi. mirabile eſt dictum.

f ❧ *P. PAV. P.* Per verbū cōmune. Vide de iſto articulo pleniſsimè Bar. in l. ſi arrogata. in j. & vlti. col. ff. de adop. vbi plenius examinat quā hic vel alibi. Vide latè do. Fran. conſi. clv. vide Bar. cōſil. ccxxix. vide Pau. de Caſt. cōſil. cx. vbi ponit ꝙ ſi ſit ſtatutū ꝙ de iure nō ſuccedat: nū-
quid autē ſubſtitutio cōpendioſa facta pupillo de bonis teſtatoris tātum per verba cōia, matre ipſius teſtatoris & matre ipſius pupilli exiſtentib⁹. in medio, ſeu p tēpora pupillaris ætatis ſit directa vel obliqua, vide Paul. de Caſt. conſil. ccxlvj. Item de articulo an cōpendioſa facta à muliere per verbū cōmune fauore matris poſt pubertatem obliquetur, vide omnino Pau. cōſ. cccxxxix. in vlt. col. vbi tāgit pulchrè intellectū huius legis in hoc paſſu. Item vide in materia quando eſt facta à pagano matre extante in medio Anto. de Butr. conſi. liij. per totū. Item de cōpendioſa facta à pagano p verbū cōmune an omni tēpore ſit fideicōmiſſaria, vide Ange. latè diſputātem cōſil. cxviij. incip. hoc in teſtamēto petri. Et quādo mater eſt ī medio, ꝙ omni tēpore ſit fideicōmiſſaria, vide Io. de Ana. cōſi. lxxix. dicentē iſtā eſſe communem, & Bolog. ibid. in additio.

☙ POMATES.
g ¶ De iſto dubio. In quo dubio communis opi. eſt, ꝙ intra tēpora pubertatis, valet iure directo, etiam ſi mater ſit in medio: vt per Alex. in l. cēturio. ff. de vul. & pup. & cōſi. lxxij. in ij. vol. cōſi. xvij. in iij. vol. & conſil. xlv. in j. vol. & conſil. xij. in iij. vol. Paul. conſil. cxiij. & cōſ. ccxlvj. & ccxxxvij. & cōſ. cccliij. Barb. conſil. xlvj. ij. vol.

h ¶ Fideicōmiſſaria. Adde ꝙ ſubſtitutio facta impuberi, per verbū commune ſit omni tēpore fideicommiſſaria. voluit Bal. cōſil. ccl. inci. in cōcludēdo ſemper tenui cōmunē opi. quarto & eo. li. cōſil. ccl. inci. dicta ſubſtitutio. & conſil. ccclxxvj. inci. quidam nomine A. & cōſil. cxlij. in c. pater ſecit. iij. li. et ibi etiā ſi ſoror ſit in medio: & conſilio ccclxix. incip. p̄miſsis. ij. lib. vbi pulchrè, quando mater eſt in medio: & ibi non vult firmare pedes: quia fratres teſtatoris, & mater pupilli, concurrebant. Eandem opi. tenet Ange. conſil. xiij. & conſi. cxxv. vbi refert Bal. ita conſuluiſſe. Idem voluit Bar. conſi. liij. inci. Ange. Matthiæ. & conſil. ij. inci. homo Accurſuh. quod verò infra pupillarem ætatem valeat iure directo, poſtea iure fideicommiſsi, voluit Pau. de Caſt. etiā ſi mater ſit in medio. conſil. ccxlvj. & conſi. cx. & cōſi. ccc. Oldra. conſi. cxxv. Ro. idem videtur ſenſiſſe conſil. clxxxv. & Alex. conſi. xij. vbi vide quæ hic dicit eius libro ſecundo.

i ¶ Quid enim ſi teſtator. Vide pulchrum conſi. Bald. conſi. cclx. iij. lib. &

ſi teſtator

Bal.conſil.ccxvij.incip.quidã Pet.j.lib. & ibi vnum verbum, quid ſi frater fuit ſubſtitutus tanquã miniſter pauperum.

a ¶ Itẽ quid ſi. Adde Bald.conſi.cclxxviij.iiij.volu. & conſi.ccliij.j.volu. Ange.conſ.cxxv.Roma.conſi.cxxx.Bart.conſi.xv.incip.in Dei nomine pater habens.

※ *P. P A V. P.*

b ¶ Bona mea libere. Vide Comẽ.q hoc ſequiẽ in conſi.iij.incip.teſtator.Bar.inſtituit.circa mediũ.& idem in ver.pleno iure.ſecũdũ Ant.de But.conſi.liij.de quo ſuprà.

✤ POMATES.

b ¶ Bona mea liberè. Quid ĩportat iſtud verbum liberè, vide text. in cap. de multa.in verſi.libe rè.de præben.vbi Abb.not.in j.colũ. Adde Bal.in c.quæ in eccleſiarum.in j.col.in ver.liberum.de conſtitu. & ibi do.Anto.in iiij.notabili. Adde etiam tex.in c.j.in verbo, liberè.& vide Ioã.And.de reg.iur.in vj.& clarius Gemi nia. Adde tamẽ ꝙ in contrarium cõſuluit Rapha.Cu.in cõſi.cv.incip. Ant.ſed ꝙ opi.hęc, ꝙ liberè, exponatur id eſt propria authoritate, eſt teſt.in c.cum epiſcopus.per expoſitionẽ Arct. & Io.And.de offi.ordi.in v.not.gloſ.in c.j.in verbo, liberè.de teſtamẽ.in vj. Facit quod not.gl.in c.cum plures.in verbo liberè.de offic. deleg.in vj. & gloſſ. in Clemen. dudum.in verbo, liberè.de ſepul.alibi Cardi.in c.ad hæc.de relig.domi.facit quod notat glo.in expoſitio.ibi communiter approbata in c.lator.de homicid.ponit Alex.de iſta dictione in conſi.xij.incip.viſo themate,in j.& ij.volu.Barb.in c.j.de offic.& domi. Ant.de But.conſi.xij.in ij.col.in ij.vol.Facit quod not.Ang.in l.hæc ſi res.ff.de rei vendica.vbi inquit ꝙ ſi teſtator dixerit ꝙ legatarius non moleſtetur per hæredem in re legata, videtur data licentia capiendi propria authoritate: & de verbo, liberè, vide Modernos in l.j.in ij.colum.ſ.de ſacroſan.eccle.in iij.colum. & in v.q.principali.in princip.ibi, Alexand.in apoſtillis. Vide de verbo liberè, Iaſo.in l.centurio.in vij.col.ff.de vulga.& pupilla. De verbo autem plena poteſtas & libera, vide Felin.in c.audi tis de præſcrip.Barba.in c.præterea.de offi.deleg. Adde etiam ꝙ ſtatuẽtũ dans poteſtatem plenam vel liberam procedendi ſuper maleficijs, nõ poterit tamen ponere aliquem ad torturam, niſi præcedẽtibus indicijs. Vide Iaſ.in l.ſimiles.in fi.

c ※ *P. P A V. P.* ¶ Sine liberis. Vide quę ſcripſi in l.centurio.in iiij.colum.ad Bartol.& in l.in pupillari.ad finem.& in l.ij.in princi.de vulg.& pupilla.

d ¶ Reprehenditur. Adde vt per Bal.conſi.xlvj.& ccl.iij.vol.& conſ.ccj.in ij.vol.per Oldra.conſi.xcix.incipiẽ.factum tale, quidam teſtator.per Barto.conſ.xxij.incip.homo Accurſuli.per Bald.conſi.xlvj.& ccclv.iij.vol.& conſ.clxxxiij.& cxliij.lib.ij.vo.ij.& cõſ.cliij.j.vol.Pet.de Anch.conſi.xxvj.& Bal.conſi.cclv.iij.lib.

e ※ *P. P A V. P.* ¶ Lib.vj. De intellectu huius cap.ſi pater.vide do. Franci.conſi.clv.

※ ¶ Aduerte do.Alex.in hac l.humanitatis.alleg.Barto.ſibi contrarium: ſed pro ſaluatione Bartol.vide concordiam quam poſui ad l.ex facto.in princ.ff.de vulga.

f ※ *P. P A V. P.* ¶ Humanitatis. An iſta lex habeat locum in furioſo, vide Matheſ.notabi.clxxxj.in verſi.vltimò oppo.in verbo, ſolu.circa iſtã ſolutionẽ, vide do.Iaſo.in l.ex facto.col.xv.verſic.circa quæſtionem an teſtõr.de vulg.& pupilla.

a ſi[a] teſtator dixit, volo ꝙ ad talẽ veniãt omnia ſine aliqua diminutiõe: vel totã & integrã hęreditatẽ, vel ſimilia verba: tunc enim hoc non poteſt eſſe, niſi per ſubſtitutionẽ directã: ergo de directa intellexit. Not.de hoc in l.Iul.in princ.ff.de leg.iij.

15 ¶ † Quæro, qd ſi dixit ꝙ ad talẽ perueniant, & ꝙ ipſe poſsit accipere ſua authoritate? Certè ex hoc videẽ voluiſſe ꝙ valeret iure directo intra tẽpora pubertatis: vt l.Titia cũ teſtamẽto.§.j.de leg.ij.

16 Vel quid ſi dixit, volo ꝙ † ad talem perueniãt bo

b na mea libere[b]? Videẽ velle ꝙ capiat đ manu ſua nõ per alium.arg.ad hoc ff.de vi & vi ar ma.l.vim facit. Vel quid ſi ex præcedẽtibus, vel ſequẽtib⁹ aliud appareat: tũc eſſet recurrẽdum ad opi.ſtaremus enim illi: vt d.l.in teſtamẽto.in fi.ſ.de teſtamili. Sed ſi nihil apparet, ex quo de volũtate teſtatoris perpẽdi poſſet. tũc remanet dubiũ. In quo dico, aut mater eſt in medio: & tũc verbũ dubiũ debet interpretari in caſum magis fauorabilẽ pro matre: vt l.qui duos.§.j.& quod ibi no.ff.de reb.dub.& ſic omni tẽpore fideicõmiſſaria. Nec obſt. iſta lex, qa hic ſatis habet facere lex in milite, qui omni tẽpore põt ſubſtituere iure directo. Sed eã facit obliquare fauore matris, poſt tẽpora pubertatis. Si verò mater nõ eſt ĩ medio, nec aliqua perſona, contra quam nõ admittitur tacita pupillaris, quas perſonas plenè dixi in l.ij.ff.eod. tũc ego dico ꝙ iſta ſubſtitutio eſt vna: non dico pro toto tẽpore, ſed dico vna, ſecũdum quod caſus attulit. Nã ſi filius deceſſerit in pupillari ætate ĩterp̃tabimur ꝙ ſemper fuit pupillaris: ſed ſi fili⁹ deceſſerit poſt pupillarem ætatẽ, interpretabitur ꝙ ſemper fuit

17 fideicõmiſſaria. Probo: verbum, † quod poteſt in pluribus tẽporib⁹ verificari. in dubio debet ĩtelligi ſecũdum quod caſus attulerit: vt l.iij.in prin.ff.de adi.leg.& l.hęc conditio.§.ſi.cũ l.ſeq.de condi.& demonſt. Ita in propoſito: iſta verba, ſi filius me⁹ deceſſerit, ſunt apta referri ad filiũ decedẽtem in pupillari æta.& ad filium decedentem poſtea: & ideo ante aditam hæreditatẽ, vel etiã ante mortẽ defuncti, ſecundũ quod caſus attulit, ita referuntur: & ſecundũ hoc, ſi deceſſerit poſtea cõtinet fideicõmiſſariã: ſi deceſſerit ante aditã hæreditatẽ, continet vulgarẽ. Facit ad hoc de liber.& poſth.

18 l.Gallus.§.j. ita intelligo iſtã moteriã. ¶ † Quæro ergo ſi teſtator dixerit, ſi fili⁹ meus deceſſerit ſine

c liberis[c], talẽ ſubſtituo. Glo.hic videtur dicere, ꝙ per hæc verba videtur teſtator velle ꝙ ſemper va

d leat iure fideicõmiſ. Hæc gloſſ.reprehendiẽ[d] per

e c.ſi pater.de teſt.lib.vj.[e] ¶ † Quæro, ſi teſtator ſub

6 &c. † Quæ eſt ratio differentiæ inter infantem & furioſum. Nam per tutorem quæritur infanti: ſed per curatorem non quæritur furioſo. Docto. dicunt hic, quòd ratio eſt: quia magis fauetur infanti, quàm furioſo. nam infans reſtituitur: furioſus non. Iſtud eſt falſum: quia vterq; reſtituitur quando læditur: vt l. Marcellus. ff. de fideiuſſ. licet enim furioſus non reſtituatur vt minor: tamẽ reſtituetur ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur. Ita enim propter imbecillitatem conſilij, ipſe regitur per alium, ſicut infans. Quæ eſt ratio? Dico quòd tutor habet plus iuris in pupillum, quàm curator in furioſum. Nam tutela eſt ius ac poteſtas in capite libero &c. vt ff. de tute. l. prima, & ideo dicitur quòd tutor datur ꝑſonę principaliter, curator principaliter bonis: vt ſ. de nupt. l. in copulandis. Sed in hoc remanet dubium mihi. Nam ſecundùm hanc rationem pater poſſet adire pro filio furioſo: quia habet ius poteſtatis in perſona filij, & eſt eius legitimus adminiſtrator: quod fortè eſſet verum, quantum ad aditionẽ quæ fit quantum ad quærendum ipſi patri: ſed hoc non dicerem: quia hoc ſolùm reperitur in infante, cõtra regulas iuris communis: ergo non eſt extendendum: vt lege, quòd verò. ff. de legibus & l. ſi verò. §. de viro. ff. ſoluto matrimonio. ¶ Vlterius oppo. hic dicitur quòd pater poteſt adire infante ignorãte. Cõtra, pater nõ põt repudiare infante ignorãte: vt ſuprà, eo. l. renitente. ergo non poteſt adire eo ignorante: vt l. is poteſt,
7 ff. eodem. Solu. hic dicit gloſſ. † hic fallit illa regula, quæ dicit, is poteſt adire, qui poteſt repudiare. Tu dicas clarius quòd illa regula habet locum in his qui ſuo iure adeunt: & tunc procedit regula, is poteſt adire qui poteſt repudiare: ſed in eo, qui adiuit nomine alieno vt in caſu noſtro, regula non procedit: vt l. ait prætor. §. j. ff. de iure deliberandi. ¶ Item opp. patria poteſtas non eſt ſufficiens ad obligandum, vel liberandum filium: vt l. fina. §. j. ff. de verborum obligatio. & Inſtitu. de inuti. ſtipulatio. §. furioſus. Sed per aditionem filius obligatur creditoribus, quamuis hæreditas non ſit ſoluendo: vt lege ſi te. ſuprà, eodem ergo non poteſt filius adire patris authoritate. Sol. Dicit gloſſa hoc eſt magis commodum, quàm damnum. Vide glo. quaſi circa finem. Si iſta ſolutio eſſet vera: poſſet pupillus ſolus ſine tutore, & ſine patre acquirere: vt Inſtitu. de authori. tuto. circa principium. & l. obligari. circa principium. ff. de autho. tuto. hoc aũt eſt falſum: vt Inſtitu. de autho. tuto. §. neque. ſ. eodẽ. l. potuit. & j. eod. l. fi.
8 ergo iſta non eſt bona ſolutio. Solue † ergo quòd quædã ſunt per quæ filius merè obligatur: & tũc patris authoritas non eſt ſufficiens: vt in cõtrario, & ideo aduerte, in cauſis criminalibꝰ, in quibꝰ cõſtat quòd nihil põt quæri patri, pater nõ põt legitimè ꝓſtare authoritatẽ filio minori: quia eius authoritas non eſt ſufficiens ad obligandum, vt ſuprà. Idem conſtat in cauſis ſpiritualibus, in quibus patri nil poteſt quęri. de iudi. ca. fin. libro vj. circa finem. ſed erit neceſſe, quòd detur curator ad illam litem. ſuprà, de authori. pręſtan. l. clarum. Dicam in l. cùm non ſolũ. §. neceſsitate. de bonis quæ liberis. Quædam ſunt, in quibus patri poteſt quęri, vel eſt dubium: quia poteſt eſſe commodum, & incommodum, vt in hæreditate: & tunc poteſt eſſe legitimus adminiſtrator filij in poteſtate. & eius authoritate filius obligatur, vt hic. Et ita loquitur iſta glo. Facit infrà, de bonis mater. l. prima. de bonis, quæ libe. l. cùm oportet. & l. cùm
9 nõ ſolùm. & per † omnes illas leges. Vnum tamẽ ſpeciale & ſingulare eſt hic, quòd pro infante emancipato, quanquam pater vel auus non ſit legitimus adminiſtrator, niſi detur tutor: tamen authoritate huius l. j. verſic. ea verò. conſequitur cauſam legitimam adminiſtrationis, vt poſsit pro eo adire hæreditatem. quod eſt notandum. ¶ Opponitur infrà, ad Orfi. l. ij. Solutio, dicit glo. ibi, iam exceſſerat infantiam, quæ deceſsit. ¶ Sumus expediti de iſta prima parte: circa hanc partem formo tibi vnam quæſtionem de facto, quam habeo pro difficili. Hæreditas infantis ſecundùm iura hodierna defertur patri, & matri, & fratribus infantis: vt in authenti. defuncto. ĩfra ad Tertullianũ. Modò pone, deceſsit infans hęreditate non adita, ſuperſtite patre, & matre, & fratribus: pater iure patris authoritate huius legis vult capere totam hæreditatem illa non adita, & vult excludere matrem & filios: quia hęc lex ſolùm patri, & auo, & aſcendentibus per lineam maſculinam dat iſtud priuilegium. In contrarium dicunt mater & filij. Tu pater potes capere tanquàm quæſita iam infanti, ſed ſi hæreditas eſſet infanti quæſita per te: nos admitteremur vna tecum: ergo nos debemus habere partem. ſicut ſi iam eſſet infanti quęſita. Quid dicemus?
a Cogitabitis.[a] ¶ Venio ad ſecundã partem: dicitur hic ꝙ tutor poteſt adire pro infante. Contra. ff. de appel. l. cum in vna. §. tutor. Solu. ibi loquitur in curatore pupilli: hic loquitur in tutore pupilli, licet ſecus eſſet in curatore adulti, vt l. cùm quædam. ſ. de adminiſtra. tuto. ¶ Opponitur ſecundò, dicitur hic, quòd ſi infans decedit hæreditate nõ adita, non tranſmittat eam: & hoc habet locum in omni hæreditate. Contra ſ. de cura. furio. l. fina. §. tali, & in §. ſi autem perpetuus. & ſ. eod. l. iij. Huius timore dicunt quidam ꝙ iſta generalitas quæ dicit, omnes reſtringitur vt non comprehen
b dat hęreditatem paternam. Alij dicunt ꝙ hic[b] intelligitur de omni hæreditate: & in hoc videtur hic reſidere gloſſ. ſuper verbo, omnes hæreditates. Contrarium huius videtur determinare glo. j. eo. l. pe. vbi videtur teneꝛe ꝙ hęreditas patris non adita trãſmittitur. quid dicemus? De hoc ſunt opi. magnę contentionis. Do. Iac. de Bel. diſputauit q. de hoc quam ponit in
10 aut. de tri. & ſe. circa prin. ¶ † Omiſsis truffis: ego conſului[c] infinitis vici-
c bus, & in ciuitate iſta ſic iudicatur per omnes: & ſic fuit collegialiter in collegio iſto determinatũ: quòd hæreditas patris nõ adita, ĩdiſtinctè trãſmit
d tit[d] per filium in poteſtate. Hoc probatur in infinitis legibus, non violãdo tex. in d. l. fi. §. ſi autẽ perpetuus. de cur. fur. & ſ. eod. l. iij. & j. de ſuis & leg. l. apud hoſtes. & ff. de teſtam. l. ex militari. §. fin. cum l. ſe. de ſtip. ſer. l. liber homo. §. j. de iure fiſ. l. Lucius. de ca. pec. l. hęreditate. §. filius. de re. dub. l. q duos. §. cũ in bello. ad Tertul. l. j. §. ſi qs adita. ſcd̃m verã lect. Ego hoc probo per rationem, cui iudicio meo impoſsibile eſt reſpõderi de iure ciuili nõ eſt dubiũ ꝙ filius in poteſtate eſt hęres, velit, nolit, ſed per prętorem conceſſum eſt tibi beneficium abſtinendi in ſui fauorem, ne oneribus hęreditarijs teneatur inuitus, vt inſti. de hęre. quali. & dif. §. ſui. vbicũq; verò eſt fauor filij, ne exiſtentia ſui hęredis operetur aliquid: & tũc habet locum edictum prętoris de beneficio abſtinẽdi, ſed vbicunq; eſſet in cõmodum filij beneficium abſtinendi nihil operatur, ſed remanet ius ciuile & antiquũ in terminis ſuis. Ita dicit tex. ad literam in l. ſi filius qui patri. ff. de vul. & pup. Sed nullum eſt dubium quòd hęreditatem nõ aditam, hoc eſt ius adeundi hęreditatem non aditam tranſmittere eſt priuilegium, & cõmodum. Nam quibuſcunq; perſonis conceditur priuilegium &c. nullũ poteſt habere incõmodũ: quia hęres habet in poteſtate adire, vel nõ adire, vt l. ſi qs filiũ. §. j. ff. de acqui. hęre. Cõcluditur ergo quòd beneficium abſtinẽdi inductum à prætore, non impedit tranſmiſsionẽ hęreditatis, ſcilicet propter exiſtentiam ſui hęredis. Ad iſtud reſpondeo ꝙ contra hoc facit l. ij. §. ſi quis ex liberis. ff. ad Tertul. Sed tene ſecundam lec. ibi poſitã. & facit pro. & dic vt ibi. Non ob. iſta lex quę dicit omnes hæreditates: qa intelligitur de hæreditatibꝰ extraneorũ: in qbꝰ eſt neceſſaria aditio. Et hoc dicit tex. hic primò, ex eo qđ dicit deuolutas. Nã hæreditas patris nõ dicitur deuolui ad filiũ, ſed magis cõtinuari, vt l. nihil. j. pro hęred. Item ex eo qđ dicit agnatas. nam in hęreditate patris nõ requiritur agnitio de iure ciuili, loquitur ergo de hęreditate extraneorũ. Nõ ob. j. l. ꝓx. in prin. vt ibi dicemꝰ. Nõ obſt. j. de cadu. tol. §. in nouiſsimo. qa illa etiã loquitur de hęreditate extraneorũ. ¶ Vlteriꝰ opp. ad hũc §. & videtur qđ deuoluatur ad hęredes infantis, vt ſ. ea l. in prin. Sol. dicit gl. ibi ſpeciale in patre. Ratio ſpecialitatis; qa hęredes infantis poſſunt habere regreſſum contra hæredes tutorũ, ſed pater contra nullum. Glo. rationem iſtam reprobat: qa tex. hic loquitur etiã quãdo nullus eſt tutor. Dicit glo. ꝙ eſt ſpeciale in patre priuilegio patris. ¶ Vltimò aduerte ad iſtam partem: hæc lex prima facie videtur contra
11 duas opiniones quas teneo. † Vna eſt quòd ſi minor decedit[e] hæreditate
e nõ adita, hæres eius ex perſona minoris poteſt petere reſtitutionem in integrũ, ad adeũdũ hr̃ditatẽ, vt l. j. ſ. de reſt. mil. & ibi dixi tibi. ff. de acq. hę. l. Pantonius.

a ¶ Cogitabitis. Adde, vt hic per Paul. de Caſt. & latè per Alex. quibus adde quę poſui in præcedenti apoſtilla.

b ¶ Alij dicũt ꝙ hic. Vide Bar. in l. ventre. ff. de acqui. hæ. & ibi Io. de Imo. & Lu. & Ang. Saly. ĩ l. apud hoſtes. Bal. ĩ l. ij. C. ad orfi. & in l. j. C. de his q ante ap. tab. ſed dubium eſt, qđ ſi ſuper extat alter filiꝰ & mr̃, an ꝑteriti veniant, vide Bal. ĩ d. l. ij. & ĩ. d. l. j. & doct. ĩ d. l. vẽtre. And. Barba.

c ¶ Conſului. Adde de ĩfante ĩ quo eſt maius dubiũ, Bart. conſil. cclxxxij. ij. vo. & ibi an tranſmittat bñfi. reſt. in ĩte. & cõſ. cclxxvij. e. vo. ĩci. in Chriſti noĩe. pũctus cãæ talis eſt & ibi ẽt trãſmittat bñficium reſti. in inte. & conſi. ccxcvij. eo. volu. & cõ. xxj. vol. j. & cõſil. xcv. & ccx. co. j. vol. & cõ. cclxxxvij. & ccccxiij. eod. vol. & ibi an furioſus & mentecaptus tranſmittat beneficiũ reſtitutiõis per Ro. q tñ ſe intelligere nõ ſinit conſi. ccccxcv. ſed conſil. lviij. clarè tenet cõmunẽ opi. vide per eũdẽ pulchrum dictũ, ad hoc cõ. ccccxlij. & p Ang. cõſi. cclxj. & cclxxxvj. Pau. de Caſt. conſi. lxviij. pe. de Anch. cclxxxix. & conſilio. ccclxiij.

❧ P. P A V. P.

d ¶ Indiſtinctè tranſmittitur. Sequitur Com. conſi. cxv. in prin. Ant. de Bu. cõſi. lxvij. circa mediũ.

❧ P. P A V. P.

e ¶ Minor decedit. De iſta dicit Com. cõſ. cxix. poſt princi. ꝙ adhuc eſt dubiũ vide qđ ſcripſi in l. Pantonius. ff. de acquir. hære. vbi etiã Bart. & alij. Sed idẽ Cõ. cõ. cix. inci. nobilis dña. ĩ l. vl. col. expreſsè tenet contrariũ eius quod tenuit Bar.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

hic.& alibi.Et poſito ꝙ trãſierat hæres ex dictis ſuis.& ibi circa finẽ po-
nit duas limitationes,vide ibi per eũ & põdera:vide etiã latè de hoc Are.
cõſi.clxj.an & quãdo minor trãſmittat beneficium reſtitutionis in inte-
grum circa reſtitutionem hæreditatis.Iaſ.hic in vlt.col.Soc.in l.qui duos.
ff.de reb.dub.in prin.in ij.& iij.char. Are.in l.Pantonius.in v.co.& ſeq.de
acqui.hære.

l.Pãt.Sed hoc videt̃ cõtra iſtũ tex.q dicit oẽs hr̃di
tates ita debere intelligi,quaſi non eſſent delatæ.
Sed ſi non eſſent delatæ,non competeret reſtitu-
tio:ergo &c.Et hoc qđ reſtitutio nõ cõpetat:te-
a nuit do. Iac.de bel.circa fi.illius q̃onis[a] diſputatæ
quã ponit in corpore de trien.& ſe.Iac.de Are.te
nuit cõtra,& bene,vt eſt caſus in l.q duos.in prin.
ff.de reb.du.quæ lex nõ poteſt aliter intelligi.Nã
ibi frater hęreditatẽ fratris impoſsibile eſt,quòd
tranſmittat aliter quàm per reſtitutionem in inte
grũ s.eo.l.quoniam ſororem. Ad iſtã legẽ reſpon
deo,qđ hic dicit̃ quaſi ab initio nõ eſſent ad eum
delatæ:fateor de ſtricto iure:ſed petita reſtitutiõe
ex ęquitate dicti Prętoris.perinde erit ac ſi ab ini
tio adiuiſſet. Ad primũ tamẽ aduerte,ꝙ iſta reſti-
tutio,de qua loqmur,nõ dat̃ mero fauore mino-
ris ætatis.Nam in minori ætate non contingit lę-
ſio,ſed datur:quia contingit lęſio ꝓpter minorẽ
ætatem,& mortis caſum,vt dicta l.Pantonius.&
ſic eſt vt arbitror,partim ex titulo de minoribus:
partim ex clauſula generali,ſi qua mihi iuſta cauſa
eſſe videbitur.Et ideo ſi iſte hęres minoris poſſet
b habere aliud remediũ:[b] qa poſſet agere cõtra tuto
rem negligentẽ:vel ſi huic hęredi poſſet imputari
negligentia ꝙ curatorẽ illi minori tutorem nõ ha
benti nõ petierit:tũc nõ daretur reſtitutio ſibi:qa
non eſt iuſta cauſa,quare debeat dari,ſed perinde
ſi hęreditas tãquã delata nõ eſſet.Ita loquitur iſte
tex.& ita intelligat̃ opi.do.Iac.de bel.& ſi nulla
poteſt imputari negligentia:tunc competit ei re-
ſtitutio in integ.vt d.l.qui duos.de re.dub.Et hoc
caſu idem fit in minore quod in abſente.quod te-
nebat Iacob.de Areti.vt dixi.& domi.Oldra.ſe-
quendo eum,& do.Iac.de but.licet tranſiret mul
tùm ſub nube,& de hac lege mentionem nõ face
12 ret.Ego teneo† quòd ſcientia tutoris inducit tranſ
miſsionem iuris deliberandi,& adeundi hæredita
tem,vt j.l.proxi.dicam.quod videtur contra iſtũ
tex.dũ dicit ita intelligi quaſi ab initio non eſſent
delatæ,ſed reſpõde vt dicam j.l.ꝓxi.¶ Venio ad
tertiã partem,ſcilicet ad §.ea verò.Hũc §.nota,&
examina vt dixi in prima parte.¶ Venio ad quar
tam partem.& ad id qđ hic primò dicit̃ ꝙ poteſt
authorari filio pupillo,dic vt dixi s.eadẽ l.in prin
13 ci.Illud verò† qđ hic dicit̃ vltimò,ꝙ iudex ſup-
plet defectũ tutoris,dic vt plenè dixi in l.ſi curato
rẽ.s.de in inte.reſti.mino.& habuiſtis tactũ in l.
bonorum.s.qui admit.ad bono.poſſeſ.

✠ POMATES.
a ¶ Illi⁹ q̃onis.Iſtud tenuit Anch.conſi. cclxiij.de viribus aditionis.

✠ P. P A V. P.
b ¶ Aliud remediũ. Et ideo ſi ad eum trãſmitteret̃ ius deliberandi ex beneficio l.fi.in eo non haberẽt,vide Comẽ.cõſi.cxxix. circa fi.Et ſi hæres peteret aliud tẽpus labi, non poſſet ad iſtud redire.vide ibi per eũ.Soci.ĩ l.q duos. in prin.ĩ iiij.col.de reb.dub.ver.quinta difficultas.& oĩno cõſi.clxxvij.co. j.& ſeq.

c ¶ Cũ antiquiorib⁹. Vide Bar.ĩ cõ.lxij. inci.dña Cadea deceſsit.& vide Bar.ĩ conſi.lxxxj.inci.factum proponit ſub hac forma.& vide Bar.cõſi.cxxvj.ĩci. in q.vertente inter Seium de ciuitate Aretij,vbi tãgit,ſi tutor nõ cõficit inuẽtariũ.vide Bart.ĩ conſi.ccix.inci.qdã noĩe Raynutius.& vide Lu.Ro.in cõſi.cxxij.

✠ POMATES.
c ¶ Cũ antiquiorib⁹. an iſta lex ꝓcedat ĩ bo.poſ.vide Alex. in l.emancipata.s. qui admit.

✠ P. P A V. P.
c ¶ Cũ antiquiorib⁹. No.circa iſtã materiã ꝙ ad hoc vt aliquis poſsit acqrere hr̃ditatẽ.Itẽ ꝙ deceſſerit intra annũ à die à quo ſibi delata fuit,vide Alc. cõſi.cxxj.in iiij.col. Itẽ an aduerſus talẽ ignorantẽ det̃ reſtitutio in integrũ. vide Ale.cõſ.cccvj. ĩ j.col.Quid autẽ ſi ſtatutũ diceret ꝙ hr̃ditas delata,licet nõ adita trãſmittet̃,an intelligat̃ ĩ iſta l.vide Anto.de But.ꝙ non.de quo habes ad Bar.ĩ l.vnica.§. in nouiſsima.j.de cadu.tol.

✠ P. P A V. P.
d ¶ Filio minore.Vide etiã Com.ꝙ ſic,

*S V M M A R I V M.*

1 ☞ Filius deliberans decedens qđ tranſmittit hæreditatem patris ad quoſcunq;.
2 Ius adeundi quando finiatur anno:quomodo trãſmittitur.
3 Practica quomodo ſcribatur aditio ex virtute iuris deliberandi.
Ad inducendum ius deliberandi,ſufficit ſcientia patris pro filio,pupillis non habentibus tutorẽ,& tutoris pro pupillo.

CVm ãtiquioribus.[c] Sciẽs hæreditatem ſibi delatam,ius deli
berandi:& adeundi hęreditatẽ,intra annũ à tem
pore ſcientię,tranſmittit ad quoſcunq; hæredes.
h.d.Primò ponit quis dedit cauſam legis conden-
dæ.Secundò ponit ſuum ſtatutum.Tertiò illud
repilogat,& declarat.Secũda ibi:ideoq;:tertia ibi,
& ſi quidem.¶ Nota ex prima particula ꝙ de iure
1 antiquo filiusfami.deliberãs† paternam hęredita
tem tranſmittat ad poſteriores.¶ Contra videtur
ad illud quod determinaui s.l.proxi.& dixi quod
tranſmittit ad quoſ.unq;.Solu.Hic eſt dictio,&

cõſi.cxix.poſt pri.inci.Ioãnes inſtituit Ioãnẽ.Et ibi ẽt habes ꝙ iſta tranſ
miſsio impediat ſubſtitutũ vulgarẽ datũ defuncto añ aditionẽ mortuo.
Idẽ tenet Com.cõſ.cxxix.circa med.dicit ꝙ neutrã opi.firmat in hoc,ſed
tũc ꝙ ibi non impediebat.& ibi etiã circa prin.Itẽ de eo qđ dictum eſt de
ſciẽtia patris,an ꝓſit filio,& qđ ſi poſtea moriat̃ pr̃,vide Bar.cõ.cccxx.Itẽ
an ſufficiat ſcientia tutoris vt ꝓſit ĩfanti & pupillo.& de remedio ꝙ ſi ignorauit,vide Bar.cõſ. clxxiij.vide ẽt ĩ materia multa p Soci. in l.q̃ duos.in prin. de re.dub.& ibi in pe.col.in vij.q an ſi poſſunt,& trãſmittit in ſuũ hæredem ſi ipſe decedat ignorãs,& qđ iſta deciſio ꝓcedat ẽt vltra primũ hr̃dẽ,licet alleget Ang.velle ſolũ ꝙ ꝓcedat ĩ pria parte l.bonę.§.hoc ſermone.de verbo.ſigni.ſed Ange.hic hoc non dicit.

e ¶ Sufficiat. Adde an ſcientia tutoris vel pupilli,vel patris ſufficiat Bar.cõſi.ĩci. Peruſin⁹.nu. clxxviij.& cõſi.ccxxij.inci.dña Cęcilia.& vide Bal.ĩ l.ſi infantis.s.ꝓxi.qui tenet cõtrariũ ĩ patre pupilli,& tutore.Pau.de caſ.trãſit cũ Bart.& do.Ale.

quę eſt implicatiua,& ponit̃ pro etiã,ſed cũ hodie
ille color nõ quærat̃,vt s.dixi:puto ꝙ illa dictio
alĩs clauſula eſt ampliatiua:quaſi dicat,& ĩ ſuã po
ſteritatẽ,& in extraneos põt trãſmittere.Vel ali-
ter,licet Paulus cõcederet trãſmiſsionẽ in poſteri
tatẽ:nõ tñ negabat in extraneos.¶ Venio ad ſecũ
dã partẽ dicit̃ hic ex teſtõ,vel ab inteſtato,vel ali-
ter &c.Cõtra:quia impoſsibile eſt ꝙ deferat̃ alio
modo quàm ex teſtamento.vel ab inteſtato.Gl.
ſoluit vno modo:qa poſsibile eſt ꝙ aliquis deceſ-
ſit nec teſtatus,nec inteſtatus,vt ille qui non põt
facere teſtamentum.Tu dicas ꝙ illa verba,vel ali
ter reſpiciunt ſequentia,quaſi dicat,ſi teſtamentũ
fuerit ĩſinuatũ,vel ab inteſtato,vel aliter ei cogni
tum,ſcilicet quàm per inſinuationem teſtamenti.
2 ¶ Opp.& videt̃ † ꝙ ius adeundi non finiat̃ anno,
nec etiã decẽnio,vt s.eo.ti.j.l.licet.Pla.videt̃ velle
ꝙ hęc lex corrigat̃.Tu verò dicas clarius:aut lo-
quimur in ſuo hęrede.& ille perpetuò poteſt adi-
re:& tranſmittit ius adeundi in ſuos ſucceſſores:
vt hac l.in prin.& dixi s.l.proxi.Eodem modo di
co in infante,qui tranſmittit ad patrẽ ius adeũdi
perpetuò.Illud eñ ius patriũ nõ coarctat̃ anno,ſi
cut iſtud.Si loquimur in hęrede extraneo,ſi qdẽ
deceſsit ignorãs,ius adeũdi nõ trãſmittit,vt s.eo.
l.qm̃.& l.ſi infanti.§.j.Si deceſsit ſciẽs trãſmittit
ius deliberãdi intra annũ per hãc conſtitutionem:
vnde ſuper his ſis cautus:quando facies ſcribi adi
tionem ex virtute iſtius iuris deliberãdi,quod tu
narres.quomodo defunctus ſciuit talem hęredita
tem fore ſibi delatam:& meritò iſtud probat̃.alĩs
de facili ſuccũberes.Quomodo hoc ꝓbatur,dixi
in l.qui duos.in princi.de reb.dub.& ibi tractaui
iſtam materiam.Si verò non deceſsit,ſed ipſe vi-
uit,poteſt adire,vt l.licet s.e.Pla.ĩ his aliter dicit,
& malè.Contra hoc opp.& videtur quòd hæres
habeat quatuor menſes vltra defunctum,vt infrà
ſi penden.appella.mors inter l.fi.§.fi.Sol.ſecũdũ
quoſdam,ibi nõ loquitur de tempore,quod datur
ad deliberandum.& in hoc videtur reſidere gloſſ.
Alij dicunt ꝙ iſtud tempus ſuppletur per illam le
gem.& hoc tenẽt quidam docto.¶ Expeditis glo.
circa iſtam materiam eſſent tractãda infinita quæ
3 occurrerunt hic propter mortalitatem.Primò† an
ad inducendũ ius deliberandi ſufficiat ſcientia pa
d tris pro filio minore[d].Item an ſufficiat[e] ſcientia
e pupilli non habentis tutorem.Item an ſufficiat
ſcientia tutoris pro pupillo infante,vel maiore in
fante.Et breuiter in omnibus iſtis quęſtionib⁹ de
termino ꝙ ſit argumentum ad iſtud vltimum l.ſe
quitur.§.ſi pupilli.de vſucapio.& hoc tangit hic
Mar.Sil.Dixi multùm latè in dicta l.qui duos.&
puto quod eſt no.ꝙ ſufficiat ſcientia tutoris,etiã
qui inuentarium non fecit:& ei adminiſtratio de
creta nõ erat,vt dixi tibi in l.vlti.s.de tuto.& cur.
qui ſa.nõ de.¶ Sed contra hoc videt̃ s.l.proxi.§.j.
vbi dicit ita intelligi,quaſi ab initio non eſſet de-
lata:ergo non tranſmittit ius deliberãdi.Solutio.
Hic eſt veritas.& ita cõſuluimus hoc anno d.Frã.
& ego ꝙ l.ſi infanti.fuit facta per vnũ Imperato-
rẽ Theodoſiũ,antequã eſſet facta conſtitutio cũ
antiquioribus.Vnde de iſta lege non cogitabat:
quia nõ erat:hodie verò per legẽ iſtã eſt inducta
tranſmiſsio iuris deliberandi:& ſic per hãc in hoc
derogatur illi.Circa hanc materiam dic vt d.l.qui
duos.ff.de reb.dub.&c.

*S V M M A R I V M.*

1 ☞ Quando plures portiones ex teſtamẽto vni⁹,alicui deferunt̃:an ſi vnam agnoſcat,cogatur aliàs agnoſcere.
2 Si alicui fiũt plura legata in teſtamento qñ poſsit vnum acceptare,& reliqua repudiare.

3 Qui adiuit hæreditatem paternam, quando cogatur accipere pupillarem.
4 Exiſtentia ſui hæredis ꝙ non operatur dato cohærede extraneo. ſecus quando habet fratrem.

QVidam. Inſtitutus pluribus vicibus ex diuerſis partibus, ſi vnam agnoſcat, cogitur vtranq; accipere: & qui agnoſcit inſtitutionem, cogitur agnoſcere ſubſtitutionem pupillarem. hoc dicit. Tres habet partes. Primò ponit vnam quæſtionem. Secundò ponit aliam. Tertiò determinat vtrãque. Secunda ibi, ſimiliq; modo. Tertia ibi, vtranque igitur. ¶ Notanda ſunt quæ in ſummario dixi. ¶ Venio ad gloſ. quæ eſt difficilis. & primo glo. inculcat duo contraria. Vnum de l. ſi tu ex parte. §. j. Aliud de l. quęſitum. eod. titu. de acquirend. hæredi. & ſolutionem eorum proſequitur permixtim, ex quo ſcholares inducuntur in dubietatem: ideo tu ſepara. ¶ Et oppo. primò ad primam partem huius l. de l. ſi tu ex parte. §. j. de acquiren. hæred. Gloſ. iſtud contrarium non ſoluit ſtatim, ſed infra in me-
1 dio gloſſ. hic loquitur quando plures portiones deferuntur † iure inſtitutionis: & ſic eodem gradu: ibi loquitur quando portiones plures deferuntur diuerſis gradibus, vt puta, vna iure inſtitutionis, alia iure ſubſtitutionis. Vide gl. ibi, ſi autem ex teſtamẽto vnius. Tu habes in hac ſol. duo mẽbra, aut plures portiones deferunť eodẽ gradu, aut diuerſis. ¶ Ad primum opp. de l. liber homo. §. Titius. l. ij. ff. de hære. inſti. & l. cũ hæres. §. j. ff. de acqui. hæredi. Reſpõdeo, quãdo plures portiones deferuntur eodem gradu, purè procedit iſta lex, & ſimiles, ſed quando vna deferť purè alia ſub conditione, ſi quidem in portione conditionali, non habet ſubſtitutũ, nec coniunctum, idem. ſed ſi habet ſubſtitutũ vel coniunctum: tunc ſecus, vt l. contraria. ¶ Item contra hoc oppo. de l. ſi ſolus. circa finem. ff. de acquiren. hęredita. Solu. Quando plures portiones deferuntur alicui in eodem gradu eſt videndum an deferatur vtraque per ſeipſum, an vna per ſe, alia per alium, vel vtraq; per alium. Primo caſu ꝓcedit quod ſupra dixi, quòd vna agnita ſtatim habetur alia. Secundo & tertio caſu eſt differẽtia: quia vna agnita habetur alia ſine noua aditione, vt dicta l. ſi ſolus. Ratio huius eſt: quia ſubeſt perſona filij, vel ſerui qui ante aditionem partis poteſt: effici ſui iuris: & ſic ſibiipſi acquirere põt: & ſic diuerſa alia aditione opus eſt. ¶ Contra iſtud opponitur dicens quòd vna aditio ſufficit quando eidem vtraq; defertur. Contra. in l. ij. ff. de acquirend. hæreditate. Solutio Aliud in repudiatione: quia vna portione repudiata, non videntur aliæ repudiatæ: imò non valet repudiatio partis. ſecus in aditione quæ eſt fauorabilior: quia trahit ad ſe oẽs alias partes: vt not. in d. l. & hoc apparet. ¶ Venio ad ſecundũ membrũ, qñ vna defertur iure inſtitutionis, alia iure ſubſtitutiõis. ¶ Opp. omnis ſubſtitutio eſt conditionalis inſtitutio, vt l. cohæredi. §. cohæres. de vulga. & pupil. & l. in rõne. §. ſi filio. ad l. fal. ergo illud qđ ſupra dictũ eſt qñ portio deferť purè, alia ſub cõditione. Dicendum eſt hic, ꝙ vna defertur iure inſtitutionis, & alia iure ſubſtitutionis. malè ergo fecit glo. quæ iſtam ſeparationem fecit. Solu. Iſta ſeparatio gl. habet locum qñ in vna parte quis eſt inſtitutus purè, & in alia ſub conditione, nullo dato ſubſtituto: ita ꝙ nõ ſubeſt perſona reſpectu cuius acquiſitio defertur, ſed quando deferatur vna iure inſtitutionis, alia iure ſubſtitutionis, ſubſtitutio præſupponit inſtitutum, cui poteſt primò quæri: & ideo eis reſpectu acquiſitionis defertur. Sed ſi ponis inſtitutũ illius partis iam defeciſſe: tunc adhuc eſt alia differentia. Nam ipſe ſubſtitutus ſuccedit in locum alterius, vt l. fina. §. de hære. inſti. Sicut ergo ille poterat repudiare, ita & iſte: quia quoties plura iura concurrunt in perſona vnius, perinde eſt ac ſi concurrerent in perſona diuerſorũ, vt l. tutorem. ff. de his quib. vt indig. Et ideo in inſtitutionibus pluribus, repudiatio partis non nocet, vt ſ. dixi: hic valet repudiatio ſubſtitutionis, ſi à repudiatione incipias: tamen ſi poſtea adit ex inſtitutione aliam partem repudiatam habebit iure accreſcendi, & econuerſo. ſed ſi inciperes ab aditione: tunc aditio traheret ad ſe totum. Ita probatur in d. l. ſi tu ex parte. in princi. & in fin. ¶ Reaſſume ergo iſtum primũ paſſum, & diſtingue ſic. Quando ex teſtamento vnius, plures portiones deferuntur: diſtingue. Aut omnes eodem gradu: aut vna iure inſtitutionis: alia iure ſubſtitutionis. Primo caſu, aut omnes purè, aut vna purè, alia ſub conditione. Si omnes purè: tunc aut omnes per ſe: & vna adita videť adita alia, vt hic, ſed vna repudiata, non videtur repudiata alia, neq; valet repudiatio, vt l. ij. ff. de acquiſ. hæredi. Aut omnes per alium: & tunc idem eadẽ ratione. Aut vna per ſe, alia per aliũ, vt puta filium vel ſeruũ: & tunc opus eſt noua aditione, ſi vnam agnouit. ff. de acqui. hære. l. ſi ſolus. Si verò vna purè, alia ſub conditione: tunc aut in partem conditionalem habet ſubſtitutum, aut coniunctũ, aut nullum. Si habet ſubſtitutũ, vna agnita nõ videť alia agnita, vt l. liber homo. §. Titius. & §. ſeq. ff. de hære. inſti. & l. cum hæres. §. j. ff. de acquir. hære. Sed ſi habet coniunctum: tunc idem in illa parte quæ poteſt accreſcere coniuncto, vt d. l. liber homo. §. Titius. Si nullum habet: tũc aut omnes deferuntur per ſe: & tunc vna agnita videtur agnita alia, vt dicta l. liber homo. §. Titius. Aut deferuntur omnes per alium, vel vna per ſe, alia per alium: & tunc agnita vna, nõ videtur agnita alia, ſine noua aditione, vt dicta l. ſi ſolus. in fi. ff. de acqui. hære. Secũdo caſu principali qñ vna deferť iure inſtitutiõis: alia iure ſubſtitutiõis: aut incipit à repudiatione: & põt vnã repudiare, & aliã adire: tñ per aditionẽ alteri⁹ habebit partẽ repudiatã iure accreſcẽdi. Sed ſi incipit ab aditione adeundo vnã partem: videtur agnoſcere aliam, vt l. ſi tu ex parte. in princip. & in fine. ff. de acquiren. hære. Modò habes expeditum iſtum paſſum. ¶ Item opponitur ad hanc primam partem de l. cum hęreditate. ff. de acqui. hære. Solu. Lex noſtra loquitur quando vni deferuntur plures portiones ex diſpoſitione defuncti: contraria loquitur qñ vna ex diſpoſitione defuncti, alia ex diſpoſitione legali per ius accreſcendi. Quo caſu eſt diſtinguendũ, aut ante aditionem propriæ partis defertur, alia per ius accreſcendi: & tũc qui adiuit vnam, cogiť adire aliã, vt l. ſi duo. ff. eo. & j. de cadu. tol. l. vnica. §. is ita. Aut poſt aditionem ſuę partis alia deficit, & tunc aut vna deficit de iure cõmuni: & habet locũ l. cũ hæreditate. §. allegata. Aut de ipſo iure ſpeciali, vt puta reſtitutionem in integrũ. & habet locũ l. ſi minor. ff. de acq. hære. Habes expeditũ iſtũ primũ paſſum. ¶ Itẽ proſequẽdo gl. ad iſtã primã partem opp. de l. iiij. & l. ſeq. ff. de leg. ij. Sol. Dicit gl. aliud in legatis: aliud in inſtitutio-
2 nibus in quib⁹ legatis † diſtingue breuiter. Aut ſunt plura legata re, & nomine, vt qñ leganť diuerſę res noĩatim. Aut ſunt plura legata re: vnum tñ nomine, vt qñ aliquid legatur ſub nomine collectiuo, vt puta grex, & ſimilia. Aut ſunt plura legata nomine: vnũ tñ re, vt qñ relinquuntur plura legata ſub cõtemplatione vnius oneris. Quę mẽbra ꝓſequere. vt l. ij. & l. neminẽ. & l. ſeq. ff. de leg. ij. & hęc tangit hic gl. ¶ Sumus expediti de prima parte iſtius l. Veniamus ad ſecũdã partẽ ꝗ recepit principiũ & finem
3 iſtius gl. & eſt multũ ſubtilis. ¶ Ad iſtã l. opp. † & videť ꝙ ſi hæc paterna agnoſcať: nõ tñ cogiť pupillarẽ accipere, vt l. quæſitũ. ff. de acq. hæ. Sol. dicũt quidã ſpeciale eſt in patre. quod nõ placet. Alij dicũt ꝙ hæc corrigit illas. Tu dic, vt dicit gl. ꝙ ſi quidẽ ſubſtitutus primò adiuit paternã, cogitur adire pupillarẽ. Si aũt nõ adiuit paternã, & vult adire pupillarẽ: ſi quidem pupillus abſtinuit ſe ab hęreditate paterna recuſando eã ab initio, põt ſubſtitutus habere pupillarẽ, ſi pupillus habeat cohęredẽ, cuius aditiõe cõfirmeť teſtamentũ: aliàs nõ. Ita dixit gl. Sed ſi pupillus nõ abſtinuit ſe, ſed ſe immiſcuit: nõ põt ſeparare paternã à pupillari, licet pupillus potuerit. qđ eſt no. ſecũdũ Io. & non allegat aliqd aliud. Ratio eſt: qa paterna & pupillaris, incipit eſſe vna hęreditas. Caſus eſt in l. ſed ſi plures. §. filio. ff. de vul. & pup. Subdit gl. ꝑdicta vera niſi hic ſubſtitutus ſit frater impuberis, hic enĩ & ſi pupillus abſtinuit. Alij habẽt in gl. licet nõ abſtinuit: ipſe tñ abſtinere potuit, vt d. l. quęſitũ. Vide gl. ꝓut iſta gl. dicit, & ſi pupillus nõ abſtinuit, ipſe tñ abſtinere potuit. intellige ꝑ in integrũ reſtitutionẽ ex pſona minoris, vt l. ſi filius ꝗ patri. ff. de vul. & pup. de acq. hęr. l. Iul. alias ſi pupillus. ſecundũ vnã lec. Si verò habes in gl. quod ſi pupillus abſtinuit: ipſe tñ abſtinere nõ potuit: tũc gl. eſt falſa: quia exiſtẽtia ſui hęredis confirmat tabulas pupillares, vt j. dicã. Et ideo vt tibi liqueat iſta materia, aſſume finẽ glo. & diſtingue qñ ex teſtamento vnius plures deferunť hæreditates, vt puta paterna, & pupillaris: an poſsit vnã habere & aliã repudiare? Diſtingue, aut pupillus cui facta eſt ſubſtitutio fuit inſtitutus, aut exhæredatus. Si fuit inſtitutus: aut agnouit paternã, aut abſtinuit. Si agnouit nõ poteſt ſubſtitutus habere pupillarem ſine paterna. Vna enim hæreditas cœpit eſſe, vt l. ſed & ſi plures. §. filio. ff. de vulg. & pup. Aut pupillus abſtinuit: & tũc aut cohæres: & idem ſubſtitutus ſibi datus eſt extrane⁹ aut frater ſuus. Si extraneus: tũc aut nõ habet cohæredẽ aliũ, cuius aditione confirmetur teſtamentũ, & non põt habere pupillarẽ ſine paterna, vt d. l. quę-
4 ſitũ. ff. de acqui. hęre. & l. ij. §. adeo. de vul. & pup. Ratio: † quia exiſtentia ſui hęredis nihil operatur, qñ habet cohęredẽ extraneũ, vt l. apud Iulianum. §. idem Iul. ff. ad Trebel. Si verò eſt ſubſtitutus frater ſuus: tunc poteſt habere pupillarem, repudiata paterna ab vtroq;, vt probatur per tex. in l. ſi filius qui patri. de vul. & pupil. & de acqui. hæredi. l. Iul. Ratio: quia exiſtentia ſui hæredis operatur qñ habet cohæredem fratrem ſuum, nõ extraneum vt dictis legibus. Si verò erat exhæredatus: tunc aut in paterno teſtamento fuit inſtitutus alter filius ſuus aut extraneus. Si filius ſuus põt abſtinere à paterna, & habere pupillarẽ. Nam licet abſtineat exiſtẽtia ſui hęredis, cõfirmat tabulas pupillares: ar. l. cũ quaſi. §. ſed & ſi quis. ff. de fideicõ. lib. licet iſte caſus nõ ſit omnino expeditus. dicit gl. tñ ego habeo ꝓ expedito: quia tex. eſt expreſſus in l. filius qui. ff. de acqui. hęre. Facit ff. ad Treb. l. ita tñ. §. ſi pater. & d. l. ſi filius qui patri. ff. de vulga. & pup. Si autẽ erat ſubſtitutus extraneus ſi non haberet cohęredem, cuius aditione teſtamentum confirmaretur, non poſſet habere pupillarem ſine paterna, vt d. l. quæſitum. ff. de acqui. hære. Vide glo. in fi. Hæc habet locũ ex teſtamẽto vnius &c. ¶ Quæro, quid ſi ex teſtamẽto diuerſorũ, diuerſę deferantur hæreditates. Certè tunc non eſt dubium ꝙ poſſunt adire vnã, & aliam repudiare, vt dicit gl. & plenè dixi in l. ſi. ff. de acqui. hære.

## SVMMARIVM.

1 ☞ Seruus inſtitutus cum dubitatur, an ſit liber vel ſeruus, cogitur per iudicem adire.
2 Fines plebanatus quando probentur per inſtrumentum.
3 Quando in relicto facto filio ſit mentio patris quando videatur relictum patris contemplatione.

CVm aliquis. Cum aliquis inſtituitur hæres cum adiectione alicuius qualitatis quæ ſi vera eſſet alteri quęreretur hęreditas, illius contemplatione videtur eſſe inſtitutus. hoc dicit. ¶ Nota quod in ſummario di-
1 xi. ¶ † Nota quòd ſeruus cogitur per iudicem hæreditatem adire. Contra hoc oppo.

a ✠POMATES. ¶ Ad quęſtionē. Vide Panor.conſi.lxij.col.v.ad fin. vol.ij.& col.vij.& Barba.cõſi.vj.vo.ij.& cõſi.xviij.col.xxij.vo.ij.& Aret. xlij.& aliqd.xxxvij. Ale.xxiij.col.j.vo.v.& Fel.in c.cām.col.ij.de ꝓb.& Alex.cõſi.l.col.iij.vo.v.vbi declarat.& Soci.cclxvj.col.v.vbi & ipſe declarat.& p eūdē cõſi.clxvj.& clxxxvj.co.j.vbi etiā declarat.& lxxxix.colū.ij.vbi dicit ꝙ ad probandū confines antiquos, ſufficit ſemiplena probatio, & qđ admittantur teſtes de auditu.& ibi ēt ponit an probent̃ p famā & inſtrumēta antiqua. & vide Barb.cõſi l.xiiij. col.iiij.& ſeq. volu.iij. & xxxvij. co. vbi ponit quid iuris ſi talia verba eſſent geminata, &c.

b ¶Plebanatus. Adde qđ Pau.de caſt. hic ſup gl.arguit cõtra.dicit hic, ꝙ iſta vr̃ verior, & ſpāle in cõfinib⁹ q ꝓbantur p indicia: & ſic leuius quā alia, vt ĩ c.cū cām. extra de ꝓba. & no.p gl.in c.ſi papa.ſuper verbo probata. de priui.in vj.dicit tñ qđ Bal.hic vr̃ regrere ꝙ ſint plura inſtr̄a de hoc atteſtantia: qm̄ ex illis reſultat publica fama, q̄ ſufficit in antiqs ad ꝓbationē perfectam, vt no.ſ̃.de proba.l. ꝓprietatis.& ff.de neg.geſt.l.at q natura.§.cū me abſente.& per eundem Bal.l.cū ſuper verbis.de rei vē.ſ̃.Tu de hoc vide pulchrè per Bal.conſi. cccliij.iij.vol. & cõſi.ccclv.vbi dicit ꝙ literę ſculptę ĩ marmoribus probāt ſi ſunt iunctæ cū tpis longinqtate. alleg. gl.in d.c.cum cām. & in c.ad audientiā.el ij.de præſcri. &c.cū olim.de cē. & xxiiij.q.ij.ſanè.

hoc opp.de l.cū proponas.ſ̃.de hæred.inſti.vbi di
citur ꝙ ſeruus poteſt non adire.Sol.qcqd dicat gl.
veritas eſt hæc:ibi loquit̃ qñ inſtitut⁹ eſt ille quē
cõſtabat eſſe ſeruū.Tūc em̄ ſufficit poteſtas dñica
ad cogendū eū prout|pōt:hic qñ erat dubiū an eſ-
ſet ſeruus,vel liber,quo caſu de neceſsitate recurri
2 tur ad ptātē iudicialē,vt eū cogat.Ita loquit̃ hic.
a ¶Gl.inducit hāc legē in arg.†ad qõnē[a] vtrū fines
b plebanat⁹[b] ꝓbent̃ per inſtrumētū.Dicit̃ in inſtr̄o
actū in tali loco plebanatus in domo talis:vtrū ꝓ
bet̃ ex hoc illā domū eſſe in tali plebanatu. Certè
c p inſtrumēta inter alios cõfecta,[c]hoc nō ꝓbat̃:in
ter eoſdē ſic:arg.huius l.& l.optimā.j.de cõtrahē.
& cõmit.ſtip.Facit l.prædijs.§.Titio.ff.de leg.iij.
3 ¶†Vltimò Dy.inducit hac l.in arg.ꝙ quando re
d linquitur filiofami.ſi fit mentio patris,[d]videtur re
linqui contemplatione patris:& ſic fit ꝓfectitiū.
Ego dico contra dictum Dyn.procedere qñ fieret
mentio patris & patriæ poteſtatis.ita loquor hic.
Sed qñ fit mētio patris ſimpliciter:tunc videt̃ ad-
dere magis cauſa demõſtrationis,quā ꝙ eius intui
tu faciat,vt l.fi.ſ̃.de vſufr.Pręd icta latius dixi in
l.filio.de condi.& demon.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Milites magis arma,quā leges habere debent.
2 Formidoloſi homines curant ea quæ nulla ſunt ſu
ſpicione digna.

SCimus.[e] Iſta lex tota diuidit̃
in quinq; partes. Pri-
mò ponit procemiū. Secūdò conſulit
hęredibus,& formā inuentarij ponit.
Tertiò ponit effectū inuētarij,& cõſulit creditori
bus.Quartò loqt̃ de eo q petit ad deliberādū tps.
Quintò & vltimò ponit ſuā concluſionē.Secūda
ibi,cū igit̃.Tertia ibi,& ſi præfatā.Quarta ibi,&
hęc qdē.Quinta ibi,circa finē notiſsimū.Iſta prīa
pars q̄ ponit procemiū nō eget ſummario.¶ No-
1 ta†ꝙ milites[f] magis arma quā leges hr̄e debēt.Et
f ex hoc qd dicit magis,nō excludit quin debeāt ſci
re leges q̄ cõſtringūt hominū vitā:& puniūt ma-
leficia,vt l.leges.ſ̃.de leg.& ſic ceſſat contrarium.
2 ¶†No.de hominibus formidoloſis q curāt ea quę
nulla ſunt ſuſpicione digna.Facit ff.ſi cui pl⁹ quā
per legem falci.l.iiij.j.in prin.& l.ſi quis ab alio.in
prin.ff.de re iudi.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Hæreditas ex curſu triū menſiū dicitur repu-
diata ſi hæres dixit eam reſpuendam credo.
2 Tempus ad conficiendū inuentariū,an currat hę-
redi à die notitiæ vel aditæ hæreditatis.
3 Forma inuentarij.
4 Teſtes qñ debeant cognoſcere contrahentes.

c ✠P.PAV.P. ¶Alios cõfecta.Iſtud nō procedit qñ eſſent inſtrumenta de antiquo in alios confecta probent:& poſtea per totū diſcurſum illius.& quomodo probentur confinia:& quomodo probentur inſtrumenta inter alios quando de antiquo in alios cõfecta.vide Barb.cõſi.xiiij. vol.iij.col.iiij.& ſeq.

d ¶Mentio patris. Adde eūdem Bar.in l.ſi tibi decem.§.ſi pactus.ff.de pac. per And.de Iſer.in c.j.in prin.de ſucceſ.feu.

e ¶In l.ſcimus.In prin.Et vide Bar.in cõſi.inci.literas veſtrę magnificentiæ.vbi loquit̃ de inuētario.& eūdē Bar.in cõſi.cxlv.vbi ſingulariter loquitur de inuentario.& ibi etiam quærit,quid in muliere quæ tractat de dāno vitando qñ fit inuentariū minus ſolenniter:& vtrum valeat quo ad præſentes.De validitate inuentarij,vide Lu.Ro.in conſi.lxxxij.inci.circa id de quo quæritur.Et vide Lu.Ro.conſi.cclxxij.de eo qui nō poſuit omnia bona hæreditatis in inuentario.And.Barb.

f ✠P.PAV.P. ¶Quòd milites.Qualiter iſtud procedat,vide Alc.cõſi.ciij.in iij.col.& in quibus excuſetur iuris ignorantia,vide Ro.cõſi.lvj. vbi ponit quid in militibus noſtri temporis.

g ✠POMATES. ¶Vt ſit certus.Vide de materia Fel.in c.cū M.Fer-col.xviij.in fi.de cõſti.& Alc.cõſi.xl.vo.iij.col.pe.vbi ponit an teſtōr poſſit renunciare confectioni inuentarij.

h ¶Inuentariū.ADDE quod Alex.& Pau.de caſt.hic referunt Angel.in l.j.§.hæc ſtipulatio.ff.ad l.falci.dicere ꝙ ſi ſimpliciter, expreſsè vel tacitè hæres adit,& non proteſtetur de confectione inuētarij vel non dicit ꝙ ſit dubius de viribus hęreditarijs,ꝙ nō poterit poſtea cõficere inuentarium: quia ſpe certiſsima & ſine dubio videtur adiuiſſe per iſtum §.verſic.non indiget,iuncta expoſitione Cy. qui dicit, non indiget vt ſibi proſit. Qđ dictum reprehenditur,vt hic p Pau.de Caſt.de quo latius vide, quā p Alexan.eius conſi.ccxij.inci.In Chriſti nomine paſſus, de quo quæritur.

5 Inuentarium poteſt confici per procuratorem.

CÙm igitur. Sequitur ſecunda pars.
Certus de viribus hęre-
ditatis poteſt adire vel repudiare dubius vt ſit cer
g tus[g] ne dānum ſuſtineat,debet inuentariū[h] confi
h cere intra tēpora:& ea forma quæ traditur hac le
ge.hoc dicit.Dicitur hic in prin.ꝙ qui ſponte adi
uit,tenetur omnibus creditoribus.quaſi dicat,nō
legatarijs.cõtra.j.ea.l.§.ſi qs aūt temerario. Sol.
Dicūt quidā qđ hic deficit.ſupplet̃ per illā legem,
vel verius dicit gl.ibi loquit̃ quando deluſit legē
& creditores,in dilatione petēda:hic ſec⁹.Et hoc
eſt verū ſcđm iſtas leges:hodie verò etiam legata
rijs teneretur in ſolidū,vt j.ad l.Falci.authen.ſed
cùm teſtator.¶ Opponi.hic dicit,quòd intra tres
menſes debeat repudiare.contra.ſ̃.de inoffi.teſta
men.l.ſcimus.§.fina.Solu.ibi ſtatuitur temp⁹ ad
petitionem filij,volens agere quærela:hic ad peti
tionem creditoris. ¶Oppon.iij.j. ead.l.ſed quia
quidam.Solu.Hic hæres inſtitutus nō repudiauit
1 neq; adiuit,ſed indubitanter†dixit eam reſpuen-
dam credo.quæ verba cum concurſu trium mēſiū
inducunt repudiationem,vt hic.quod eſt not. Di
cam plenius in dicto.§.ſed quia quidam.¶ Oppo
nitur quartò hic dicitur quòd inuentarium incipi
i debet intra mēſem à die notitię.[i]Cõtra,imò à die
aditę hæreditatis,vt j.e.§.ſi verò poſt quā. Gloſ.
fatetur cõtrarium,& hoc ſupplet,& aditæ hæredi
tatis.& vide glo.Richar.Malū.videtur dicere con
trariū:quia tex.iſte ſimpliciter loquitur.Mihi vi-
k detur[k]ꝙ debemus ſic dicere.†Si quidē hęres ma-
2 litioſè protulit[l] aditionem hæreditatis,currat ſibi
l tempus etiam ante aditam hæreditatē. Si verò in
nulla mora,in nulla culpa:in nulla malitia eſt:tūc
currit ſibi tēpus poſt aditam hæreditatem. vt gl.
dicit.Licet enim textus dicat à die notitiæ:tamen
ſubaudi,& aditę hæreditatis. Tex.eſt not.ad hoc
in l.ſtatuliberos.§.ſi qs hæredi.ff.de ſta.li.Ibi eſt
valde ſingularis tex.ad hoc.¶ Item oppo.& vide
tur quòd imò inuentariū debeat inchoari ſtatim,
vt l.tutores.ſ̃.de adminiſt.tuto. Sol.ibi loquitur
in inuentario tutoris:hic in inuentario hęredis.
¶Oppo.dicitur hic,ſub præſentia tabellariorum
& ſic innuit,ꝙ plures ſint notarij.Contra,imò vi-
detur ꝙ vnus tantū ſit neceſſarius, vt not.in dicta
l.tutores.ſ̃.de admi.tuto.& j.ad l.Cor.de falſis.l.ſi
quis decurio.Solut.Expone ibi,tabellariorum,id
eſt tabellarij,vt dicit gl.licet aliquando ſint neceſ
ſarij duo notarij,vt ſtatim videbitis. Item oppo.
& videtur ꝙ illa ſolennitas exigatur in inuētario,
vt j.ad l.falc.authen.ſed cùm teſtator.Solu.Con-
cedo ꝙ per illā aut̃.aditur inuentario hæc ſolenni
tas,quòd loco abſentium adhibeantur tres teſtes
illius ciuitatis locupletes,& bonę opinionis.Erit

i ✠POMATES. ¶A die notitiæ. Adde quæ no.Barbat.in conſilio l. colum.iij. volumi.ij.Adde tamē multos caſus,in quibus ignorāti vel impedito non currit tēpus.& per Barba. conſil.viij.colum.iij.in j.vol.

k ¶Mihi videt̃. Adde quòd opi.Rich.Malū.tenet Specu.& Ioan.And.in ti.de inſtru.edict.§.fin.in verbo,ſecundùm Vber.& glo.in authen.ſed cùm teſtator.in ver.ſtatutum.j.ad legē Falcid.Salic.hic:quia inuentarium fieri poteſt citra aditionem hæreditatis,vt j.§.ſi autem aliquis.Item quia rationes quę mouerunt Iuſtinianū, hęc fuerunt,ne deficeret aditio,vt patet hic,& in d.§.ſi autem hoc.Sed ſi vera eſſet opi.glo.ſequeretur totum,contrarium.Tamen opi.huius glo. eſt magis cõmunis,& eam tenet Cyn.Ray.Iaco.But. Ange.Bald.in l.filiū quem habentem.famil.erciſ.& Bald.hic Paul.de Caſtr.approbat opi. Bar.hic, Ang.Fulg.idem faciunt & contra opi.Ioan.And.dicit Alexan. facere tex.hic,dum dicit,ſigno crucis,antea manu hære.præpoſito.& ſic tex.requirit ꝙ faciens inuētariū ſit iam hæres.l.pro hęrede.§.j.ver.hęres eſſe.ff.de acqui,hære.ergo antequā ſit hęres non currit tempus.Dicit tamen ꝙ in puncto iuris verior eſt opi.Rich.Mal.& ſequacium.& ſuo motiuo facilis eſt reſponſio.& primam opi.videtur ſequi Bald.conſilio cccxxxj.iij.volumine incipien.In chriſti nomine.quęritur an ſignum crucis.Roma.tamen ſequitur opinio.Barto.eius conſilio lxxxiiij.ibi dicens eſſe communem.

l ✠P.PAV.P. ¶Malitioſè protulit. Vide Roma.conſi.xxxiij.ſequitur Com.conſi.cxxviij.inci.vtrum inuentarium.& ideo fidei cõmiſſario datur tempus ante factam ſibi reſtitutionem.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

a POMATES. ¶Erit ergo forma inuentarij. De iſta forma vide Panor.conſil.lxxij.colū.iiij.ij.dubio.vol.ij.& aliquid ꝑ Bart.conſi.cxlix. vbi multa ponit in materia huius l.& quid ſi aliqui ex creditoribus, vel legatarijs eſſent, an poſſent corā iudice ſeculari citari, & qualiter, vide Iaſo.in l.teſtā.& l.oīum.ſ.de teſta. & Pau.de Caſt.cōſi.ccv.vbi ponit an teſtes debeāt ſe ſubſcribere. & aliquid per Bal.conſi.xvj. in.ij.parte. & Barba.in c.cū cauſam, col.iij. de offi.dele.

P.PAV.P.

a ¶Ergo for. Vide Ange.ponentē oēs formas inuentariorum. Itē vide per Mod.hic, circa iſta requiſita & ſingu. adde ꝙ ſi in confectione inuētarij nō obſeruarenē oīa requiſita ꝑ hāc l.ſed ſolū ſeruarentur ea quæ ſolent de conſuetudine apponi, ſuſtineretur inuētariū. Ita ſingl̄r Bal. in hac l.in ij.prin. Itē nota ꝙ in cōfectione inuētarij nō requiritur ſubſcriptio teſtium, vide Panor. conſi. ccv. Itē circa hanc materiam inuentarij adde & primò an proſit fidei com.& an ꝓſit circa obligationes hęreditarias, & quibus eſt trāſactū vel cōpromiſſum, vide Ang.cō.xxx. ij.inci. viſo laudo. vide ēt Ang.conſ. lxiiij. inci. quærit. ad fin. vbi dicit ꝙ circa grauatum reſtituere hæreditatē nō innuatet beneficium inuētarij qñ teſtator ꝓmiſit non contrauenire trāſactioni ſub certa pœna & iurauit, hæres autē cōtrauenit, an poſſit cōueniri ad pœnā vltra vires hæreditarias vide Ang.conſi.ccxxxvj.inci.teſtator tranſigit vide Barb.in c.j.in iiij.col.ad fi.de teſta. Quid autē ſit in adeunte hæreditatem, in qua ſint bona feudalia & allodiada, ſi adeat cū beneficio inuētarij, an ſatiſfacere debeat creditoribus de bonis feudalibus. vide Pract.pa.in forma libelli, quo agiē ad reuocationē feudi.in verſi.nec ſuperſtitibus.ī ij.col. Nunquid aūt nō cōficiēs inuentariū ꝑdat legitimam & Trebel.vide Alex.cō.cccclvij.vbi ēt nūqd nō cōficiēs inuētariū teneatur pſtare alimēta, relicta vltra vires patrimonij.vbi ſubijcit ſingl̄r verbū ꝙ ſi teſtator mandet legata nō pſtari vltra vires hr̄ditarias, ꝙ eo caſu hæres nō cōficiēs nō teneaē vltra vires. Itē ꝙ minori detur in integrū reſti.aduerſus nō cōfectionē inuētarij, vide Alex conſi.dcxiij.in iij.co. Et quoſdā caſ⁹, in qb⁹ nō nocet omiſsio inuētarij, vide per d.Frāc.cō.cxlviij. Itē cautelā ad excuſandū eū, qui nō cōfecit inuētariū, vide per Cep.cautela xix. Nūquid aūt inuētariū tutoris de reb⁹ pupillę ꝓſit in materia huius l.vide Cepo.caut.ccxlvj. Nūquid autē ꝑ nō cōfectionē inuētarij ꝑdaē trebel. vide Bar.cō.ij.& cō.l.& Pau.de Ca.conſi.xcij.vbi ēt ponit de legitima.& cōſi.clxiij.& cōſi.ccx.& de vtroq; vide Io.de Anna.cōſi.lxj. Nūquid aūt mulieri nō cōficiēti inuētariū ſuccurratur, & an legatarij ſint in ſpecie citādi, an in genere, & an ſufficiat denūciatio, Itē ſi ſine citatione. Item ſi aliqui fuerint citati, aliqui nō, an valeat quātū ad citatos, vide Bar.cō.cxlix. Quid aūt ſi filia, quæ debebat dotari à fratre, ei ſucceſsit, & ita cōfecit inuētariū, an poterit retrahere dotē, & an ius retinēdi cōpetere poſsit hæredibus eius, vide Pau.cōſi.cxiij. Itē an & qñ nō cōficiēs inuētarium poſsit deducere debitum proprium, vide Pau.conſi.clxiij.in j.colum.& conſil. ſeq. & conſi.ccxj. Item quòd in confectione inuentarij non requireretur ſubſcriptio teſtium, vide Pau.conſi.ccv. Nunquid aūt minor nō cōficiens poſsit conueniri vltra vires, vide Paulum conſilio ccx. Item an præficiat in legatis ad pias cauſas. & an credatur hæredibus dicentibus alia bona non fuiſſe in hæreditate quàm comprehenſa in inuentario. Item quid ſi in inuentario ſunt deſcripta bona mobilia, & eorum valor non ſit in ſcriptus, & quid ſi hæres nō obſtante inuentario ſoluerit aliqua legata integrè, an ſibi præiudicet in alijs, vide Paul.de his omnibus conſilio.ccxj. vide & in conſil.ſequen.vbi ponit ſi hęres adeat ſimpliciter hęreditatem, vel faciat actum per quem inducitur tacita aditio, vtrum videatur renunciaſſe beneficio inuentarij, ſi de ipſo non fuit ꝓteſtatum. Item adde quòd de iure canonico cōfectio inuētarij nō operatur quod hæres teneatur inſolidum, vide Barto. in tractatu differētiarum inter ius ciuile & Canonicum in penultima colum. Item quòd eccleſia non conficiens non teneatur vltra vires, vide Panormi.conſi.xxxiij. An eccleſia teneatur conficere, vide Barbat.in c.j. in vlti.charta de teſtamen. & in ca.de his. eodem titu.de quo infra. Item ꝙ ſi quis adeat hæreditatem ſine confectione inuentarij, & ipſe poſtea vendet hæreditatem alterij vel aliter ī aliū transferat. reſtituūtur ſibi actiōes ſuę vide Franc. conſil. cxlviij.vbi etiā ponit multos alios caſus, in quibus non nocet confectio inuentarij. Itē an bonorū poſſeſſor teneatur cōficere inuentarium ad hoc, ne teneaē vltra vires hęreditarias, vide Barba.latè in rubrica.C. qui admitti.in xxij. char.in j. ij.& iij.colum. Item an bona quæ non erant defuncti: puta commodata vel depoſita, an ſint ponēda in inuentario, vide Are.in l.ſi de eo.§.ſi fortè. in j.col.de acqui.poſ. Itē quid ſi eccleſia ſit inſtituta, & adeat nō confecto inuentario, an teneatur vltra vires, vide Barb.in c.de his.in iiij.col.ad fin. extra de teſta.vide infra.

3 ergo † formaa inuētarij hęredis hæc: vt ante oīa ſi-
gnum venerabilis crucis, fiat manu hæredis: citen
tur creditores, & legatarij, quòd veniāt tali die in
tali loco, ad videndum confectionem inuentarij:
vt habes hic, & in authen.ſed cū teſtator.& in cor
pore vnde ſumitur. quæ citatio fiat nominatim, ſi
ſint certi: aliàs ſufficit mittere proclamationem ꝑ
b ciuitatē, b ſcd̄m Richar.Mal.vt j.de remiſ.pig.l.ſi
eo tempore, quo facto adhibeatur vnus notarius,
qui inuentarium totum conficiat. & adhibeantur
c duos teſtes, c qui hęredē cognoſcāt. & ad cōfectio
nem inuētarij, vt hic. Adde ꝙ in eorum pręſentia
tres videanē vt poſsint deponi apud hæredē nul-
lius malignitatis conſcium. Item in ſubſcriptiōe
dictus hęres, vel pro eo ſcribēs, debet ponere qua
liter dolum: vel fraudem non commiſit in huiuſ-
modi cōfectiōe inuentarij. & inde inſpicere debet
formam huius inuentarij. Item adhibeantur tres
alij teſtes, eiuſdē ciuitatis locupletes, & bonę opi
nionis, loco creditorum, vel legatariorum abſen-
tium. & in eorum præſentia inuentarium conſcri
baē, pręmiſſo venerabili ſigno ſanctæ crucis ma-
nu hr̄dis: quo facto hęres ſe ſubſcribat ſcd̄m for-
mā huius l.ſi ſcit ſcribere: vel ſi neſcit, vel non po
teſt ſcribere, tūc adhibeat vnum alium notarium
ad hoc tm̄ ad ſubſcribendū pro ſe: qua ſubſcriptio
ne facta, ille notarius qui fuit adhibitus ad confe
ctionē toti⁹ inuētarij, illud publicabit. Hæc eſt for
d ma inuentarij, d in qua ſi quid deficeret, inuētariū
non valeret, preterquā ſi omitteretē ſignū ſanctę
crucis. Illa enim eſt leuis ſolēnitas, & minoris pręiudicij: quæ omiſſa nō vitiat: vt l.j.in fin.ff.de vē.
inſpi.& ita tenent omnes docto. ¶ Vlterius opp.
dicitur hic, quod teſtes debēt cognoſcere hæredē,
4 Cōtra † in auē.de teſti.§.& licet. Glo.dicit, ſpecia-
le eſt hic. Tu dicas clarius, aut aliquid debet ꝓba-
ri per teſtes in iudicio aut per inſtrumenta. Primo
caſu: aut teſtes adhibentur ad teſtificandū ſuper
contractu: & debent cognoſcere contrahentes,
Aut adhibentur ad teſtificandum ſuper aliquo fa
cto vt qđ Titi⁹ poſsideat, et ſufficit ꝙ cognoſcāt
eum, de cuius facto teſtificanē, licet aduerſariū nō
cognoſcāt. Ita not.in l.iij.§.j.ff.de teſti. Et puto ꝙ
ſufficiat ſi illos vel illū cognoſcāt ſecūdū nomē et
ꝓnomē, & pſonā, tpe quo teſtimoniū redit. licet
tpe quo cōtractus fuit celebrat⁹, nō cognoſcerūt
niſi pſonā: ar.ff.de publ.l.cū ſi exibuiſſent.§.ij.&
qđ not.ff.de teſti.l.iij.§.j.l.Iul.& l.ad teſtiū.circa
Prī.ff.de teſt. Si verò debet ꝓbari ꝑ inſtr̄a: tūc nō
eſt neceſſe ꝙ teſtes cognoſcant cōtrahētes, vt d.§.
& licet. Fallit in inuētario, & qñ inſtrumētū ſit in
ſcriptis, & ab īperitis literarū, vt gl.dicit hic. ¶ Vl
timò dicię ꝙ qñ res ſunt abſentes debet inuētariū
perfici intra annū. Quæro intra quātum tēpus de
f beat inchoari? Dic vt in gl. ¶ † Vltimò no.ꝙ īuen
tarium pōt cognoſci per procuratorem.

*SVMMARIVM.*

1 Qui fecit inuentariū non teneē vltra vires hęreditarias.
2 Emens ab hęrede vendente pro ſatiſfaciendis hæreditarijs creditoribus à quibus & quando poſsit moleſtari.
3 Quis eligat pro ſatiſfaciendo creditoribus hæreditarijs, vel vendere rem hęreditariam, vel ex rebus ſatiſfacere.
4 Hypothecaria quando competat, & qñ condictio indebiti.
5 Creditoribus prouideē cōtra legatarios.

res inſtitut⁹: ſed ille nõ põt eſſe hęres, ſed bonorũ
poſſeſſor: ergo &c. Contrariũ videꝛ tenere gl. quã
ſ. recitaui circa cõtraria cũ aſsignat differẽtia inter
hanc legem, & interdictum quorum bonorũ di-
cit quòd hęc lex habet locum in omni ſucceſſore
de iure ciuili, & prætorio. & hoc puto verum, arg.
ad hoc ff. ad Treb. l. j. §. bonorũ. de cõdi. et demõ
l. in cõdi. §. ij. Non obſt. hęc lex: qa nõ dicitur hic,
ꝙ ad hoc vt habeat locũ iſta lex: oportet quòd ſit
hęres: ſed ſufficit ꝙ ſit hæres inſtitutus à teſtato
re: & non curatur, vtrum poſsit adire de iure ciui
li vel de iure prætorio. Præterea hęredis appella-
tione cõtinetur bono. poſſeſ. vt dictis legib⁹. &c,
¶ Procedo vlteri⁹: diciꝛ hic, nõ aũt legitimo mo-
20 do ab alio detineꝛ, † Quęro quis ſit ille legitim⁹
h contradictor[h] in hoc pendet tota veritas iſtius le-
gis. De hoc ſunt opi. in gl. noſtra. Nam Aldri. dice
bat ꝙ legitimus cõtradictor eſt ille, qui habet titu
lum, ſi tamẽ habet ſimilem titu. titulo petẽtis: vt
qa profert alius ſecundũ teſtm̃ ſolẽne. Et hoc pro
baꝛ ex litera ſequẽtis ver. ſi naũt aliqs cõtradictor.
ibi: q potiora ex legitimis modis iura oſtenderit,
&c. Azo verò dicit indiſtinctè legitimũ cõtradi-
ctorẽ eſſe, qcũq; habet titulum à defuncto, vel ab
alio, etiã ſi res poſsidebaꝛ tꝑe mortis defuncti, ab
ipſo defuncto. do. Ia. bu. dicebat opi. Azo. nõ eſſe
verã in eo q detinet rẽ: quã defunctus poſsidebat
tꝑe mortis: nã remediũ huius legis eſt quoddam
poſſeſſoriũ, quaſi recuperandæ poſſeſsionis, quã
defunctus habuit tempore mortis, qua ſpoliatus
eſt: ſed ſpoliat⁹ ante oĩa eſt reſtituendus: vt l. ſi qs
ad ſe fundũ. j. ad leg. Iul. de vi. & ſi ꝑ vim, vel alio
modo. l. ij. & l. momẽtaneę. j. vnde vi. Vñ nullius
tituli allegatio ſufficeret. Et ita dicebat ipſe, ꝙ te
nebãt aduocati Bonoñ. Hoc mihi non placet. Si
21 †em̃ dicam⁹ iſtud eſſe iudiciũ adipiſcẽdæ poſ. qđ
videꝛ verius, ſicut interdictum quorũ bonorũ: tũc
poteſt obijci exceptio dominij, vel alterius iuris: ſi
tamen quis paratus ſit probare incontinẽti, vt ha
buiſtis no. in l. j. j. quorũ bono. & ſ. l. ꝓxi. Si verò
dicamus, hoc eſſe interdictũ quaſi recuperãdę poſ
ſeſsionis, ſcilicet vacantis: tũc in tali iudicio poſ-
ſunt opponi exceptiones, quæ impediunt reſtitu
tionem, ſi aliquis eſt incontinenti paratus ꝓbare
vt habuſtis not. j. vnde vi. l. cum quærebaꝛ. Ergo
patet ꝙ illa regula ꝙ ſpoliat⁹ ante omnia eſt reſti
tuẽdus: nõ eſt vera in caſu hui⁹ l. vbi quis ſit para-
tus incontinẽti probare, &c. ¶ Quid ergo dicem⁹?
Aduerte duos caſus: Qñq; quis venit ad contradi
cendũ, antequã ſit data licẽtia de ingrediẽdo poſ.
Quãdoq; poſt datã licentiã ante ingreſſum. quã-
doq; poſt ingreſſum. primo caſu eſt aduertẽdum:
Aut quæris an quis ſit legitimus contradictor ad
impediendum executionẽ, & ſummariã cognitio
nem, quæ ſit ex oſtẽſione teſtamẽti, vigore huius
l. Aut quæris an ſit legitimus contradictor, nõ ad
impediendũ ſolũ iſtã ſummariam cognitionẽ, ſed
ad impediẽdum etiam effectũ eius, ſ. immiſsionẽ.
Primo caſu, aut ille, qui venit ad cõtradicẽdum,
non aſſerit ſe poſsidere: ſed dicit ſe prius immittẽ
dũ quã qui poſtulat: & tunc illa ſummaria cogni-
tio nõ impeditur, ſed ſummatim de iure vtriuſq;
cognoſcitur: & ille immittiꝛ, qui potiora iura ha-
bet: vt ſ. c. l. j. Aut cõparet aliquis, qui dicit ſe poſ
ſidere: ideo illũ, qui petit, immittendũ nõ eſſe: tũc
ſi quidem producit aliũ titulũ ſimilem titulo petẽ
tis: vt puta: aliud teſtamẽtũ, tunc iudex ſtatim ꝓ-
nunciabit non eſſe locum huic ſummariæ cogni-
tioni, ex virtute iſtius legis: ſed agendũ eſſe ordi-
i nario[i] iudicio, & illum debere obtinere, qui potio
ra iura habet, vel probauerit. Ita loquitur opi. Al
drici. Hic eſt caſus in hac l. in verſic. ſi naũt aliquis
contradictor &c. Vide literam ibi, in iudicio com
petenti &c. Non autem dicit in ſecundo. Si verò
allegat alium titulũ: tunc iſta ſummaria cognitio
non impediretur: ſed ſuꝑ ea de viribus iſtius titu-
li allegati cognoſceretur. Quẽ autẽ effectũ habet,
ſtatim dicam. Secũdo caſu, qñ quęritur, an aliquis
ſit legitimus contradictor, quantum ad impedien
dum miſsionẽ in poſ. & cognitionem ſummariã:
dico aut quis oſtendit titulum à defuncto, vel ab
hærede: & tũc ſine dubio impeditur miſsio: vt l.
j. j. quo. leg. & ff. quo. le. l. j. §. redigũtur. Aut alle
gat titulum: & idem habet poſſeſsionem ab alio,
quàm à defuncto: tũc ſiquidem habet poſſeſsio-
nem ante mortem defuncti, eſt legitimus cõtradi
ctor, vt hic: ibi earum rerũ, quæ teſtatoris mortis
tempore fuerunt, &c. Si verò allegat poſſeſsionẽ
k poſt mortem defuncti:[k] tunc ſi quidem ꝓbet poſ
ſeſsionem

e ¶ Nuncupatiuo. Nota adde ꝙ cum glo. tranſit Iac. But Bal. Ang. & Sali. Bal. & Iac. Bu. in l. fina. j. de fideicom. Spec. & Io. An. in addi. in tit. de teſte. §. fin. verſi. quid de nuncupatiuo: tñ vide Bal. conſil. ccvij. lib. j.

f ¶ Imperfecto. Adde quod Spe. idem tenet in tit. de teſt. §. fi. verſ. qđ ſi fili⁹. Io. And. ibi, in addi. dicit ꝙ Iac. Bal. dicebãt & cum pater teſtatur inter filios, ĩ actu de l. hac cõſultiſsima. ꝙ illa voluntas ſeruatur, nõ vt teſtm̃, ſed vt quædam diuiſio. l. fin. ſ. fami. erciſ. & ita tranſit.

P. P. A. V. P.

g ¶ Hæc lex. An remediũ huius l. habeat locũ in bonis poſ. vide latè barb. in ru. C. qui admitti. in penul. & vlti. charta.

P. P. A. V. P.

h ¶ Legitimus contradictor. Quis dicatur legitimus cõtradictor. & an eo ipſo quòd quis citatur dicatur legitimus contradictor, vide ĩ Bart. in verſ. contradictor. iiij. q̃ ibi habes vlti. multa pulchra.

i ¶ Ordinario iudicio. Adde Pe. de ancha. conſi. ccxcj. & ſeq. An aũt beneficium huius legis cõpetat ꝓ rebus incorporalibus & an cum filia hęres inſtituta à patre vaſallo in oĩbus bonis ſi petat ſe mitti in poſ. bo. ſeu. agnati ſint legitimi contradictores, vide Ioã. An. in addi. ad Spec. in tit. de te. §. fi. verſi. pe. in fina. addi. vbi refert Guli. de ſuza. hic.

POMATES.

k ¶ Defuncti. Vide Alex. cõſil. iiij. col. v. vo. ij. & xc. co. ſi. e. vol. & ad hæc ẽt

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

bal.in rub. de cau-
ſa poſ. & proprie-
col.ſi.vbi ponit,an
intentanti remediū
huius legis poſsit
opponi exceptio
dominij, maximè
ſtāte ſtatuto, quòd
confeſsio defuncti,
&c.& Alex.cj.col.
ſi.vol.v.vbi ponit,
an dicēs teſtamētū
nullum,vel falſum a
ſit legitimus cōtra-
dictor.

P.P A V.P.

a ¶Non ꝓbat illud.
&ideo videtur di-
cendū ꝙ non ſuffi-
ceret ꝓbare defun
ctum poſſediſſe in
vita ſua nec hic vi-
detur habere locū
regula l.ſi poſside-
tis.C.de probat.ita
ponderat Are.bar.
velle hic in l.pom-
ponius.§.acceſsio-
nes. de acqui.poſ.
col.ij.ad Bar.in iſta
l.ſi.col.ij.

POMATES.

b ¶Per ſcripturam.
Similiter cōmiſsio
data familiæ ipſius
iudicis,ſi ſit facien-
da aliqua executio
realis,ſeu perſona-
lis,nō valet, niſi ſit
in ſcriptis. Ita Bal.
in c.cum parati. de
appel. per tex.in l.
miſsi. C. de exact.
tribu.lib.x. & mul
ta alia notabi.circa
hos caſus, in quib⁹
requiriť ſcriptura,
poſuit Decius in l.
pactū, quod bona
fide. C. de pac. vbi
tangunt doc.& ple
nè Ro. ſing. ſuo vj.

P.P A V.P.

c ¶Si quis aliquem.
Circa hanc materiā
adde ꝙ ſi aliqs vo-
lebat me ſubſtitue
re hæredem, vel ali
quid mihi relinquè
re & tñ ꝓhibuiſti
teneris mihi ad oē
damnū & intereſſe
ita Pau. de caſtr. &
Alex. per illū tex.
ibi ī l.dedi.§.qñq;.
ff. de codi.ob cām.
doct. Ang.in l.iiij.
ff.de inoffi. teſt.de
qua nō meminit ēt
Cepo.cautel. lxiiij.
ſed allegat Ang.in
l.ſi.ff. de eo. & vo-
luit Ang.in d.l.iiij.
ꝙ etiā ſi bonis ver-
bis eū īduxiſſet ꝙ
teneť mihi ad qđ fa
cit gl.in c.quiſq;.lo
vlti.xij. quæſt.con
trariū tñ dicit Bar.
in l.Lucius.§.ſem-

ſeſsionē,vel titulū ſolum,non eſt legitim⁹ contra
dictor:quia per hoc nō excludiť ius agentis.Sed ſi
probaret poſſeſsionē & titulū, fortè probaret ſe
vel authorē ſuum fuiſſe dñm:tunc eſſet legitim⁹
cōtradictor,& impediret miſsio:quia in hoc iudi-
cio pōt opponi exceptio,dolo facis,vt ś.dixi,& l.
proxi.ś.no.tamē ab initio.nō eſt admittendus ad
probandum,niſi ſit paratus probare incontinenti
vt ś.dixi.Si verò ꝓbat titulū,& poſſeſsionē:vtrū
autem defunctus poſſederit tēpore mortis,vel nō
dubitatur:tunc non eſſet mittendus,non propter
cōtradictionē aduerſarij tantū: ſed quia hæres nō
probat illud[a],quod eſt cauſa ſuæ intētionis,ſcili-
cet defunctum poſsidere tempore mortis.quod re
quiriť à lege. ¶Quādoq; quis venit poſt iuſſum
de mittendo ante miſsionem : tūc ſi quidem ipſe
fuit citatus,hic eſt aduertendū.Si enim prim⁹ iuſ-
ſus fuit factus citata parte:tūc ſi ſuperuenit quidā
tertius non citatus,puta aliquis,qui dicit ſe hære
dē,& ſe potius mittendū,quā illū,pro quo ꝓnū-
ciatū eſt:dico ꝙ miſsio eſt retardāda : & de iurib⁹
iſtius cōtradictoris erit cognoſcēdū:vt l.ita tamē
§.quoties.ad Tre.& ibi dixi.Facit extrà.de teſta,
c.veniēs.& ibi per Inno.Quandoq; tpe primi iuſ
ſus nullus eſt citat⁹:& tūc idē multò magis,ꝙ au
diať ille cōtradictor ſuperueniens:ille verò,q fuit
citatus tpe primi iuſſus,ſi quidē cōparuit,& ei⁹ cō
tradictio fuit repulſa:nō eſt dubiū,ꝙ non pōt au
diri:cū nec poſsit appellari ī hoc iudicio momēta
neæ poſſeſsionis:ſed ſi ex ſua cōtumacia,talis licē
tia fuiſſet cōceſſa : tūc ipſe veniēs audireť refectis
expēſis,ſcđm formā auť.& qui iurat.j.de bo.auť.
iu.poſ.Quādoq; cōtradictor apparet poſt miſsio
nem iam factā.& hic aduerte. Quādoq; nō venit
directò ad cōtradicēdū primæ īmiſsioni : ſed ipſe
principaliter poſtulat ſe mitti, apportans ſuū te-
ſtamentū:tunc iſte primò miſſus audireť ſecūdū
contradictionem legitimā,ſecūdū ea,quæ ś.dicta
ſunt.Si verò venit directò petēs caſſari illā immiſ
ſionē iam factā:ſi quidē allegat ſe poſſediſſe,& ci-
tatum nō eſſe:ſtatim illa ſentētia pronūciabiť nul
la,tanquā poſſeſſore nō citato: vt l.meminerit.j.
vñ vi.& ſi per vim vel alio mō.l.ſi.Si verò nō alle
gat ſe poſſediſſe,vel dicit ſe poſſediſſe,tñ fuit cita
tus : tūc ſi quidē allegat aliquid,qđ eſt excluſiuū
beneficij iſtius cōſtitutiōis:vt quia dicit teſtamētū
cuius vigore facta eſt immiſsio,habuiſſe vitiū viſi
bile:vel dicit teſtatorē nō poſſediſſe tpe mortis:
tunc immiſsio irritabiť: vt l.j.§.hæc verba.ne vis
fiat ei.l.cū verò.§.ſubuentū.ff.de fideicō.lib.& l.
Fulcini⁹.§.qđ ſi in diē.q.ex cau.in poſ.ea.& ī hac
cōtradictiōe nō erit neceſſarius libellus, ſed ꝓce-
deť ſummariè iudicis officio,ſecundū formā l.à di
uo Pio.§.ſi ſuper reb⁹.ff.de re iud.Si verò nō alle-
garet aliquid,quod eſſet excluſiuum iuris agētis:
tunc nō fieret reuocatio.Sed ſi quidē ius haberet.
deberet recurri ad iudiciū petitoriū, & ordinariū.
Dices tu,qūo,ſi fuit citat⁹,& cōtumax, poſtea au
diť aliquo modo:nōne iſtud eſt cōtra l.ſi eo tpe.j.
de remiſ.pi. Rñ.ibi vterq; creditorū habebat ius,
ſed vnius ius erat potētius alio : hic vero vnus ius
habebat,alius nō: vñ per cōtumaciā non vŕ ei ius
22 conceſſum,qđ nō habet,&c.¶†Quæro,vtrū fi-
deicōmiſ. vniuerſalis ſit legitimus contradictor.
Glo.hic videť dicere ꝙ ſic.Tu dic breuiter.Aut ſi
deicōmiſſarius nō poſsidet,& nō eſt legitimus cō
tradictor:vt ff.ad Tre.l.filiā fratrib⁹. Aut poſsi-
det:& tūc aut eſt paratus de iure fideicōmiſsi pro
bare incōtinēti:& eſt legitim⁹ cōtradictor. Ita de
bet intelligi iſta gl.& ar.eius,quod no.ś.e.l.ꝓxi.
Aut nō eſt paratus incōtinenti probare:& tūc ſe-
cus:vt ś.l.proxi.& no.in d.l.filiam fratrib⁹.ff. ad
23 Trebel. ¶†Quęro,qd ſi cōparet ali⁹ cū alio teſtō
eodē die ſcripto,nec apparet de prioritate,vel po-
ſterioritate. Gl.format hic iſtā quęſtionē ſup ver
bo,miſſus,& clarius dicit ff.de bo.poſ.ſecundū ta
bu.l.j.§.j.per Roffre.i tit.de bo. poſ. ſecundū tab.
24 per Cy.Dic pleni⁹ vt dixi in d.§.j.¶Vltimò,†di
cit hic tex.& eā cum teſtificatione publicarū per-
ſonarum accipiat,&c.Ex quo nota ꝙ ille q poſsi-
det ex licētia iudicis,debet probare immiſsionem
per publicum inſtrumentū : nec videť ꝙ ſufficiat
ꝓbare per teſtes:vt hic dicit tex.ſicut cętera acta
b debēt probari per ſcripturam:[b]vt c. quoniā con-
tra.extra,đ ꝓbat.Vidiſtis ś.đ arb.l.nēi arbitris.

c *Si quis aliquem[c] teſtari prohibuerit, uel coegerit. Rubrica.*

¶Continua vt in glo.vel aliter. Dictum eſt.ś. de
acqui.hære. verùm quia quandoq; hæreditas ac-
quiſita aufertur ab hærede,vt ab indigno:ideo ſe
quitur videre de his quib.vt indig. Sed qa eſt cau
ſa ſpecialitatis quare quis reputatur indignus, ſci
licet ſi quis aliquem teſtari prohibuerit , vel coe-
gerit:ideo iſta præmittit.

SVMMARIVM.

1 Pœna prohibentis aliquem teſtari,extraordi-
naria eſt,arbitrio iudicis.
2 De qua actione ciuili intelligatur iſta lex.

LEX I.

Ciuili. Qui aliquē teſtari ꝓ-
hibuerit , vel coege-
rit,criminaliter puniť:& hęredi
tas ei vt ab īdigno au ferť.h.d.cū
1 l.ſeq. ¶Circa iſtā l.quæro† quæ
eſt pœna iſtius compellentis ali-
quem ad teſtandū.Gl.reſpōdet,& bene pœna ex
traordinaria arbitrio iudicis,cū pœna nō ſit limi-
tata:vt l.ſanctio legum.ff.de pœn. & qđ ibi not.
2 ¶Scđò q̄ro,circa iſtā legē,† q̄ eſt iſta actio ciuilis?
Reſpō.de duplici ciuili pōt intelligi. Primò de pe
titione hæreditatis,per quā hæreditas defertur in
fiſcum:vt videbitis j.tit.j.l.j.Item pōt intelligi de
actiōe,quę dať ad duplū ei, cui teſtator relinque-
d re volebat : de qua habes in auť.vt nulli iudi.[d].§.
& hoc puenit.& not.per doc.ś. arbi. tut.l. qcqd.

Eos qui. Opp.& videť ꝙ hęre
ditas non appliceť fi-
ſco.ff.eo.l.ij.§. fratris. Sol. qñq; aliqs
impedimētū pſtitit alicui,vt nō faciat
teſtm:tūc ſi quidē eſt proximior in gradu, qui ſuc
cedit ab inteſtato,auferť ab eo hæreditas,& appli
cať fiſco:vt hic.Si verò erat vlterior,& ali⁹ eū pręcedebat,nō applicať hęreditas fiſco:vt l.cōtraria.
Si verò cōpulit aliquē ad teſtādū,ſi quidē fecit ſe-
ipſum inſtitui:nō eſt dubiū, quin appliceť hęredi
tas fiſco:vt ś.l.proxi.& ff.e.l.j.& ff.de his qui.vt
indig.l.eū qui.§.fin.aliàs l. ſi ſcriptis.Sin aūt fecit
aliū inſtitui:tunc eſt quæſtio,vtrū ab alio aufera-
tur hæreditas,tanquā ab indigno.Hugo tenet hic
ꝙ nō.Glo.& ff.eo. ſuper Rubri. tenet contrariū:
& illam tenet ibi Dy. & hic Pet.& Cy.&c.

c Iudicium. Licet blāditijs[e]
prouocare teſtā-
tem, vt ſibi ꝓuideat.h.d. Vide plenè
gl.ibi:& de inoffi.teſt.l.nō eſt.Sed ibi
circa prohibita:hic circa permiſſa.ibi.l.ij.& iij.in
prin.ſed ibi cōſtāte matrimonio, ne aliter efficiať
pauperior:hic verò diſpō cōferť poſt mortē.ibi.ś.
de ſta.& imagi.l.j.ibi circa prohibita.Ibi l.capta-
torias.ſed hic nulla eſt deceptio.Non enim cōfert
ipſa vxor ſupremam voluntatem in arbitrium al-
terius:ſed ipſamet declarat,&c.

*De his qui.ut indi.hæreditates auferuntur. Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 Hæreditas tunc auferť ab indigno,& applicať
fiſco,qñ quis eſt indignus propter ſuum delictū.
2 Quātū tp̄s debeat trāſire, vt vīdicta dicať omiſſa.
3 In maleficijs,quæ committūtur in non faciendo,
ſufficit ꝙ tantū tempus prætereat intra quod fa-
cere potuit,non ꝙ deſinat poſſe facere.
4 Diſpoſitio legalis magis æquiparatur vltimæ vo-
luntati,quam contractui.
5 Practica huius legis ad hoc vt non vindicās necē

ff

pronio.ff.de leg.ij.
vide qūo teneatur
ille qui ꝓhibet ali-
quē teſtari. Ant.de
But.conſi.lxxviij.
incip.inquātū Pau
lus.vbi cōcludit ꝙ
poſsit actiōe de do-
lo teneri ad intereſ
ſe ei cui nocuit vi-
de aliqua in mate-
ria ad Bart.ī rub.ff.
eo.tit.in l.ſi. An au
tem poſsit agi ad
pœnā de qua ī auť.
vt nulli iudic.§.pe-
nul.ponit Ant.de
But.in d.cōſil.vide
ad Bart. in l.j.j. eo.
Item in materia vi
de Barba.in c.ij.de
pecu.cler.qñ quis
inducit aliquē ad ſi
bi relinquendū qđ
alij erat relicturus.
vide etiam in mate
ria Iaſ.in l. dedi.§.
quanquā.ff. de cō-
dict.ob cauſam.

P.P A V.P.

d ¶Vt nulli. Iudic.
An iſta pœna ſolū
procedat in admi-
niſtratore ciuitatis
de quo loquiť tex.
in illo §. pen.an ve
rò in quolibet pro-
hibente, vide oīno
Iaſ. hic poſt prin.
concludentē ꝙ ha-
beat locum in quo-
libet ꝓhibente ſed
de hoc dubitat An
to.de But. & ſentit
contrarium conſil.
lxx.inci.inquātū.
e ¶Blanditijs.Adde
ꝙ Paul.de Ca. dicit
hanc legē procede-
re,niſi ꝓbareńť mi
næ prius factę per
maritū : quia tunc
licet poſtea p blan-
ditias īſtitueret ma
ritū: quia adhuc du
rat cā metus,cenſe-
retur fuiſſe coacta,
& haberent locum
quæ dicta ſunt ſu-
perius ī d.l.ſi. & in
l.j.§.quæ onerādæ
quarū rerū act.non
dať. & qđ no. Inn.
in c.tāta eſt vis ma-
trimonij.qui fi.ſint
legi. Tu dic, ꝙ in
terminis idem con-
ſuluit Bald.conſil.
ccxxiij.j.volu.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

P. PAV. P.

a ¶ Heredes. An iſta materia procedat a vbi occiſorem pœnituit, vide Panor. ī c. accuſaſti. extra de accuſ.

b ¶ Qui ſciuit. Adde qđ Pau. de Caſt. refert Gul. de Cu. dicere, per hunc text. ꝙ ſi vaſall⁹ cõmiſit feloniã, ꝓpter quã poſsit priuari feudo: vel clericus delictum, ꝓpter qđ beneficio venit priuãdus: licet habeãt ius in re quouſque ſint priuati, poſtquam tamen erant priuandi, tenentur reſtituere oẽs fructus, quos perceperũt à die feloniæ cõmiſſæ, vel quos percipere potuerunt, q extenſiuè ſint conſumpti, ſiue ſint effecti locupletiores, ſiue non. quid Pau. de Caſt. dicit ſingulariter notandum: quia meli⁹ alibi vix reperietur.

c ¶ Vindicta. Adde ꝙ ex glo. q̃ vult, ꝙ vindicta accipiatur ꝓ actu licito, accuſando in iudicio infert Pau. de Caſtro ad q. de eo, q recepit iniurias, & dicat famulo, ſi redeas domũ, niſi feceris vindictã: vel ipſemet dicat, ego faciã vindictam de illa iniuriæ & poſtea ille mortuus reperiaꝭ: ꝙ per hanc gl. nõ præſumatur occiſus: q̃a illa verba pñt intelligi de vindicta licita, ſecũdũm Gul. de Cug. ipſe verò dicit ꝙ iudex ex qualitate perſonæ, habebit exiſtimare. ar. l. famoſi §. j. ff. ad l. Iul. ma. Facit. l. j. ſi qs Impera. male. nõ ꝙ ex dictis verbis poſsit eũ cõdẽnare, ſed faciũt indiciũ ad torturã. tñ Bart. in l. ſi quis mihi bona. de acqui. hære. de eo q dixit famulo, vade &c. tenet ꝙ dñs teneaꝭ de homicidio mãdato. Itẽ tenuit Pau. de Ca. cõſil. cclx. qđ limitãt Ro. & Cu. niſi offenſa illata domino fuiſſet vna alapa, et non offenſa cũ ferro: quia verba do-

defuncti, priuetur hæreditate.

LEX I.

HAeredes. a Qui necem teſtatoris nõ vlciſciꝭ, hæreditatẽ cũ fructibus reſtituat: & ad vſuras teneꝭ à tẽpore motæ litis. h. d. Diuidiꝭ in duas ptes. Primò loquiꝭ de reb⁹ ex quib⁹ fructus percipiunꝭ naturaliter. Secundò loquiꝭ de rebus, ex quibus nõ percipiunꝭ, nec pñt percipi, niſi vſuræ, Secunda ibi: ex hęreditate auꝭ. hæc eſt difficilis lex, & habet gl. multũ inuolutã. totus titul⁹ eſt difficilis. ¶ Opp. hic diciꝭ ꝙ debet vlciſci mortẽ. Cõtra, vindicta nõ eſt permiſſa: vt l. ſciẽtiã. §. qui cũ aliter, ad l. Aqui. Sol. Intelligiꝭ hic de vindicta, quæ fit accuſando homicidas: vt l. j. š. de pci. Impe. offe. nõ aũt licet ſua authoritate occidere. ¶ Vlteri⁹ opp. diciꝭ hic ꝙ iſta hęreditas auferꝭ, & applicaꝭ fiſco. Cõtra. š. de hęre. inſti. l. ſi pater. & l. nec apud. Dicit glo. fallit ibi. Tu dic ꝙ nõ eſt ꝓpriè fallere: ſed eſt regula p ſe. Nã † qđ
1 auferꝭ ab ĩdigno, applicaꝭ fiſco, qñ qs eſt indign⁹, ꝓpter ſuũ delictũ: vt hic, & š. tit. j. l. ij. & p totum illum tit. & ff. e. & gl. tenet ꝙ qñ quis eſt indign⁹ abſq; ſuo delicto, nõ applicaꝭ fiſco: vt l. cõtraria. ¶ Item opp. j. đ leg. l. penul. Dicit gl. fallit ibi Tu dic ꝙ illa lex non facit exceptionem à regula: ſed facit aliam regulam per ſe, quæ eſt quãdo quis eſt indignus, & reſpicit offenſam certæ perſonæ: tũc quod aufertur ab indigno, applicabitur illi pſonæ, nõ fiſco: vt lege cõtraria. hic verò loquiꝭ quãdo certam perſonã nõ reſpicit. ¶ Vlterius oppo. ff. de petitio. hære. l. itẽ veniũt. §. cũ prædixi. Sol.
b Dicit gl. hic loquiꝭ in eo qui ſciuit, b & ſic eſt malæ fidei poſſeſſor: lex cõtraria loquitur in eo, qui ignorauit: quia cùm ſit bonæ fidei poſſeſſor nõ tenetur, niſi in quantũ locupletior fact⁹ eſt: vt in cõtrario. Iſta gl. dicit veritatem in genere, nõ autem referẽdo ad caſum huius legis: nã ille, qui ignorauit occiſores defuncti in aliquẽ eſſe occiſum, non teneꝭ: vt ff. ad Syl. l. iij. §. qđ ad cãm. & l. ſi ante. & j. eo. l. ſi ideo. ¶ Itẽ oppo. ad ſecundã partẽ, dicitur hic, quòd tenetur ad vſuras poſt motam litẽ. Cõtra imò vꝭ ꝙ à tẽpore moræ: vt l. item veniũt. §. petitã. ff. đ pet. hęr. Sol. vt ĩ gl. tene mẽti. ¶ Quæro dꝛ hic hęredes, quos nęcẽ teſtatoris inultã omiſiſſe cõſtiterit. ¶ Quęro, quãtũ † tẽpus debeat trãſ
2 ire vt dicatur omiſſa vindicta. c Dicũt quidã, tem
c pus eſt ſtatuẽdum à iudice. Simile in auꝭ. de hære. & fal. §. illud. & in auꝭ. hoc amplius. j. de fideicõmiſ. Alij dicũt, ꝙ ſufficit ꝙ tantũ tempus trãſiuerit, intra qđ potuerint occiſores accuſari, arg. ff. de verb. obli. l. ſi ita ſtipulat⁹. Vide iſtam gl. ij. & no-
3 ta † ꝙ ex maleficijs d negatiuis, ſeu quę cõmittunꝭ
d in nõ faciẽdo, non eſt neceſſe ꝙ quis deſinat poſſe facere, vt maleficium dicatur perfectum: ſed ſufficit quòd tranſeat tantũ tempus, ꝙ facere potuit:
4 vt hic, & dixi tibi anno. Et ſic † diſpoſitio legalis magis æquiparatur vltimæ voluntati, quã cõtra-
e ctui: e vt colligiꝭ ex hac gl. cõiuncta d. l. ſi ita ſtipulatus. Tene mẽti ppetuò, nõ recordor vbi dixi tibi anno. ¶ Sed quæro, poſtquã qs omiſit necẽ teſtatoris inultã, qũo auferꝭ ſibi hæreditas. Iſta glo. videꝭ velle, ꝙ de hoc accuſetur, vt puniaꝭ in amiſſione hæreditatis. Et dicit ꝙ iſta accuſatio põt fieri intra quinquẽniũ vt. l. in cognitiõe. ff. ad Sylla. & vide iſtam gl. in fi. Erit ergo cõcluſio libelli, vt innuit iſta glo. dico ꝙ omiſiſti inultam necem defuncti: quare peto te condẽnari in amiſsiõe hæreditatis. Iſtud nõ videtur de mẽte illius legis: imò videꝭ quòd hoc ſit iudiciũ ciuile. Iſta eſt veritas.
5 Erit † ergo practica hoc modo: quia cùm hęredes neglexerint accuſare occiſores: alius eos accuſauit coram pręſide prouinciæ: quibus occiſoribus condẽnatis de homicidio: illa ſentẽtia lata cõtra homicidas habebit effectum confiſcandorum bonorũ, contra hæredes negligentes intra quinquẽnium, vel perpetuò, vt d. l. in cognitiõe. ff. ad Syl. quo facto, debebit agi petitione hęreditatis cõtra hæredes, in qua habeꝭ ratio fructuum, & vſurarum: vt hic dicitur in text. & iſta cauſa agitabiꝭ corã procuratore Cæſaris, qui eſt iudex inter fiſcũ, & priuatum: vt l. j. š. vbi cauſę fiſ. & hoc videtur tenere glo. ij. hui⁹ l. & in gl. pe. & l. j. š. tit. j. vide gloſſam.

SVMMARIVM.

1 Factum defuncti, non retractatur ex perſona hæredis maioris.
2 Tutor accuſat nomine pupilli, & tenetur de calumnia, nu. 4. de euidenti. nu. 6.
3 Delictum tutoris nocet pupillo.
5 Syndic⁹ an accuſet nomine ſyndicario: remiſsiuè.
6 Accuſans teſtamentũ de falſo, & ſuccũbens, perdit ea, quæ ſibi per teſtatorem ſunt relicta.
7 Qui dicit teſtm̃ nullũ, vel non iure factum, ſi ſuccũbit, an perdit relictũ in teſtamento: remiſsiuè.

LEX II.

POlla. Factum defuncti maioris, non retractatur ex pſona hæredis minoris. Item, ſi tutor in accuſatione falſi ſuccũbat pupillũ hæreditatẽ perdere facit, & ipſe ei tenebiꝭ: & de calũnia punietur. h. d. Diuiditur in partes tres. Primò, ponit vnum dictũ, ex eo quod factũ fuit à defuncto maiore. Secũdò ponit aliud dictũ, de accuſatione inſtituta pro pupillo: qualiter ipſi pupillo præiudicet. Tertiò qualiter pręiudicet ipſi tutori. Scđa ibi: ſed ſi pupilli. Tertia ibi: & de calũnia tua. Iſta lex cõſueuit reputari à iuuenibus difficilis. ¶ No.
1 † primò, qđ dixi in ſummario. Secũdò no. ꝙ non
2 põt accuſare tutor, noĩe pupilli. ¶ Tertio † nota ꝙ qui in accuſatione ſuccumbit, priuabiꝭ eo quod
3 ſibi relictum eſt in teſtamẽto. ¶ Item nota † ꝙ de-
4 lictũ tutoris nocet pupillo. ¶ Item not. † ꝙ tutor accuſans, tenetur de calũnia. ¶ Opp. ad primũ dictum: nam licet pupillus ſuccedat maiori, priuile-
f gio f ſuo nõ priuatur: vt l. ſicut. §. ſed pupillari. de præſcri. xxx. an. Gl. hic nõ ſoluit. Tu dic ꝙ hic loquitur de iure iam firmato in pręteritũ: ibi loquiꝭ de præſcriptione firmãda in futurũ, ex negligentia hęredis nõ petẽtis: ideo inſpiciꝭ ei⁹ cõditio. Facit ad hoc de iure fiſ. l. fiſcus. ¶ Secũdò opp. & videꝭ ꝙ tutor nõ poſsit accuſare: vt l. ij. j. q accu. nõ poſ. Sol. Dicit gl. expone noĩe pupilli, i. ꝓpter pupillũ, vel ad eius vtilitatẽ: noĩe tñ ꝓprio. Idẽ no. in l. tutorẽ. ff. e. tit. vide gl. Ego ſemp dixi, & reperi, ꝙ erat dictũ do. Richar. Malũ. ꝙ tutor poterit accuſare, noĩe pupilli, tutorio noĩe: vt dicit te. hic, & in l. tutorẽ. ff. eo. Nõ obſtat l. ij. qui accu. nõ poſ. quia ibi nõ prohibet quẽ alieno noĩe accuſare: ſed prohibet quẽ alieno noĩe inſcribere ſe, ad pœnam talliõis: ſed debet quis ſe inſcribere noĩe ꝓprio. Nec eſt nouũ, ꝙ alterius nomine quis accuſet, & alteri⁹ noĩe ſe inſcribat: vt infrà, de ĩiur.
5 l. fi. & iſta eſt veritas. Et per hoc notand. † eſt quę-
g ſtio, an ſyndicus g poſsit accuſare ſyndicario noĩe, vel non. De quo videbitis in l. ij. qui accu. nõ poſ. ¶ Vlteri⁹ opp. & intro gl. mag. de l. tutore. ff. eo. Solu. nõ perditur, quod relictum eſt ipſi tutori, vt ibi: ſed quod relictũ eſt pupillo, vt hic. Sed cõtra hoc opp. factum tutoris non debet nocere pupillo: vt l. neq; interd. ff. de reg. iur. & l. meminerint j. vñ vi. Solu. vt no. in d. l. neq; . & in l. ſi dolo. ff. ſi quis omiſ. cau. teſt. ¶ Itẽ videtur ꝙ ætati pupillari parcaꝭ: vt l. poſt legatũ. §. ætati. ff. eo. Gl. videꝭ hic ponere quatuor ſolutiões: ſed in veritate non ſunt niſi duæ. Prima eſt, cõcedo ꝙ pupillus habet duo remedia, vel reſtitutionẽ in integrũ, ſi vult: vt lege cõtraria, vt agere cõtra tutorẽ ꝓ indẽnitate: vt hic, ar. š. ſi tutor vꝭ cura. interue. l. j. & l. etiã. Scđa ſol. eſt, ꝙ hic loqꝭ qñ põt habere regreſſum contra tutorẽ: ibi verò, qñ cõtra tutorẽ nõ poteſt habere regreſſum. Hoc aũt põt cõtingere tribus modis: vel ꝓpter defectum facultatũ, quia tutor non eſt ſoluẽdo: vel quia tutor fecit inſtigãte matre, & cõſanguineis, vel quia pupillus pdidit inſtrumẽta, propter quę poterat agere cõtra tutorẽ. Tamen gl. facit de iſtis tribus caſibus, de quolibet per ſe vnam ſol. tamẽ omnes iſti tres caſus comprehẽdunꝭ in vna ſol. tripartita: placet ſolu. ꝙ poteſt eligere pupillus, vel remedia iſtius legis vel illius.

mini debẽt intelligi de ſimili offenſa. argu. eorũ quæ no. in l. j. j. vnde vi. & vide ad hoc Bal. cõſil. lxxxij. volu. iij. Sed qd ſi mortaliter vulnerat⁹ à fratre, filios fratris vulnerantis inſtituat: an tenebũtur necẽ teſtatoris vindicare contra patrẽ vulnerãtẽ. Ioã. An. in addi. ad Spec. in ru. de ſuc. ab inteſt. decidit ꝙ nõ. alle. l. fili⁹. ff. de cõdi. inſtit.

P. PAV. P.

d ¶ Ex maleficijs. ex quo infert Angel. hic ꝙ pœna appoſita per ſtatutũ ſyndicis non denũciatibus maleficia coniunctim quã primũ potuerunt denunciare, & nõ denunciauerunt.

POMATES.

e ¶ Quam cõtractui. Vide etiam in hoc Alex. ĩ l. ſi ita ſtipulatus. ff. de ver. ob. & in l. ea demũ š. de colla. & Alexã. cõſil. xxx. in ij. col. in princ. vol. ij. Ro. cõſi. lxv. col. ij. Barba. conſi. lxvj. colũ. vij. vol. j. Ro. cõſil. cxxiij. & Barba. in c. cũ oẽs. colũ. vj. de cõſti. & in rub. col. fi. Are. in cõſi. xxij. co. iij. & lxxxix. Itẽ vide Bal. in c. inter cæteras. col. j. de reſcrip. vbi dicit ꝙ literæ gratiæ, æquiparantur tã vltimis volũtatib⁹, quã cõtractibus. Are. cõſ. xlv. col. ij. Feli. in c. j. col. viij. de ſponſa. ad fi. Aret. lxxxix. & Alex. clxxxiiij. col. ij. vol. ij.

f ¶ Priuilegio. Adde ꝙ gl. reprobat pau. de Ca. in quãtũ vult ꝙ Abb. ſuccedens laico in iure patronat⁹, nõ habeat niſi quatuor menſes ad præſentandũ, ꝓut habet laicus: quia imò vtetur priuilegio ſuo. & habebit ſex menſes, vt habeꝭ in c. j. de iur. patro. in vj.

g ¶ Syndicus. Adde an ſyndicus poſsit accuſare noĩe vniuerſitatis, Io. And. in titu. de actore. in addi. ad Specul. §. j. verſic. itẽ excipiꝭ. & ꝓcurator habẽs

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

6 illius.¶ Vlterius †opp.dicitur hic ꝙ tutor de calumnia punietur:cōtra ff.
eō.tit.l.tutorē.Sol.Intellige,ꝙ puniť de calūnia euidēti,nō aliàs.¶ Item
opp.de prin.iſtius l.ad fi.Nam in prin.diciť contrarium, quòd non poteſt
retractare geſta per maiorē in fi.diciť contrariū,ibi:cum retractas ea, &c.
Sol.Glo.exponit retractas.i.iterū tractas.¶ Quæro,diciť hic,ꝙ perdit qs
partem pupilli: quæro,quid de parte Pollæ. Tex.innuit ꝙ nō. In cōtra-
rium facit ff.de bo.quæ libe.l.qui in ſeruitute.& de his qui.vt ind.l.poſt
7 legatū.§.ſi pater.& l.ſi filius.So.† Veritas eſt hæc:quādo quis accuſat te-
ſtamentū de falſo, & ſuccumbit:ea quæ per teſtatorem ſunt relicta in te-
ſtamento,perdit, & ideo ſi erat relictum filio, vel ſeruo eius, videbať ſibi
relictum in teſtō:quia ex diſpoſitione defuncti,ſibi debet acquirere:meri
tò illo priuať:vt in l.allegata in contrario.Sed hæc portio Pollæ,non de-
betur pupillo ex teſtamēto defuncti:ſed ex eo,ꝙ Polla pupillū fecit hæ-
redem,ar.pro hoc,quod habes in l.& etiā.ff.de inofficio.teſta. & ibi not.
8 ¶ Quæro,†quid ſi aliquis dixit teſtamentum nullum, vel non iure factū,
& ſuccumbit:an perdat relictum in teſtamento.Dic vt plenè in l.poſt le
gatum.in prin.ff.eo.titu.

## LEX III.

SI ea quæſtio. Si ante habitam quęſtionē de ſeruis
tabulę ſunt apertę: & hęreditas adi
ta,auferť ab hęredibꝰ tāquā ab īdignis:niſi eſſent pupilli.h.d.
¶ Opp.de l.ſi quis in graui.§.non tantū.ff.ad Syl.& l.neceſſa-
rios.§.non aliàs.eo.tit.Sol.Iſtam intellige,ſecundùm illam:quia ſupple
hic aptæ ſunt tabulę, & hęreditas adita.¶ Opp.ꝙ ſufficiat apertura tātū:
vt l.lege Cor.§.fi.ff.eo.Sol.quātū ad pœnā cētū aureorū,ſufficit ſola ap-
tura:vt lege cōtraria:ſed quo ad amiſſionē hęreditatis reqritur apertura
& aditio:ita loquitur hic. ¶ Quæro,qualiter debeat haberi iſta quæſtio
de familia.Gl.q̄ eſt hic,dicit in domo,nō in iudicio. Vide gl. Iſtā gl.ſemꝑ
reprobaui:qa imò in iudicio cùm debeat eſſe publica q̄ſtio,vt ff.ad Syl.
l.j.in prin.Præterea ante aditā hæreditatē nō poteſt ſeruus torqueri à fu-
turo hærede:vt ff.ſi quis teſta.li.eſſe iuſ.l.j.§.quid tamē ſi ſub conditione
Vnde de neceſſitate debet haberi quæſtio in iudicio.

### *SVMMARIVM.*

1 ☞ Quando inſtituitur ſpurius,ad quem hæreditas perueniat.
2 Incapax quando non capit ex defectu teſtatoris,ad quem hæreditas per-
ueniat.
3 Quando hęres eſt incapax ob defectū ſui,ad quem perueniat hæreditas.
4 Si hæres eſt incapax ob defectum teſtamenti,ad quē deueniatꝫ hæreditas.

HAereditas. Iſta lex cōſueuit reputari difficilis. Bre
uiter dicit. Hæreditas non pōt dari in
codicillis:ſed ſi in ea hæredes reputanť indigni, hęreditas ap-
plicatur fiſco.h.d. Ad literā opp.& videtur ꝙ hęreditas poſſit
dari in codicillis:vt j.ti.j.l.ij.So.pōt dari per fidicōmiſſum,vt ibi:directò
nō vt hic.¶ Opp.ij.de l.pe.§.fi.de condi.inſti. Sol.Ibi in vanū cogitauit.
¶ Opp.iij.& videť ꝙ hæreditas poſſit trāsferri ad aliū:vt l.ex parte.ff.de
adimē.lega.Huius timore gl.quæ eſt hic,exponit iſtā literā tribꝰ modis.
Tu tene vltimā expoſitionē,quę dicit,nō videť ad aliū trāſlata:id eſt,nul
lo modo trāſlata.Nunc intro gl.magnā,& eſt vtilis, & difficilis: & oppo.
quod non applicať fiſco,ſed remaneat penes hæredes:vt l.ex parte.ff.de
adi.le.Sol.plures ſunt.Primò ꝙ hic expreſsè adimit:ibi tacitè. Iſta nō eſt
vera:quia etiā qñ adimit expreſsè,remanet apud eū:vt l.militis.§.vetera
nus.de teſta.mi.Dic ergo ꝙ hic adimit expreſsè, & eum dixit indignū.Et
ſecūdū hoc collige tres caſus. Aut adimit tacitè: & habet locū l.ex parte.
Aut adimit expreſsè, & tūc hæredē dixit indignū: & habet locū iſta lex.
Aut nō: & habet locū l.militis.§.veteranus.de teſt.milit. ¶ Opp.ff.ſi ta.
te.nul.exta.l.j.§.pe.vbi dicit deferri veniētibus ab inteſtato.So.dicit gl.
aut ille,q reputať indignꝰ,erat in primo gradu,aut nō.Iſta ſo.nō eſt vera,
neqꝫ bona:nam ſine dubio gradus inſtitutorius eſt prior gradus.vnde nō
cadit iſta diſtinctio,aut erat &c. Vnde dicit gl.diſtingue,aut mutauit vo-
luntatē circa omnes,aut circa vnū tantū: & etiā iſta eſt vna truffa.Tu dic,
ꝙ hic peruenit ad actū verbi,reputādo eos indignos:ibi peruenit ad actū
facti,incidēdo tabulas,vt decederet inteſtatus: & ita videť ſentire glo.tua
infrà,in diſtinctione quā ponit.¶ Itē opp.ſ.de teſt.l.hac conſultiſſima.
☞ §.pe.So.Ibi primò hęredes nō reputauit īdignos: ſed ad alios nō trāſtu-
lit.Itē opp.& modò intro diſtinctionē gl.& videť ꝙ nō veniat fiſcus:ſed
primò vocenť quidā cōiūcti:vt ſ.de ſecū.nup.l.j.§.pręterea.& §.omniū.
de inceſt.nup.l.ſi qs inceſti.de na.lib.l.j.in fi.So.Ibi loquiť qñ hęres inſti
tutus ab ipſo initio eſt indignus defectu teſtatoris:hic verò loquiť qñ ab
initio erat dignus,ſed poſtea ꝑ teſtatorē reputatꝰ eſt indignus. Vide iſtā
gl.in j.diſtinctione. Antequā veniamus vlterius.¶ Pro iſta declaratione
1 quæro †ſi teſtator īſtituat ſpuriū,qui omnino eſt nō capax:vt habuiſtis
in auť.licet.in fi.ſ.de nat.lib.& de inceſt.nup.auť.ex complexu.cui defe-
ratur hęreditas.Gl.hic videtur dicere,ꝙ primò quibuſdā perſonis,poſt-
ea fiſco.Et ita ſentit Azo in Summa,in tit.de natu.libe. Reperi ꝙ Rich.
a Malum.cōſuluit contrariū, & ego etiā cōſului[a] aliàs,ꝙ quando ille,q eſt
omnino incapax,inſtituitur hæres palam:hæreditas apud cohæredē re-
manet,vel apud veniētes ab inteſtato:vt l.non intelligiť.§.ſi quis palam.
ff.de iure fiſci.Hoc etiam notabiliter dicit gl.in l.Lucius.§.in teſtamēto.
ff.de le.j.Sed nullus ſpurius eſt capax portiōis, & proponiť ꝙ ſit inſtitu-
tus palam:ergo &c.Facit de iur.fiſci.l.in metallū.& de his quæ pro non
ſcrip.l.ſi in metallū, & quod vidiſtis in l.j.ſ.de hę
redi.inſtit.Facit l.ij.eo.titu.& quod ibi habuiſtis.
¶ Not.præterea, poſito ꝙ ſpurius dicať indignus,
tamē eſt indignus abſqꝫ ſuo delicto:vt l.legē.ſ.de
natu.libe.Sed iſtud, quod auferť ab īdigno abſqꝫ
ſuo delicto , remanet apud veniētes ab inteſtato,
vel cohęredes,ſi ſunt:vt l.ſi pater.& l.nec apud.ſ.
de hęre.inſti.no.in l.auferť.in prin.ff.de iur.fiſ.er
go &c.Nō obſt.l.j.de ſecū.nup. & de inceſt. nup.
l.ſi quis inceſti.& de nat.libe.l.j. qa in ſpecialibus
caſibus loquunť in natis ex coitu inceſtuoſo , vel
improbato,ratione dignitatis:vnde nō eſt exten-
dendum ad alios nō capaces:ſed ſtandū eſt regulis
præcedētibus.¶ Reintro gl.& ad iſtud dictū glo.
2 oppo.† ꝙ quando quis nō eſt capax , propter de-
fectū teſtatoris,videtur ꝙ pertineat ad fiſcū indi-
ſtinctè,prout vidiſtis in l.eius.§.j.ff.de teſt.Solu.
Tres caſus debes aduertere. Aut quādoqꝫ hæres
non pōt capere,propter teſtatoris defectū:aut eſt a
ideo,quia teſtator cū nullo poteſt facere teſtamen
tū: & tūc ſi qdē bona ſua nō ſunt publicata, eſt lo
cus veniētibꝰ ab inteſtato.vt l.j.§.j.& §.planè.ff.
de ſuis & legi.Si verò bōa ſua eſſent publicata ꝓ-
pter delictū,indiſtinctè ſuccederet fiſcus:vt l.eiꝰ
qui.§.j.ff.de teſta.Si verò cū quibuſdā poteſt face
re teſtamentū,cū quibuſdā nō,vt in eo,qui habet
filiū ſpuriū:cū eo non habet teſtamēti factionem:
cū aliis ſic.Regula eſt,ꝙ ſi relinquitur palā,debet
remanere apud cohęredes,vel veniētes ab inteſta
to. Fallit in qbuſdā caſibus.vt ſ.dixi. Modò ha-
betis expeditū prin.huius diſtinctionis, & fi.glo.
¶ Quæro ꝓ declaratiōe ſecūdi mēbri diſtinctio-
3 nis gl. † quādo hęres nō eſt capax ꝓpter defectū
ſui:vtrum applicetur fiſco,vel veniat ad veniētes
ab inteſtato.Gloſ.hic plenè nō declarat. Tu verò
dicas,aut inſtituitur hæres omnino nō capax: aut
inſtituitur capax,ſed eſt indignus. Primo caſu,lo
cus eſt veniētibus ab inteſtato:vt.l.j.ſ.de hęredi.
inſti.ſecūdum opi. veram l.ſi in metallū.ff.de his
quæ pro nō ſcrip.de iur.fiſc.l.in metallum. quod
debet intelligi,ſi fuit inſtitutꝰ palam,vt ſ.dixi. Si
verò inſtituatur hęres capax,tamē indignus:tunc
aut indignus eſt abſqꝫ ſui defectu, vel delicto : &
non eſt locus fiſco:vt l.ſi pater.& l.nec apud.ſ.de
hære.inſt.Aut eſt indignꝰ ſuo delicto: & tūc aut
illud delictū reſpicit īiuriā certè ꝑſonæ: & nō eſt
locus fiſco,ſed applicabitur illi perſonę:vt l.pe.j.
de leg.Aut nō reſpicit offenſam, ſeu iniuriam cer
tæ ꝑſonæ: & tunc regula eſt,ꝙ illud,quod auferť
ab indigno , applicatur fiſco : vt l. Papinianus .§.
meminiſſe.de inoffi.teſta.ſ.eo.titu.l.j. cum mul-
4 tis ſimilibus.¶ Quęro,pro declaratiōe †tertij mē-
bri diſtinctiōis gl. quid ſi hęres nō eſt capax pro-
pter defectū teſtamēti , cui applicabiť hæreditas?
Diſtingue,aut fuit defectus teſtamenti ab initio,
quia teſtator nō obſeruauit ſolēnitatem teſtamē
ti: & tunc veniūt veniētes ab inteſtato, vel q erāt
aliàs inſtituti,in alio teſtamento ſolēni:vt Inſtit.
de hære.q̄ ab inteſt. defe. in princip. & ff. de adi.
leg.l.ex parte. Aut teſtamētum deficit ex poſtfa-
cto , & tunc aut deficit propter caſum,aut ꝓpter
factum teſtatoris,circa ipſum teſtamentū.Si pro-
pter caſum,vt puta propter poſthumi natiuitatē,
vel quia dedit ſe ad arrogandū teſtatori,vel ſimi-
le:tunc ſine dubio veniunt veniētes ab inteſtato:
vt ſ.de poſthumis hære.inſtit.per totum.& ff.de
lib.& poſthu.per totum.& j.tit.j.l.j.Secūdo caſu
dico,aut teſtator peruenit ad actū verbi,faciendo
aliam voluntatē:aut ad actū facti cancellādo pri-
mū.Si teſtator peruenit ad actū verbi:tūc ſi quidē
in alia volūtate valida,de iure cōi , vel de iure ſpe
ciali:venit ad illos,quibus in ſecūda volūtate reli
quit:vt l.hac cōſultiſſima.§.ſi quis aūt.ſ.de teſta.
Si aūt in alia voluntate inualida : tunc aut hære-
des reputauit indignos, & eſt locus fiſco:caſus eſt
hic.aut eos non reputauit indignos : & tunc aut
poſtea ſuperuixit per decennium: & eſt locus ve-
nientibus ab inteſtato , cùm primum teſtamentū
irritetur vt l.ſancimus.de teſta. Aut nō ſuperui-
xit per decenniū : & tūc remanet apud primos in

mandatū ad accu-
ſandū , non pōt ac-
cuſare, niſi in māda
to ſit tempus & lo
cus cōmiſſi delicti,
vt conſuluit Rom.
conſi.xl.

a ¶ Ego cōſului. Ad-
de Bart. in cōſ.īcip.
Dominicus. & cō-
ſil.inci.thema tale,
legatū factū eſt. &
Bal. & Io. de Imo.
in l.iij.ff.de teſt.per
Bart.in l.ſi pater.ſ.
de hęre.inſti. ſi filiꝰ
autē occidit patrē ,
dicit Cy. ꝙ hæredi-
tas non ibit ad ve-
niētes ab inteſtato,
ſed ad fiſcum.& di-
cit eſſe caſum in l.
cū ideo.§.fin.ff.de
bo.dā.Adde l.ſoro
rē.j.eo.& tex. not.
in l. Luciꝰ.ff.de iu.
fiſc. vbi etiā ꝓbať
ꝙ nedum occidens
ꝓhibeť cū effectu
ſuccedere occiſo ,
ſed etiā hæredi eiꝰ.
De his etiā vid᷑ per
Bal.ī l.codicillis.§.
matre. ff. de leg. ij.
vide Bal.cōſi.ccxx-
iij.in fi.j.volu. An-
autē ſubſtitutus ali
cui ī cauſam mortis
admittať,ſi interfi-
ciat illum , cui fuit
ſubſtitutus:et ſi nō
quis ſuccedat, vide
Bal.cōſi.l.iiij.volu.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

a ¶ Gl.dicit. Adde ꝙ Cy.vt refert & ſequiť do. Alex. ſimpľr dicit ꝙ hodie
priuaretur hęres,ſcđm formā auť.hoc ampli⁹. Iac.But. probat vltimam
ſolu.gl.per quam dicit limitari ad qđ hř in d.auť.hoc amplius.ſ. ꝙ hæres
nō implēs voluntatē defuncti priuatur hæreditate ſolum,quādo volun-
tas cōcernebat cōmodū pecuniariū.aliàs ſecus, vt hic. Idem tenet Raph.
putans notandum
pro limi.d.auť.

b ¶ Minores. Adde
quod Cy. & Oldr.
tenēt cōtra gl. quia
priuilegiū eſt ętati
conceſſum: ergo vl
tra durare non de-
bet.l.ſi tutor Rei-
pu.in princip.ff. de
tut.& ratio. diſtra.
&.l. non ſolum .§.
ſi libertus.ff. de ex
cu. tu.l. Titia Seio.
§. vſuras. de lega.
ij. Itē qa duo viden
tur eē ꝑcepta. Vnū
quod hřs vendicet
necem defuncti.ſe-
cundū ꝙ vendicet
āteq̄uā adeat. Licet
ergo minor excu-
ſetur à ſecundò, nō
excuſať à primo: ar
gu.l. Celſus.§.j. de
ar. & ca. cū dilecti.
de do.& cōtu. Non
obſt.§.illud. alleg.
in gloſ. qa rňdet,ꝙ
ibi nō loquiť in pri
uilegio certæ ætati
cōceſſo: tamē. Bal.
Ange.Sal.et Ful.te
nēt cū gl. quā Pau.
de Ca. īducit ad q̄o
nē de mřē, quę tpe
mortis mariti erat
mīor: quo caſu ex-
cuſať, ſi non petiit
tutorem filijs: vt ſ.
ſi aduer.deli.l.ij.an
facta maior excu-
ſetur, ſi adhuc filij
ſunt īpuberes.gloſ.
hic ꝑſtat arg.ꝙ ex-
cuſetur. Ipſe dicit
ꝙ contrariū tenuit
Old.quē credit di-
cere veritatē: tamē
Bal.in auť. ſi capti-
ui.tenet ꝙ imò ex-
cuſeť p iſtā gloſ. &
ita dicit ſe cōſuluiſ-
ſe & Specul. idem
determinaſſe in tit.
ſi reſti. in inte.§.ij.
ver. ſed quid ſi ipſa
mater. & ita tranſit
do. Alex. Tu adde
Ro. ī terminis cōſu
lētē cōſi. cclxxxix.
inci. in Chriſti. no-
mine, viſis thema-
tis narrati<. vbi all.
Specu. & Bald. vbi
ſ.& gl.hic.& aliam
gloſ.in l.j.ſ. in qui.
cau.in inte. reſtitu.
non eſt neceſſaria.
& Bal.conſi.cxj. in
ci.in Chriſti noīe,mř,iiij.libr.qa vbi lex nō cauet, ꝙ excuſatio debeat eē
tpalis, & priuilegiū debet eſſe perpetuū.alleg.§.illud.in auť. de dig.ad di
ctum Spe.idem tenet Pet.de Ancha.conſilio cccccxij. Ange.conſil.xvij.

c ¶ Principales, & mādatores. Adde quod Bal.Sali.& Paul.de Caſtr.dicūt
ꝙ ſi ſyndic⁹ teneť ex forma ſtatuti denūciare delinq̄ntes ſub pœna, et plu
res cōmiſerunt delictū: ſyndicus omiſit vnum de delinquētibus denūcia-
re, tenetur ad pœnam perinde, ac ſi nullum denunciaſſet. Adde etiā Bal.
in l.ſi cum exhibuiſſent.§.fin.ff.de pub.& l.fin.ff.ad l.Corn.de ſica.& in
l.ordinarij.ſ.de rei vend.

d ¶ Si ideo. Et vide eundē Bar.in l.j.§.occiſorū.ad Sylla.& in cōſi.xlj.incip.
Nucerini.& in l. di
uus.de cu.reo. & in
l.ī delictis.ff. de no
xa. & Bald.hic, &
Bar.in l.j.§.ſi in vil
la.ff.ad Syll. & nūc
cōſulo Brixię.An-
dreas.Barb.

ſtitutos, vt l.mili.§.veteranus.de teſt.mili. Scđo
caſu, quando peruenit ad actum facti, gloſ.tangit
hic plenius & in l.noſtram.ſ.de teſta.Dic vt ple-
nè dixi in l.fi.ff.de his qui.vt indig.

*S V M M Æ R I V M.*

1 ☞ Quando quis non implet voluntatem defun-
cti circa funus, quomodo cogatur.

NOn oportet. Qui expenſas funeris nō fa-
cit quas iniunxit teſtator non remoueť
vt indignus, hoc dicit. ¶ Quæro circa l. noſtram.
Primò vtrū hoc ſit verum, ſiue teſtator iniunxe-
rit licitè ſiue illicitè. Gl.tua determinat ꝙ ſic, vtro
q; caſu: & ſic hæc nō eſt iuſta cā quare vt indigno
auferať hæreditas alicui. ¶ Sed quæro qñ qs non
vult implere volūtatē defuncti circa funus: qua-
1 liter cogať. † Glo.dicit, & bene ꝙ per cohæredes ſi
ſint plures: vel authoritate pontificali: vt l. hære-
ditas.ff.de pet.hære.Itē prædicta vera, niſi teſta-
tor hoc expreſsiſſet: vt ſi hoc hęres non obſerua-
uerit, caderet à relicto, vt j.de fideicom.l.finali.

*S V M M Æ R I V M.*

1 ☞ Qui accuſauit, quando teneatur cauſam ap-
pellationis proſequi.
2 Appellans quando ponat cauſam in appellatio-
ne: remiſsiuè.
3 Pricipales, & mādatores, poſſunt ſimul accuſari.

MInoribus. Crimē inultę ne-
cis, non obeſt mi-
noribus. Itē qui accuſauit, debet cau-
ſam appellatiōis ꝓſequi.h.d. ¶ Ad le
gem noſtram, vltima glo.oppo.de l.propter vene
a ni.§.fi.ff.ad Syllania.Gl.dicit [a] ibi excuſatur pro-
pter inopiam.argumentum.ff.manda.l.ſi ꝓcura-
tor.§.ſi ignorantes. Iſta ſolutio continet diuina-
1 tionē. Dicas ergo ſic, † qñq; ille qui accuſauit, ob-
tinuit: & reus qui ſuccubuit, appellauit: tunc te-
netur appellationem proſequi: niſi ſit minor. hic
eſt caſus. Ideò quia præſumiť quòd habeat bonā
cauſam: ſcilicet, quòd ſententia ſit iuſta. Quādo-
q; ille, qui accuſauit, ſuccubuit: & tūc nō tenetur
appellare: nec appellationem proſequi: & ita lo-
quitur lex contraria. Ratio: quia ſententia pręſu-
mitur iuſta. argumento eius quod nota. in.l. hæ-
2 rennius.§.caia.ff.de euict. ¶ † Quærit glo.vtrū il
le qui appellauit, debeat cauſam appellationis po
nere in appellatione: & hic tex.facit quòd ſic. Tu
dic de hoc plenè: vt.ff. de appellationi.l.j. & lege
ſeq. quod hodie de iure canonico eſt expeditum.
vt extra de app.c.cordi.lib.vj. Quæro, quid ſi tē-
b pore quo accuſauerūt, erant minores: [b] tempore
verò appellatiōis ſunt maiores. Dicit.gl.qđ inſpi
3 ciť initiū: vt l.iij.§. Seio.ff. de mino. ¶ Vltimò †
c facit iſte tex.in ar.ꝙ principales, & mandatores, [c]
poſſunt ſimul accuſari. De hoc videbitis in l.j.j.ſi
reus, vel accu.mor.fu.& ff.de adul.l.nihil.

*S V M M Æ R I V M.*

☞ Syndici nō teneť denūciare maleficia occulta.

SI ideo. [d] Si occiſores non repe-
riunť, non puniunť hæ-
redes non accuſantes. h.d. Iſta lex eſt
1 ar.ad queſtionē, † imò quaſi caſus pro
ſyndico comitatus, q teneť denūciare malefacto-
res, vt eo caſu quo reperiri, ſeu denūciari nō poſ-
ſunt quia maleficiū eſt occultū vt furtum, & ſimi
e lia, nō puniť, ſi non denūciauit. [e] De hoc dixi ple-
nius in l.diuus.decu.reo. Facit ad hoc l. annus.ff.
de calū.& l.ſemper.§.annus.ff. quod vi aut clam.

f ALia cauſa. [f] Humanum eſt
peccare, ſed dia-
bolicū perſeuerare. h.d. ¶ Oppo.de l.
poſt legatū. in princi.ff. de his qui. vt
indi.Sol. Aliud eſt dicere teſtamētū falſum: aliud e
irritum. ¶ Opp.ij.de l.Lucius.la.ij,§.Sempronia.
ff.de lega.ij.Solue vt in gloſſa.

CVm fratrem. Si defun-
ctus occi-
ſus eſt clā, pōt hæreditas adiri, & poſt
eā aditā vindicari.h.d. ¶ Oppo. de l.ſi
ea q̄o.ſ.e.Sol. Diſtinguit glo. & bñ, Aut teſtator
fuit mortu⁹ à familia: & debet ante aditā hęredi-
tatē haberi q̄ſtio de ea: vt l.cōtraria. Si ab alio tūc
ſtatim pōt adire, & poſtea vindicari, ſi fuit mor-
tu⁹ clā. ſi verò palā, primò debet vindicari: vt l. ꝓ
pter veneni.& l.j.§.occiſorum.ff.ad Sylla. Et iſta
eſt vera opi. Azo tñ nō diſtinguit clā, vel palam,
quādo ab extraneo quis dicebatur occiſus: imò di
cebat quòd poterat antè adiri, & poſtea vindicare
quæ opi.eſt contra caſum l.minoribus.in fi.ſ. eo.
Alij verò dicūt, ꝙ quādo à familia fuit occiſus, de
bet primò haberi qō de familia, quam hæreditas
adeatur, licet accuſatio poſsit differri: ſed certè ac-
cuſatio nō differtur: vt l.neceſſarios.§.j.ff.eo. Te-
ne ergo diſtinctionē gl. ¶ Vltimò quæro, quid ꝓ
uidet ſenatuſconſultum Syllanianū. Dic vt in gl.
quæ recitat tex.in l.j.ff.eo.ad Syllan.

*S V M M Æ R I V M.*

1 ☞ Syndicus præuentus non tenetur denunciare.
2 Si hæres inſtitutus poſt mortem defuncti concu-
buit cum eius vxore, aufertur ab eo hæreditas tan
quam ab indigno.

g SOrorem. [g] Nō imputať hę
redi, q nō accuſa-
uit, ſi ab alio fuit pręuētus.h.d. ¶ Op
po.ff.ad Tertu.l.ij.§.ſi mater.& §.cō
feſtim.de iure fiſci.l.edicto.§.cū ante.Sol. Intelli-
ge hoc, quando vxor non fuit in mora accuſandi,
ſed fuit præuenta. Per hoc habes defenſionē pro
1 ſyndico † comitatus, qui tenetur denunciare male
ficia: nam ſi à principali offenſo, vel ab alio fuerit
præuentus, qui accuſauit: nō imputeť ſibi, ſi nō ac
2 cuſauit. Hic habes tex. ¶ Vltimò hic habes † vnā
h glo.& no.& ſæpe venit de facto. Tenet hic gl. [h] ꝙ
ſi inſtitutus hæres, poſt mortem defuncti concu-
i buit [i] cum vxore defuncti: aufertur hæreditas ab
eo, tanquam ab indigno. Vide glo. De hoc videbi
tis j.de fideicom.l.fideicommiſſum.

*S V M M Æ R I V M.*

1 ☞ Dilatio legalis, nemini debet eſſe damnoſa.

CVm Syllanianum.
k [k] † Dilatio legalis, nemini debet eſſe
1 dānoſa.h.d. ¶ Nota primò, quod dixi
in ſummario. Facit quod habuiſtis ī l.fi.§.donec.
ſ.de iur.delib.& l.ij.§.legatis.ff.de iudi. ¶ Secūdò
nota caſum, ī quo ex ancilla naſciť liber. ¶ Tertiò
nota caſum, in quo ſibi ſeruus acquirit. ¶ Quartò
nota caſum, in quo ſeruus habet hæredem: nā iſta
ſunt ſpecialia in hac cōſtitutione. ¶ Vltimò gl.fi.
in fi.ſignat vnū cōtrariū, & nō ſoluit, quā vide ibi
furtim.§.& ſi nō tota. Sed hic in ſtatutis ciuilis ſa-
piētiæ: ibi in delictis, in quibus ſufficit, ſi volūtas

e ✻ *P. P Æ V. P.*
¶ Si nō denūciauit,
licet hoc caſu nō te
neať denūciare ma-
leficiū cōmiſſum,
ſecundū Angel.hic
dicētē ſæpius ſe ita
practicaſſe Peruſij.

✠ POMATES.
f ¶ Alia cauſa. Vide
Bal.in.ij. col. ī ver.
ſed pone.vbi ponit
dictū de illo q con-
fiteť referēdo ſe ad
inſtřm: poſtea repe
ritur nō ſolēne, an
præiudiceť ſibi. Et
concludit ꝙ ſic. qđ
idē Bal. vř voluiſſe
oppoſitū prima fa-
cie p illū tex.in l.ij.
ſ.de erro. aduo. qđ
dictum magnifacit
Alex.cōſil.viij.col.
vj.vo.iij.tñ ꝓ con-
cordia vide pleniſ-
ſimè Ro.conſil.cc-
xciiij. incip. oīpo-
tentis dei poſtula-
to ſuffragio, & con
feſsio.

✠ POMATES.
g ¶ Sororem. An au-
tem iſta lex & ſimi-
les habeant locum
in volūtate tacita,
vide Aret. cōſi.clv.
colum.iiij

✠ POMATES.
h ¶ Tenet hic gloſſ.
Hanc gloſſ.appro-
bat in l.fi.ff.eod.
i ¶ Concubuit cum
vxore. Adde quod
Pau.de Ca.dicit, ꝙ
gloſſ. optimè facit,
qđ ſi vidua cōmit-
tat ſtuprum duran-
te viduitate debet
perdere dotē, quia
dicitur eſſe in prio-
ri matrimonio, vt
colligitur j. de bo.
ma.l.fi.ibi dum di-
cit, in priori matri-
monio. quod di-
ctum Alexand.nō
placet, vt hic per
eum. tamen ipſe
Paulus licet hic nō
dicat, ita conſuluit
conſil.cxxj.

k ✻ *P. P Æ V. P.* ¶ Cùm Syllanianum. Circa regulā hic poſitā quòd
non diciť aliqd perfectum, donec aliquid ſupereſt ad agendum, vide mul
ta quæ cumulat Felin.in capitu.eam te.in v.colum.extra, de reſcripti. Fa
ciunt ea quæ habes in lege, contractus.ad Bartol.C.de fide inſtrumento-
rum.

deducat

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

deduc at ad aliquē actū: licet non perficiatur, &c.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Qui ſtant in eodē loco, in quo poſſunt clamorem exaudire, dicuntur ſub eodem tecto.
2 Impuberes cæduntur ferula, ad inquirendum, nō ad puniendum.
3 Impubes in maleficijs examinatus facit indiciū.
4 Vicini dicuntur quo adusq; vox exaudiri poteſt: & remiſsiuè.
5 Si ex forma ſtatuti pœna duplicaẽ in delictis cōmiſsis poſt ſonū cāpanæ, & cōmittaẽ delictum in iure, vbi cāpana nō auditur: quid iuris. remiſsiuè.

✿ P. P A V. P.
a ¶ De codicillis. An & quādo rumpanẽ rupto teſtamēto, vide Alexā. cōſi. ciiij. Itē φ tutius ſit aliqd relinquere p codicillos quā per teſtamentū vide Cel. cautela. cj. & clxxx. Itē qđ ſit differentia inter codicillos expreſsè factos & clauſulā codicillarē quæ fit per illa verba ſi nō valet iure teſtamēti & vid bar. conſili. ccxxiij.

1 TAlis. Sub † eodē tecto dicūtur, q ſtant in eo loco, in quo poſſunt clamorē dñi exaudire. h. d. ¶ Op. de l. j. §. impubes. ff. ad Sylla. Solu. Hic loquiẽ de ſeruis maioribus: ibi de minorib⁹, & im
2 puberibus, qui † impuberes ſolēt ferula cædi, ad inquirendū, non ad puniendū. vide gl. tuā, quā not.
3 ¶ † Not. qđ licet impuberes non ſint idonei teſtes in maleficijs: vt l. in teſtimoniū. ff. de teſti. hoc eſt verū ad plenā ꝓbationē, ſed ad indiciū bene poſſunt examinari. Et ſic nota quòd dictum impuberis eſt ſufficiēs indicium. ¶ Nota quid eſt dictum
4 ſub eodē tecto: facit ad q. † qui dicanẽ vicini, et illi dicuntur vicini, quo adusq; vox poteſt andiri. De hoc dixi plenè in l. ſi tertius. de aqua plu. arc. et ibi ſcripſi & eſt tractat⁹ valde lōgus: quia iſta dictio, vicini, accipitur diuerſimode: qa aliter accipiunẽ vicini in ciuitate, aliter in rure. Itē aliter vna ciuitas eſt vicina alteri, &c. ¶ Item facit ad quęſtionē
5 † de campana, φ ſi ſtatutū dicat, poſt primā pulſationem campanæ, pœnæ duplicenẽ. quid ſi maleficium cōmittiẽ in comitatu, in tali loco, ad quē ſonus cāpanæ non protendiẽ: quid iuris. Iſtam quæſtionem diſputauit do. Iaco. but. & eam dixi in l. j. §. eodem autem tecto. ff. ad Syllan.

a *De codicillis.*[a] *Rubrica.*

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Auẽ. ex cauſa. φ habeat locum in præteritiōe poſthumi, & paterna, remiſsiuè.
2 Voluntas inualida coram quinq; teſtibus confirmatur, voluntas obſcura coram duobus teſtibus declaratur.

h ¶Perdatur Treb. Communis opi.omniũ eſt, quòd per non confectionem inuentarij Trebel. non perdatur.Contrariũ cõſuluit Bar. in conſil.quod incipit, Nicol. Mat. & hoc idem tenet Ludo.in auť. ſimiliter. j.eo.allegat text.in auť.de hære.& Fal. §.ſi verò non fecerint.ibi: & fideicõmiſſa.quod perpetuò not. & ita vide de facto ſeruari: & pauci habent illud conſilium optimè facit: ſed reperio eund.Bartolum cõſuluiſſe in alio conſi.inci. Quæſitũ eſt an hæres, qui omiſit inuentarium. ꝙ non perdatur Trebel.Dixi poſt Imola.in l.j. §. hæc ſtipulatio. ſi cui plus quàm per legẽ fal. Adde an per non confectionem inuẽtarij perdatur Trebel.quod Bal.pulchrè examinat, cõſil.xxvij.ij.lib.& dicit, ꝙ de iuris rigore perdat, nõ de æquitate canonica, de qua vide etiam per eundem conſil. clxxxix.iij.lib.Oldra.conſil.cxxxiiij. Pau.de Caſt.conſi. cc.& Roma.conſil. cclxxvj.

i ¶Quid ſi eccleſia. Vide Bart.in l.j.ſ. de ſac.ſanc.eccle.& in l.fin.§.fina.j.de iure delibe.vbi hoc firmatur, licet hic dubitauerit.& vide Moder.in c.j.de ſolutio.& in rubri.ff. de acqui.hæredita. & vide Imol.in l.j. §.hęc ſtipulatio.ff. ſi cui plus quàm p l.Falcid.& Bartol. etiam in auť.de hęre.& falci.tenet primam partem in fi. adde Abba. conſil. xxxiiij.j.lib.& lxxiiij.ij.libro.tenuit ſpeciale eſſe in eccleſia, ꝙ non incurrat pœnas ſtatutas contra non conficientes inuentarium: quia eſſet indirectè alienare bona eccleſiæ.Clericos autem dixit ſubijcere pœnis illis: quia illæ pœnæ habent locum de iure Canonico, vt dicit ipſe per c. Raynaldus.de teſta.

tum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

a ¶Similiter. Nota ad hāc authēticam, ſimiliter. & ſi relinquiť vni centū ad pias cauſas pro anima: nō tamē detrahiť falcidia: ſi tamē relinquiť ei, puta æquus, de illo detrahiť tm̄ quod ſufficeret ad vtrūq;. l. ſi ſeruus. cum ſeq. & ibi no. Ang. & Imo. ff. eo. & in l. ſi poſt miſsionē. eo. ti. Et hāc auť. ſimiliter limitaui, ſi locus pius eſſet inſtitutus: quia à legatis pijs detrahiť Falcidia, ſecūdū Ang. ſed ſi nō ſingulariter. ī §. ſed hoc præſenti. in ſi. in auť. de ſan. epiſ. faciūt nota. per doctores in auť. quas actiones. C. de ſacroſan. eccl. Itē limita ſingulariter, vt per Ange. in l. decē. de fideicom. li. Et ad illud quod dixi ſecūdùm Ange. in §. ſed hoc præſenti. Adde Ab. in c. in præſentia. de proba. adde an ſi teſtator legat ad pias cauſas, & alias pſonas, pl⁹ quā habeat in patrimonio: debeat ſolū fieri detractio de alijs, non de factis ad pias cauſas. vide Oldr. cōſi. cxj. vbi dicit, quòd de omnibus.

P. PAV. P.

a Similiter. Circa has duas auť. quas Barto. ſolēniter legit. Adde primò circa auť. ſed in ea ꝙ procedat etiā in Trebe. ſecūdū Bal. hic. Itē procedit in ꝓhibitione exp̄ſſa ſecus in tacita, quæ fit per grauamē de reſtituēdo ſecūdū Ro. cōſil. ccvj. ī pe. colū. quē reprobat Alex. hic in apoſt. ad Bal. vide etiā de materia do. Franci. cōſi. xviij. Itē ſecūdùm Ro. vbi ſ. nō procedit in filijs de quo vide Alex. in l. marcell⁹. in prin. ad Treb. in vij. col. & ibi per nouiſsimos. nunquid autē iſta verba reſpiciāt legitimā, & quid in Trebellia. vide do. Fran. cōſi. xix. iſta auť. videtur ſingulariter limitāda vt nō procedat quando ille qui vellet detrahere eſſet de familia. Ita probatur in ſimili ex his quę ſcripſit Iaſ. in præl ud. feud. in viij. colum. in princ. Circa verò authē. Similiter. an de relicto ad pias cauſas Trebel. detrahať, vide Ro. cōſi. cccxxix. Pau. de Caſt. cōſi. lix. vide in materia Alexā. cōſi. x ij. ad fi. in iij. volu. Frāc. conſ. lxvij. col. pe. vbi fortius dixit iſtud vidi procedere in eo ꝙ immediatè relinquitur pauperibus. Item an & quādo relictum nō mediatè, ſed immediatè peruentū eſt in piam cauſam impediat detractionem Treb. vide Roma. conſi. cvj. circa ſi. Item quid etiam ſi relinquatur alicui hoſpitali nō pio loco, ꝙ tamē non detrahitur Treb. nec Fal. vide Pau. conſil. ccxcix. Item an de legato facto à filio patri vel extra tanquam ſit pium poſsit detrahi Falc. vel Treb. vide Areti. conſi. xij. colū. ij. vide Crem. ſin. ix. Item an pia cauſa aduerſus piam cauſam detrahat Trebel. vel Falcid. vide Barto. in §. ſed hoc præſenti. in auť. de ſanc. epiſc. Item ꝙ quando in priuilegium alicuius perſonæ impeditur detractio quartæ tale priuilegiū non perdit ſi illa perſona ſit grauata alteri reſtituere. vide Ro. ſingu. cccccxj. nūquid autē de legato malè ablatorum incertorum poſsit detrahi Treb. vide Barb. in trac. de gabel. in v. parte viij. partis principalis circa ſi. Item an eccleſia aduerſus aliam eccleſiam gaudeat priuilegio iſto. vide latè Barba. ꝙ ſic. in conſi. xv. vol. iij.

b ¶Quæro vtrū. Vide Ludo. Roma. in conſi. cciiij. ſi ceſſat Trebellianica, vide omnino. Andr. Barba.

c ¶De fideicom. vniuerſali. Vide omnino Ang. in d. l. marcellus. verſic. quod autem.

P. PAV. P.

d ¶De caducis tollēdis. Circa iſtam materiam, quid ſit nō ſcriptū quid caducum, & quid quaſi caducum & de ratione in omnibus, vide Cepo. cautel. ſua. lxxj.

e ¶Si autem. Sed iure Digeſtorum ante l. Papi. quo tempore cedat dies legati, vide Bart. poſt gl. in l. eum qui. de condi. & demon.

tum iure naturæ.

Similiter. a Opp. ff. eo. l. j. §. ad municipium. Dicūt quidam, ꝙ ibi fuit relictum ꝓ anima, nō autem fuit relictum ad pias cauſas: quia pia cauſa eſt, quādo relinquitur ad fabricam eccleſię, vel ad pontem vel ad aliquid aliud ſimile.

1 Breuiter, †quicquid relinquitur pro anima, diciť ad pias cauſas: vt no. in l. ſi quis Titio. ff. de lega. ij. Vnde vera ſol. eſt quòd hæc lex corrigit iura antiqua.

2 ¶†Quæro in iſtis legatis ad pias cauſas ceſſat Falc. an hoc pertineat ad onus hęredum, vel ad onus aliorum. Vide glo. in l. ex aſſe. ff. eo. & in l. ſi in teſtamento. Tu dic ꝙ onerat hæredes, & legatarios: quia iſta legata debent ante omnia detrahi vt æs alienum. l. ſed ſi non ſeruus. & l. æris alieni. ff. eo. & ſic ex hoc hæres habebit minorē quartā, & alij legatarij habebūt min⁹ de legato. ¶Quæro, vtrum[b] de fideicōmiſſo vniuerſali[c] relicto †ad pias cauſas detrahatur Trebellianica.

3 Iſtam q. format Spe. in tit. de inſtru. edi. §. cōpēdioſè. ver. ſed cū deductio. & eā format gl. de teſt. c. ſi pater. lib. vj. Quicquid gl. dicat, ego pluries cōſului ꝙ ceſſat Trebellianica per regulam poſitam in d. l. Marcellus. ver. quod autem. ad Treb. vbi hoc not. & ego ibi examinaui. ¶Quæro, legata minuuntur quandoq; propter defectum patrimonij, vt ſi teſtator legauit plus quā habebat. Itē minuunť quādoq; per Falcidiam vt l. in quartam. §. j. ff. e.

4 ¶†Quęro, an legata ad pias cauſas recipiant diminutionem propter defectum patrimonij, ſicut alia legata. & videtur ꝙ non: quia detrahitur vt æs alienum. vt ſ. dixi. Contrarium puto, ſicut dicimus in teſtamento militis, in quo licet eſſet Falcidia tamē diminuitur propter patrimonij defectum: quæ diminutio fit æqualiter in teſtamento militis, etiam nō militātis: vt dicit tex. expreſsè in l. ſi poſt miſſionem. ff. e. Nec ob. quod dicitur. ꝙ detrahitur vt æs alienum: intelligo quo ad qd. ſ. quo ad computationem Falcidiæ, nō quo ad alia. Quod apparet ex eo, quia talia relicta ad pias cauſas minuuntur propter debitum iure naturæ. Videbitis no. in l. ſi quis ad declinandam. ſ. de epiſ. & cler.

## De caducis tollendis[d]. Rubrica.

¶Gl. continuat: quia legata, & fideicōmiſſa, multis modis efficiebanť caduca, & inualida, ſeu perdita. Imperator tollit multos caſus, in quib⁹ fiebāt caduca, & ideo ponit de caducis tollendis.

### LEX VNICA.

ET nomen. Primò, ponit ſuū ꝓœmium. Secūdò illud exequiť. Secūda ibi: & cum lex Papi. In iſto ſuo ꝓœmio Imperator primò ponit cauſam, quare fuerunt introducta iſta caduca. Secūdo ponit vnam rationem iniquitatis eius: qa d. l. erat odioſa. Tertiò ponit aliam rationē iniquitatis: qa erant contra voluntatem defuncti. Secunda ibi: & quemadmodum. Tertia ibi: ſed & ipſi. In iſto principio non habetis alia.

*SVMMARIVM.*

1 Dies legati, quando cedat quo ad tranſmiſsionem.
2 Quando dies legati cedat quo ad obligationem.
3 Dies legati quando cedat quo ad tranſlationem dominij.

Et cùm lex. Hæreditas poteſt adiri à morte teſtatoris: dies legati, & fideicōmiſſi purè, vel in diem certū relicti, à die mortis cedit quo ad tranſmiſsionem, ſublata iniquitate legis Papiæ. hoc dicit. Primò ponit iniquitatē legis Papiæ. Secundò illam corrigit. Secūda ibi: primum hoc corrigentes. ¶Oppo. j. eo. tit. §. ſi autem[e] ſub conditione. Solu. Hic loquitur in legatis relictis purè, vel in diem certum: ibi in legatis relictis ſub conditione. ¶Opp. j. eodem titu. §. in nouiſsimo. Solu. fallit in caſibus ibi poſitis. Oppo. de l. hæres meus. ff. de conditio. & demonſtra. Sol. licet ibi dies incerta ſit: tamen quia omnino extitura in vita legatarij, habeť pro pura. ¶Oppo. de l. ſi dies. §. fina. ff. quando di. leg. ced. Solu. Ibi erat conditio tacita, quæ non habet ſuſpendere legatum. ¶Venio ad gloſ. ſuper verbo, cedere: quæ eſt difficilis, & ſeipſam malè explicat. ¶Op. & videtur, quòd dies legati non cedat, niſi ab adita hæreditate: vt l. ſi tibi homo. §. cùm ſeruus. ff. de lega. j. & l. & eleganter. §. item ſi ſeruum. ff. de dolo. Gl. quæ eſt hic, dicit quòd iſtud, quod hic dicitur, quòd dies cedit à tempore mortis eſt verum quo ad tranſmiſsionem: non quo ad inducendam obligationem, vel transferendum dominium: vide gloſſ. ſi dicit hoc. ¶Oppo. de l. eum qui Calendis. ff. de verbo. oblig. Solu. Dicit glo. aliud in contractibus: aliud in vltimis voluntatibus. Sed certè hoc non eſt verum ſimpliciter: quia quo ad obligationem, idem eſt in contractibus, quod in vltimis voluntatibus, vt ſtatim dicam. ¶Tria ſunt ergo hic examinanda.

1 Primò, †quando cedat dies legati, quo ad tranſmiſsionem: & in hoc non eſt dubium, ſiquidem legatum eſt purum, vel in diem certum, cedit à tempore mortis, vt hic. Fallit in caſibus, qui ponuntur j. eo. §. in nouiſsimo. Si verò legat, eſt conditionale, vel ſub die incerta, cedit ad euentum conditionis, vel die incertæ: vt j. §. ſi autem ſub conditione. Fallit, quandò dies eſt incerta omnino extitura, viuente legatario: vt l. hæres b meus. j. reſpō. ff. de condi. & demon. Item fallit in conditione, quæ tacitè ineſt: vt l. ſi dies. §. ſi. quando dies leg. & l. conditiones extrinſecus. ff. de condi. & demon, & l. iij. ff. de lega. j. ¶Secundò eſt vi-

2 dendum, †quando cedat dies legati quo ad obligationem. Reſpon. ante aditam hæreditatem nō poteſt cedere quo ad obligationem: quia non eſt perſona, quæ obligetur. Item obligatio illa oritur ex quodam quaſi contractu, qui contrahitur aditione: vt Inſtitu. de obligat. quæ ex quaſi contractu. §. hæres. & l. ex maleficijs. §. hæres. de actio. & obliga. & l. apud Iul. in fin. quib. ex cau. in poſ. ea. d vnde ante celebratum iſtum quaſi contractum, nō poteſt dici obligatio: poſt aditam verò hæreditatē ſi quidem legatum eſt purum, ſtatim contrahitur obligatio: quia hæres obligatur. Si verò legatum eſt in diem certum: & tunc idem regulariter, quia ſtatim naſcitur actio, licet obſtet exceptio. l. j. in ſi. ff. quando dies vſuſfru. leg. ce. Fallit in vſufru. vt ibi dicitur: & ſic quo ad obligationem eſt idem in contractibus quod in legatis: vide gloſ. hic, in hoc e non bene dicit. Si verò legatum eſt ſub conditione, vel die incerta: tūc cedit quo ad obligationem adueniente conditione: vt l. cedere diem. de verb. ſigni. etiam ſi conditio ſit tacita: vt no. in l. itē quia ff. de pac.

3 ¶Tertiò eſt †videndum, quando cedat dies legati quo ad tranſlationem dominij. Reſpō. ſiquidem legatum eſt purum cedit ab adita hæreditate verè: à tempore mortis fictè: vt. l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus. de leg. j. & l. à Titio in fin. ff. de fur. & ibi no. Si verò eſt relictum in diem: tunc nō transfertur dominium niſi die adueniēte vt l. Sempronius attalus. de vſufru. leg. & l. ſi ſerui. vſufru. quemadmo. ca. Si verò eſt relictum ſub conditione, non eſt dubium ꝙ non cedit, niſi conditione adueniente: vt l. ſi. §. ſi autem ſub conditione. ſ. tō. mu. de legat.

a **Et cum triplici.** [a]Legata aut ſunt pro non ſcriptis, aut quaſi caduca, aut verè caduca.h.d.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Legatum pro non ſcripto, quando accreſcat coniuncto.

b **In primo.** [b]Hic incipit exponere primũ: & breuiter dicit: Pro nõ ſcriptis vadunt ad ſubſtitutũ, vel coniunctũ, vel remanent apud eum, à quo relinquuntur ſine aliquo onere.h.d.¶Op.de l.ſi quis eum.ff.de cond. & demon.Sol.Ibi legatũ primũ valebat:ſed onus ei iniunctũ erat inutile.¶Opp.ff.de le.ij.l.codicil. in prin.Solue eodem modo.¶Op.de l.ſi duobus. §.fi.ff.de leg.j.Plures ſunt ſol.Illa eſt vera: qa ibi perſona eius,cui relinquitur,licet in rerum natura nõ eſſet,tñ ſperabatur eſſe:hic nõ erat,nec eſſe ſperabatur.¶Op.ff.de leg.j.l.plane,§.ſi coniunctim.

1 Gl.quæ eſt hic,dicit †ꝙ regula eſt,ꝙ pro non ſcriptũ accreſcit cõiuncto. Fallit in quibuſdã caſibus, in quibus nõ accreſcit cõiuncto. Gl.ponit hic tres caſus,quos vide Dy.in d.l.plane.§.ſi coniunctim. ponit vnam ſuã diſtinctionẽ per vnũ modum. Diſtinguit enim:aut legatũ eſt inutile ratione perſonæ legantis,aut legatarij, aut miſta conſideratiõe vtriuſq;,&c.quæ diſtinctio infert vali[d]itatem caſuũ,nõ rationẽ eorũ: & ideo ſic ex ea nil vtilitatis poteſtis perpẽdere.Tu ergo dicas ſic: Quãdo legatũ eſt omnino pro nõ ſcripto,coniuncto accreſcit, ita loquiť hic:ſed quãdo legatum eſt aliquo reſpectu validũ tunc nõ accreſcit coniuncto.ita loquũtur omnia contraria.Primò, quãdo teſtator legat Titio,& ſeruo ſuo:nam legatum ſerui licet mero iure nõ teneat,tenet tñ de quadam æquitate: quia nõ debet eſſe hæres ita impius,quin det.Ita loquitur.l.pe.§.de neceſ.ſer.hære.inſti.Itẽ ſecundus caſus.qñ teſtator legat mihi & Titio ſeruũ meũ:legatum meum nõ eſt inualidum quia ſaltẽ ego habeo ius retentionis in parte mea. Tertius caſus eſt, qñ legat mihi,& nõ capaci,non eſt omnino inualidũ: quia debes intelligere in tali incapace,à quo auſeratur tanquã ab indigno,& applicetur fiſco.alias dictũ glo.non procedit.Planè dixi in d.l.planè.§. coniũctim.¶Op.j.eo.§.his ita.&.ff.de leg.j.l.ciuitatibus.§.Lucius.Solue vt dicam d.§.&c.

c **Pro ſecundo verò.** [c]Quaſi caduca vadũt ad ſubſtitutũ,vel cõiunctum, vel remanent apud

d eum,à quo ſunt relicta cũ onere ſuo.[d]h.d.¶Opp. ff.de adi.lega.l.filio.§.matri.Dicũt quidam,ꝙ illa corrigiť. Alij dicũt ꝙ ibi mater fuit eiecta,vt nuda miniſtra:qđ eſſet cõtra illũ tex.licet gl. ſic videatur tenere vbiq;.Dicit Pet.ꝙ ibi,ideo quia deficit ibi legatũ ex volũtate teſtatoris:hęc lex loquitur ꝙ deficit caſu,¶Itẽ opp.&videť,ꝙ ſubſtitutus nõ admittatur;vt ff.de capti.l.quod ſi filius. Sol. Ibi loquiť in pupillari ſubſtitutione,quæ nõ põt habere locũ in filio decedẽte in vita patris:nam cùm pupillaris ſubſtitutio ſit teſtamẽtum filij, oportet ꝙ filius ſit talis cõditionis,ꝙ poſsit teſtari,niſi im-

e pediret propter ætatẽ.ſed ſi decedit in poteſtate,[e] eſt ibi aliud impedimẽtum:meritò nõ poteſt habere locum in decedẽte in vita patris:hic loquitur in ſubſtitutione vulgari.¶Op.&videtur ꝙ nõ ſit de nouo inuentũ:quia erat de iure antiquo: vt l.ſi Titio & Mæuio.§.Iulia.ff.de leg.ij.Breuiter,quic

f quid gl.dicat[f],dic ꝙ hoc fuit inuentum de iure antiquo Digeſtorũ:poſtea erat correctum per l.Papi.hodie verò per hanc conſtitutionem reditur ad ius antiquum Digeſtorum.¶Op.de hære.inſtit.l. ſub conditione.Dicit gl.ibi loquitur in conditione caſuali,quæ nõ dicitur onus.Tu dic clarius, ibi loquitur in conditione,cuius exiſtentia non habebat alteri inferre cõmodum:hic verò erat talis cõditio,quæ alteri commodum inferebat:meritò intelligitur repetita.¶Op.de l.Celſus.§.pe.& fi. de leg.ij.Solue vt dicam j.eo.§.his ita.¶Vltimò quęrit gl.quid ſi legatũ tenet,ſed non tenet onus ſibi annexum?Dic plenè vt l.codicil.in prin.ff.de leg. ij.vbi glo.ibi ego plenè dixi.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Legata in quibus caſibus tranſmittantur hæreditate non adita.

2 Quare in caſibus hic expreſsis non cedat dies legati,niſi ab adita hæreditate.

3 Quid in ſeruitutibus realibus.

g **In nouiſsimo.** [g]Legatũ purè,vel in diem certũ,cedit à tẽpore mortis quo ad trãſmiſsionẽ,exceptis caſibus

h hic expreſsis:hæreditas verò nõ adita[h] nõ trãſmit-

1 titur.h.d.¶ †Op.ff.ad Syl.l.ſi qs in graui. §.elegãter.Sol.Fallit in caſu illo, in quo hæreditate non adita tranſmittitur:& in alijs,qui not.in l.ventre.

2 ff.de acqui.hære.Quæro,†quæ eſt ratio,ꝙ in caſibus hic expreſsis nõ cedit dies,niſi ab adita hæreditate. Ratio eſt,quia quando legatario non expedit ꝙ cedat dies à tẽpore mortis,nõ cedit. Hoc aũt contingit in iſtis tribus caſibus:nã libertas nõ põt trãſmitti ad hæredẽ:& ideo non põt dici, ꝙ cedat dies quo ad tranſmiſsionẽ. Item,quãdo relinquitur aliquid ſeruo,nõ expedit ſibi ꝙ cedat dies legati à tẽpore mortis : quia cũ reperiret ipſum ſeruũ acquireret domino ſuo,& ſic ipſi hæreditati, quæ interim eſt domini:meritò expectatur hæreditatis aditio:quia tũc erit liber, vel alterius. Item in vſufructu:quia vſuſfructus nõ tranſmittiť:meritò non dicitur ꝙ cedat dies eius quo ad trãſmiſsionẽ. Ex quo apparet ſolu.cuiuſdam q. quã facit gl.

3 ¶ †Quid in ſeruitutibus realibus?Gl.videť dicere ꝙ cedit dies ſicut in vſufructu,quod eſt falſum:qa ceſſat illa ratio,quæ eſt in vſufructu. Facit ad hoc ff.de ſer.l.ſi fundũ. Vide circa hoc quod no.in l.j. & ij.ff.qñ dies lega.ced.vbi glo.dicit idẽ quod hic.

i **Si autem aliquid.** [i]Legata relicta ſub cõditione,vel in diem incertũ,cedunt à die aduenietis conditionis,vel diei incertæ,& ſi efficiũtur caduca vadũt ad ſubſtitutũ,vel ſubſtitutos,vel cõiũctos, vel remanent apud eos à quibus relictũ eſt,ſi ſunt hæredes pro hæreditaria portione:ſi ſunt alij, pro virili cũ onere ſuo.h.d.¶Oppo:de l. hæres meus. in prin,ff.de cõdi.& demõ.& l.ſi cũ hæres. ff. quãdo dies leg.ce.Sol.Breuiter,quod hic dicitur de cõditione,intelligo niſi ſit talis cõditionis, quæ inſit tacitè:vt l.iij.de leg.j.& l.cõditiones extrinſecus. de cõdi.& demõ.vel niſi ſit omnino extitura in vita legatarij:vt in legibus cõtrarijs. ¶Opp.ff.de acqui.hære.l.qui patri.Sol.Ille eſt mirabilis caſus, & ſingulariſsimus ibi.Ratio:qa ius ſubſtitutionis erat vnitũ cũ iure accreſcẽdi, vt ibi plenè dicitur.

k **Ne autem hoc.** [k]Quod dictũ eſt, ꝙ legata tranſeũt,

---

a ✠P.P.A V.P.¶Et cum triplici. Circa declarationem iſtorum omnium quid ſit pro non ſcripto,quid caducum, & quid quaſi caducum, vide Cepo.caute.lxxj.de quo ſcripſi in rub.

b ¶In primo,Hũc §.notanter limita per tex.in l.fi.& ibi no.Bart.ff.de his quæ pro non ſcrip.haben.

c ¶Pro ſecũdo.Limita iſtum text. in eo quod dicit, ꝙ ſubſtitutus præfertur coniuncto per caſum l.quãuis.§.de impu.& l. quidã teſtamẽto.de vulg.& pup.vide Bart.in l. j.in prin.in vlti.q. ver.item quæro.ff. de vulg.& pup.

c ¶Pro ſecundo. Et de iure accreſcendi vide Lud.Ro.in cõſi.lxxix.inci. quod reliqua hæreditas. Andr.Barba.

✠P.P.A V.P.

d ¶Cum onere ſuo. Vide latè Socin. in l.quæ conditio. ff. de condi. & demõ, in iiij. col. & pluribus ſequen,

e ¶Decedit in poteſtate. Adde Bar. in l.ſi duobus.in prin. de leg.j. & gloſſ. & doct.in l.fi.in verſ, dabiť.ff.ſi pars hære.per,

f ¶Dicat. Hic Bar.tenet cõtra.in l.ſi ſub conditione. & in l, quæ conditio.ff.de condi.& demon.vide hic Cy.& j.eo.l. vbi autem.

g ¶In nouiſsimo.De iſta dictione nouiſſime.vide Barto.in rubri.ff.de no.ope, nuncia.

g ¶In nouiſsimo,adde Bart.in conſi.clix.incip.proponiť ꝙ domina Cuciarella,& vide Lud,Ro. in conſil.ccxxij.de legato non agnito tranſmiſſo : vtrum legatum debeatur à ſubſtituto ſi relinquitur ab hærede: & vide eundem Ludo,Ro.cõſi.cxxxij. Andr. Barba.

✠P.P.A V.P.

g ¶In nouiſsimo. An autem iſta regula ꝙ hæreditas nõ adita non tranſmittatur habeat locum in monacho, ita ꝙ ſi non adeat eccleſia priueť,vide Ange,cõſil,xxvj.inci. in dei nomine ſuper primo puncto.in iiij.dub,& de hac tranſmiſsione hæreditatis,vide Alex.cõſi.cccclij.nunquid autem fideicom. quod debebatur ex clauſula codicillari rupto teſtamento tranſmittatur non aditum:vide Barto.conſi.xij.& in conſi.ſeq.circa fi.vbi ponit quid de fideicommiſ. Item plures caſus in quibus tranſmittatur hæreditas non adita, vide per Barto,& alios in l.ventre.ff.de acquiren.hæred.Item quid ſi ſtatutum diceret ꝙ quælibet hæreditas delata tranſmittatur non adita, quæ intelligatur,& an opus ſit ꝙ ipſe ſciat ſibi delatam,& quãdo delata dicatur ſi fortè erat relicta ſub conditione,quæ in rerũ natura ſub conditione erat purificata,ſed inſtitutus ignorabat vide Anto.de But.conſi.lxxix.vbi cõcludit ꝙ ſufficit eſſe delatam licet hæres ignoraret,& multa alia vt per eum. Item de materia & de pluribus rationibus an hæreditas nõ adita nõ trãſmittatur, vide Iaſ. in l.emancipata.in v.&vj.col. vbi per diſcurſum multa alia ponit de materia trãſmiſsiõis hęreditatis vľbo.poſ.&c.C.qui admit.

h ¶Nõ adita.Et quæ ſit ratio,vide Bald. in l.ſi auia.§.de iure delib.& Salice.in l. apud hoſtes.§.de ſuis & legi.quod limita vt per Barto. no.in l.ij.in fi.ff.de vulga.& pupil.

✠P.P.A V.P.

i ¶Si autem. Circa iſtam materiam ꝙ legata ſub conditione non tranſmittãtur,ſi ante parificatam conditionem moriatur legatari9 limita ſignãter procedere quando eſſet conditio momẽtãnea, ſecus ſi eſſet ſucceſsiua puta ſi habitauerit cum tali vſquequo,vel matrimonium contraxerit, vel mortuus fuerit. ꝙ ſi legatarius ceperit habitare licet poſtea moriatur ante tempus limitatum in conditione habeat legatum integrum, vide Io.de Ana.conſi.viij.inci.viſo puncto vt eundem nota conſil.lxxv.in ij. col.Item quòd vbi conſtat de voluntate teſtatoris expreſſa vel tacita conditione tranſmittatur.& econtra, niſi de voluntate conſtat, vide Soci.in l. iiij.in j.col. de lega. j.& ibi etiam quòd legatum de ſe nõ efficitur conditionale, vbi apparet de mente.& de eo qđ dictum eſt quando conſtat de mente conditionale tranſmittitur:vide Soci. in l.hęredes mei.§. cùm ita.in iiij.colũ. ad Trebel.

i ¶Si autẽ aliquid. Quãdo legatũ ſub cõditione tranſmittatur,vide Bal,in l.j.in ij.col.§.vt ac.ab hære.& contra hæred. Ad intellectum iſtius tex, vide Bar.in l.quandiu.la iij.ff.de acqui. hæredita.

i ¶Si autem, Vide Bar.in conſi.clix.inci.proponitur ꝙ domina Cuciarella.& in conſi,clxx.inci.Rich.condidit teſta.Andre.Barba.

k ¶Ne hoc autem. Vide eum in l.ſi deceſſerit.qui ſatiſ.cog.quando aliquid videatur commiſſum conſcientiæ alicuius,præſumitur ex qualitate facti



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

vel remanent cum onere ſuo, intelligitur de onere
quod conſiſtit in dando, vel faciendo, id quod po-
teſt per alium explicari: ſecus ſi conſiſtat in facto,
a quod certæ perſonæ cohæret.[a]

SVMMARIVM.

1 ☞Legatum pro non ſcriptum, non tranſit cum onere.
2 Ius accreſcendi habet locum, etiam ſi ille cui accreſcit, ſit defunctus.
3 Portio vnius ex hæredibus deficiens, quare accreſcat cohæredibus inuitis: & quòd aliud ſit in legatis. & numero 1.
4 Coniuncti verbis, dicuntur illi, qui vna & eadem oratione ponuntur.
5 Diſiuncti verbis, dicuntur illi, qui ponuntur in diuerſis orationibus.
6 Quando copula cadit inter duas orationes, nõ inducit coniunctionẽ verbalem.

His ita. Iſta eſt bona materia. Portio vni⁹ ex hæredibus deficiẽs: cohęredib⁹
inuitis, accreſcit pro hęreditaria portiõe, ſi omnes
ſunt cõiuncti vel diſiuncti: cõiunctis primo, poſt-
ea diſiunctis accreſcit cum onere ſuo. h.d. ¶ Nota
iſtũ tex. ibi: hoc ita tam variæ &c. qui dicãtur con
iuncti verbis, & qui diſiũcti, de quo facio magnũ
feſtũ in l. re cõiuncti. de leg. iij. Dicitur hic, ꝙ por-
tio hæreditatis, quocũq; modo deficiens, vadit ad
1 cohęredes cũ onere. Contra† pro nõ ſcripta[b] non
b trãſeunt cum onere: vt s. eo. §. in primo. Sol. Dicit
gl. aliud in legatis, vt ibi: aliud ĩ hęreditate: vt hic.
Ratio, quia legatũ pro nõ ſcriptũ ab initio eſt nul
lum, cùm nõ ſit perſona, in qua fundet, neq; verè,
neq; fictè: ac hęreditas habet perſonã repręſenta-
tã: vt l. nouatio. ff. de noua. & l. hæres quãdoq;. de
acqui. hęre. & l. ſi ex re. §. fi. de ſtipu. ſer. & l. omnis
hæreditas. & l. omnia ferè. de reg. iur. ¶ Sed cõtra
hoc op. ff. de leg. ij. l. Celſus. §. pe. & fi. glo. videtur
dicere, ꝙ hic corrigit. Tu dic, ꝙ ibi hæreditas fuit
pro nõ ſcripta: tamẽ legata erãt relicta ab hęrede,
cuius portio deficit nõiatim: meritò quia tunc eſt
eadẽ ratio, quę in legato non accreſcit cum onere.
& iſtũ paſſum glo. examinat, & ibi plenè dixi in l.
quæ cõditio. in prin. ff. de cõdi. & demõ. ¶ Oppo.
c de l. j. §. fi. de le. iij[c]. Sol. Ibi vadit hæreditas ad aliũ
veniẽtem ab inteſt..to, præter ſpem defuncti: hic
verò vadit ad cohæredes ſuccedẽtes ex diſpoſitio
2 ne defuncti. ¶ Secũdò habes hic, † ꝙ ius accreſcẽdi
habet locũ, etiã ſi ille, cui accreſcit ſit defunct⁹. Si-
mile de cõdi. & demõ. l. hæc ſcriptura. §. fi. & ff. de
ſuis & legi. hære. l. ſi ex pluribus. Inſtit. ad Orfi. §.
fi. ¶ Cõtra iſtud op. ff. de vul. & pup. l. ſed & ſi plu
res. in princi. & s. ea. l. §. in nouiſsimo. vbi dicit, ꝙ
hæreditas nõ adita nõ trãſmittit, ſiue ſit ĩſtitutio
ſiue ſubſtitutio. Sol. Aliud in iure accreſcendi, vt
hic, & ſimilib⁹: aliud in iure inſtõnis, vel ſubſtitu
tionis. Ratio, qa ius accreſcẽdi in omnibus, pręter-
quã in vſufructu, dicitur ineſſe portioni, nõ perſo
næ: vt l. Titio. §. j. de vſufructu. & l. & an eadẽ. §.
j. & ibi no. de exce. rei iud. meritò trãſit portio hæ
reditatis: vt l. ſi totã. ff. de acq. hęre. Ius verò inſti
tutionis, & ſubſtitutiõis ineſt perſonæ: meritò añ
3 aditionem nõ trãſmittitur. ¶ † Tertiò habes hic ꝙ
d accreſcit inuitis.[d] Cõtra. j. proxi. §. Solu. Aliud in
legatis: aliud in hęreditatib⁹. Ratio patet: nam nõ
poteſt qs decedere ꝓ parte teſtatus, & pro parte
inteſtatus: vt l. ius noſtrũ. ff. de regu. iur. quod nõ
accidit in legatis, etiã nemine volẽte legatũ: cùm
ſint hæredes, apud quos remanet. Et iſtũ paſſum,
vtrũ hæreditas accreſcat inutilis; dic vt dixi s. de
iure deli. l. quidã eulogio. in illa q. qñ vna portio
deferat à teſtatore: alia ex legis diſpoſitiõe. ¶ Ad
vltimũ dictũ oppo. & habetur hic, ꝙ primò vocã-
tur cõiũcti, quã diſiũcti. Cõtra. ff. de hære. inſti. l.
item quod Sabin⁹. §. j. Iſtud eſt difficile cõtrariũ.
Breuiter iſta eſt vera ſo. ꝙ ibi omnes ſunt diſiũcti,
4 & nullus eſt ibi cõiunctus. ¶ † Vltimò, rogo te, &
teneas mẽti iſtas duas regulas, quæ ponunt hic in
verſi. hoc ita tam variè. ꝙ illi dicunt cõiuncti ver-
5 bis, qui in vna & eadem oratione ponũtur: illi † di
e cuntur diſiuncti verbis,[e] qui ponuntur in diuerſis
6 oratiõibus: quia alibi nõ habet ita clarè. † Ex hoc
dico ego, ꝙ quãdo copula cadit inter duas oratio-
nes, non inducit coniunctionem verbalem Text.
eſt in l. ſicut in annos. §. j. ff. qui. mo. vſusfru. amit.

SVMMARIVM.

1 ☞Coniuncti re, dicuntur illi, quibus ex expreſſa diſpoſitione teſtatoris, tota res aſsignatur.
2 Legatarij ſunt cõiuncti verbis, & diſiuncti re, tũc portio vnius deficiens, remanet apud alios, ſine onere per ius accreſcendi.
3 Quando plures ſunt coniuncti verbis tantũ: tunc eſt locus iuri accreſcendi cum onere. & nu. 1.
4 Quando plures ſunt re coniuncti tantùm: tũc eſt locus iuri non decreſcendi ſine onere.
5 Si ſunt coniuncti re, & verbis: an creſcat, ſeu non decreſcat cum onere vel ſine onere.

f Vbi autem. [f]In legatis portio deficiens accreſcit cõiunctis
cum onere ſuo: ſed ſi legatarij ſunt diſiũcti verbis,
& coniuncti re, & omnes acceptant, ſibi partes fa-
ciunt per cõcurſum: niſi teſtator aliud expreſsè diſ
poſuit: & ſi vnius portio deficit, apud alios rema
net per ius nõ decreſcẽdi, ſine onere. h.d. ¶ Ex iſto
1 §. no. ſingularites iſtud, ꝙ † illi dicuntur re coniun
cti, quibus expreſſa diſpoſitiõe teſtatoris tota res
aſsignat cuilibet. Vide tex. quia ſermo teſtatoris,
&c. Similę habetis in l. idẽ Neratius. de vſufru. ac-
creſcẽ. ¶ Op. ad iſtud prin. & videt ꝙ nõ accreſcit
cum onere: vt s. eo. §. j. Sol. Ibi in pro nõ ſcriptis:
2 hic in caducis, vel quaſi. ¶ † Oppo. j. eo. verſi. ſin au
tem ad deficiẽtis. quem modo legi. Sol. ibi loquit
in coniunctis verbis, & diſiunctis re: qui cùm ve-
niant per ius non decreſcendi, remanet apud eos
ſine onere. ¶ Oppo. dicitur hic, volentibus: contra
s. proxi. §. Sol. Aliud in hæredibus: aliud in legata
g rijs. ¶ Venio ad §. ſin autẽ[g] ad deficientis: & oppo.
s. eo. §. pro ſecũdo. & §. in nouiſsimo. Solue vt mo
do dixi: hic veniunt per ius nõ decreſcendi: ibi per
ius accreſcendi. ¶ Circa hanc legem formo q. nos
3 habemus † quando plures ſunt coniuncti verbis
tantùm: tunc eſt locus iuri accreſcẽdi cum onere.
4 Item † quãdo plures ſunt re coniuncti tãtum: tũc
eſt locus iuri non decreſcendi ſine onere. ¶ Quæ-
5 ro, † quid ſi ſunt coniuncti re, & verbis: vtrum ac-
creſcat, ſeu non decreſcat cũ onere vel ſine onere.
Gl. hic dicit, cum onere. Vide eã ſuper verbo, non
ſentiat. in fi. Pet. de Bel. per ti. dicit cõtrariũ. Cùm
enim ſint coniuncti re & verbis, ex eo ꝙ ſunt con
iuncti re, veniunt per ius non decreſcendi: appa-
ret ꝙ debet remanere ſine onere, dicit ipſe. Glo. te
net contrarium: & ego, vt videtur mihi, teneo gl.
noſtram in l. re coniuncti. de leg. iij.

Quæ autem. Quæ dicta ſunt de hęreditatibus, quæ auferuntur ab indignis, intacta permanent. h.d.

Cùm autem. Hæreditas non adita non tranſmittitur: ſed vadit ad cohæredes, vel ad venientes ab inteſtato vel ad fiſcum.

SVMMARIVM.

1 ☞In donatione cauſa mortis, habet locum ius accreſcendi.
2 Quæ proſunt omnibus, debent præferri vtilitatibus priuatorum.

h Hæc autem omnia. [h]Hac lege ſtatuta locum habent in teſtamentis, codicillis, & donatiõe
1 cauſa mortis. h.d. ¶ No. ex iſto tex. † ꝙ in donatio
ne cauſa mortis habet locum ius accreſcendi: quia
formaui quæſtionem de hoc, quãdo repetij l. re cõ
iuncti. de lega. iij. & eam dimiſi indeciſam, ſed hic
2 habes tex. ¶ Vltimò no. † quæ proſunt omnibus,
debent præferri vtilitatibus priuatorũ: vt in auť.
res quæ. s. comm unia de leg. &c.

*De his, qui ante apertas tabulas. Ru.*

SVMMARIVM.

1 ☞Filius, vel alius in poteſtate decedens, hæreditatem ſui parentis non aditam, & ignorans, tranſmittit ad quoſcunque.

---

& perſonæ: vt eſt tex. licet in alijs terminis ꝗ hic. q tex. videt melior de iure, in c. fin. vbi hoc declarat per glo. & doct. de offic. dele. Plus dicit hic Imo. ꝙ ſi Papa in literis delegatorijs dixit, & in hoc tuã cõſciẽtiã oneramus, ꝙ videtur electa induſtria perſonæ text. eſt vbi no. d. Card. in cle. j. de iureiurã. Facit l. ꝓbatorias. j. de diuer. offi. lib. xij. & l. per hanc. j. de ero. mili. lib. xij. Sed vide gloſſ. in l. eos. ĩ princ. j. de ap. quæ intelligit tex. iſtũ, qui dicit, prima ſentẽtia habet locũ, ſicut fuerit lata per delegatũ vid tex. in l. vel ſingulos. ff. de teſt. in verſic. proprio chirographo. cũ gl. quæ videt dicere cõtrariũ. Itẽ ſi requirit ꝙ aliqs interſit, & requirit præſentia in aliquo actu, nõ poteſt vices ſuas alteri cõmittere: vt dicit Bal. in c. quãuis. de offi. deleg. & ibi aliquid p Moder. & Bal. in l. j. ĩ fi. C. q admit. Adde quãdo teſtator commiſit, ꝙ ſtetur cõſcientiæ alicuius quid importet, Ro. cõſi. cclix. per Angel. conſil. xciij.

✠ P. P A V. P.

a ¶Perſonę cohęret. Vide in materia legatorũ ꝙ quãdo teſtator appoſuit aliquod onus alicui, quòd cenſeat onus cohærere perſonæ, nec tranſit ad ſucceſſorem, vide Anto. de But. cõſil. xlviij. ĩci. abſq; diffuſione allegationũ.

b ¶Contra pro non ſcripta. Et eſt differẽtia ĩter §. iſtum, & §. in primo. s. c. quia hæreditas iacens repſentat perſonam defuncti. & ſic ſi hæres inſtitutus eſt mortuus, hęreditas manet iacẽs quia tenetur ad omnia onera ad quæ tenebat defunct⁹, cũ ipſum repręſentet. vnde ad quemcũque tranſit cum onere, legatũ verò defunctũ in aliquo nõ repręſentat. Et ita vult hic ſentire Bal. & melius in l. re cõiuncti. de lega. iij. vbi dicit hanc rationem eſſe nouam nec tactam ab aliquo alibi.

c ¶De lega. iij. Vide Bar. in l. ſi duobus. §. j. de lega. j. & iſta lex Celſus. hic allegata facit magnã limitationem ad ea, quæ dicũtur in d. l. ſi quis à filio. ĩ prin. de lega. j. vbi relicta ab inſtituto cẽſent relicta à ſubſtituto. Illud eſt verũ niſi nominatim ab hęrede fuerint legata: vt puta à te Titio lego: quo caſu ita videntur relicta ſolum, ſi ille ſit hęres. d. l. celſus. vid Bar. in l. non iuſtam. ad Tre. s. adde Bart. in terminis in l. Titia la iij. de lega. ij. & in §. j. & ibi per gl. Inſti. ad l. Falci.

d ¶Accreſcit inuitis. Ad iſtũ §. vide Barto. in l. j. s. quando non pe. par. & vide Cyn. melius loquẽtem. & Bal. in proxi. §. in prin.

e ¶Diſiuncti verbis. Vide hic per Bald. in §. prox. per Bar.

f ¶Vbi autem. Vide Bar. in cõ. clxxj. inci. pro examinanda veritate pro §. vbi autem. ſi habet locum ius accreſcẽdi in fideicommiſſo. Andr. Barba.

✠ P. P A V. P.

g ¶§. ſin autem. Circa iſtum §. dum dicitur in eo, & allegat quod ſi teſtator idem voluiſſet in vno ꝙ in alio vtiq; expreſsiſſet. vide Alexã. cõſi. clv. vo. ij. col. vlti. & conſi. cij. vo. iij. ad fi.

h ¶Hæc autem oĩa. Et vide Bart. in l. ſi mihi & Titio. de verb. obli. & Bald. in l. j. in fi. s. quãdo non pe. par. & Bar. in l. cũ hi. in prin. ff. de tranſact.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

a ✱ *P. P A V. P.* ¶ Per hanc. Beneficium huius l. habet locū etiam ſi tractetur de hæreditate non adita per deſcendentem tranſmittenda in nepotes, vide Rom. conſi. cccxlij. ad fi. quid autem ſi ſtatutum diceret quòd exiſtentibus maſculis fœmina non ſuccedat, an filius iſto caſu tranſmitteret totam hæreditatem non aditā ad filiā ſuam fœminam, an verò tranſmitteret quæ ſibi de iure cōmuni ſpectant. vbi verò non eſſet tale ſtatutum quaſi in ea ſola ſit ſuus hæres, non in portione fœminæ quæ ei aufertur in maſculum, vide omnino & latè Iaſo. in l. ſi arrogator. in viij. & ix. col. ff. de adop. An autem ex beneficio huius l. transmittatur bonorum poſ. non agnita, vide Iaſo. latè in l. emancipata. in penul. & antepe. col. C. qui admitti.

2 Deſcendentes, qui non ſunt in poteſtate, hæreditatem aſcendentium non agnitam tranſmittunt ad deſcendentes, non ad extraneos.

3 Hæreditas non adita, an etiam tranſmittatur ad aſcendentes.

4 Fideicommiſſum conditionale relictum ab aſcendentibus non tranſmittitur ad deſcendentes, fideicommiſſario defuncto conditione pendente.

5 An iſta lex habeat locum, ſiue iſti deſcēdentes fuerint nati in vita illius de cuius hæreditate agitur, ſiue poſtea.

LEX VNICA.

PEr hanc. [a]Hæreditas aſcendentiū nō adita, tranſmittitur ad deſcēdentes, niſi repudiata ſit. Idē in legato non agnito. h. d. Diuiditur in tres partes. Primò ponit vnum ſtatutum, quod cōtinet ius ſpeciale. Secūdò ponit aliud, quod continet ius commune. Tertiò ponit rationem. Secunda ibi: quod ſcilicet. Tertia ibi: ſi quidem. Hæc eſt ſingularis conſtitutio, & noua. ¶ Oppo. ſ. de iur. delib. l. iij. Dicunt quidam, quòd hic loquitur de filio, qui erat in poteſtate: ibi de emancipato. hoc eſt falſum per iſtum text. qui loquitur de matre, & auia. Dicas ergo quòd hoc eſt ſpeciale in deſcendentibus, vt hæreditas aſcendētiū non adita tranſmittatur ad deſcendentes. Contra hoc opponitur, quia deſcendentes tranſmittūt hæreditatem ad quoſcunq;: vt l. hæreditate. §. filius. de caſtrenſi. pecu. Dixi plenè ſ. de iure delibe. l. ſi infanti. Solut.
1 †Filius vel alius in poteſtate decedens, hæreditatem ſui parentis non aditam, & ignorans tranſmittit ad quoſcunq;: vt dixi in l. ſi infanti. & hoc operatur exiſtentia ſui hæredis: vt videbitis j. titu. iij. l. apud hoſtes.
2 † Deſcendendes verò, qui non ſunt in poteſtate, hæreditatem aſcēdentium non agnitam tranſmittunt ad deſcēdentes, non ad extraneos. Hic eſt caſus ſingularis illi. verò, qui non ſunt de deſcendentibus, hæreditatem non aditam nō tranſmittunt regulariter: vt in d. §. in nouiſſimo. ſ. titu. j. Item, qui ſunt de deſcendentibus, & non in poteſtate, ſi non habent deſcendentes ex ſe hæreditatem non aditam non tranſmittunt, ſecundùm regulam in d. §. in nouiſſimo. Ita debetis iſtā materiam intelligere. ¶
3 †Cōtra prædicta opponitur, [b]& videtur, quòd etiam ad aſcendentes hæreditas non adita trāſmittatur: vt j. titu. iij. l. apud hoſtes. Gloſſa quæ eſt hic, hoc fatetur, & malè: quia contra caſum l. ij. §. ſi quis ex liberis. ff. ad Tertul. Non obſtat l. apud hoſtes j. titu. iij. qui ibi loquitur de ſuis, qui tranſmittunt ad omnes. ¶ Quærit gloſſ. [c]quid ſi iſti deſcendentes, non ſunt inſtituti hæredes ab illis, quibus fuit delata hæreditas non agnita. Dicit gloſſ. non admittuntur, argumen. ad hoc de coniū. cum eman. lib. l. j. §. ij. Item quærit, quid ſi hæreditas non fuit delata ex teſtamento, ſed ab inteſtato. Gloſſa dicit idem: quia eadem eſt ratio. Hoc tenent omnes.
4 ¶ Quęritur †circa hanc legem, [d]vtrum fideicommiſſum conditionale [e]relictum ab aſcendentibus tranſmittatur ad deſcendentes, fideicommiſſario defuncto, conditione pendente. Certè gloſſ. tua determinat quòd non, & bene. dic, vt in gloſſ.
5 ¶ Quæro, †vtrum iſta lex habeat locum [f]ſiue iſti deſcendentes fuerint nati in vita illius, de cuius hæreditate agitur, ſiue poſtea. Dyn. tenet quod ſic, & Cy. hic ponit eam: & facit de ea magnum feſtum: quia dicit, quòd ipſe habuit eā de facto. Et [g]allegat dictū Dy. in l. Gallus. in magna diſtinctione, & ponit ipſe hic, & in l. qui ſe patris. ſ. vnde libe. & l. ſi quis filium. ſ. de inoffi. teſt. & gl. ordinaria hoc videtur velle, referendo illam gl. ad illum tex. ſ. de fideicommiſ. l. ſi in perſona, &c.

a ¶ Per hanc. Vide Bar. in conſi. clij. incip. proponitur domina Cuciarella. And. Barba.

a ¶ Per hanc. Vide Bart. in l. ſi auia. per totā l. ſ. de iure do. ſed vtrum iſta lex habeat locū in trāſmiſſione bo. poſſ. de iure prætorio, gl. & Bar. in l. emācipata. ſ. qui admit. dicūt ꝙ ſic. ſed Bal. ibi dicit, ꝙ fallit in bonorū poſ. contra tab. & ibi poſt Bal. dixi quid in iure dicendi teſtamētum nullum, de quo per Imol. in l. filio præterito. in antepen. charta.

✱ *P. P A V. P.*

b ¶ Contra prædicta opp. Vide in l. ij. j. ad orficianum.

b ¶ Contra prędicta opponit. Vide hic Cōpo. & Ni. Mat. quem refert Bal. in l. cum antiquioribus. circa penulti. vel vlti. colum. de iure delibe.

c ¶ Quærit gloſ. Vide Bart. in l. j. ff. de lega. j.

✱ *P. P A V. P.*

d ¶ Circa hanc legē. Sequitur domi. Iaſo. in l. cum filijfamil. col. iij. in fin. ff. de lega. j.

e ¶ Fideicommiſſum conditionale. Vide gloſſ. & doc. in l. is cui. ff. de act. & oblig. Adde ꝙ gl. ſequutus eſt Bald. conſilio ccccix. ij. volumi. & eod. volu. conſil. ccccxxx.

f ¶ Habeat locum. Vide text. not. in l. Titius. ff. de ſuis & legi. & text. in l. Paulus. §. penulti. & ibi gloſ. ff. de bo. lib. & hoc ſequitur Bal. in d. l. is qui filium. Vide quod no. Barto. in l. fin. in ver. quæro quid ſi filia. ad Trebel. & Bald. in l. qui ſe patris. ad finem. & quod no. Barto. in l. item prætor. ff. de ſuis & legi. & Bal. in d. l. ſi in perſonam. Bar. in d. l. ſi quis à filio. de iniuſto teſta. & ibi Angel. & Cyn. in l. fin. j. ad Orſi. & ibi vide gloſſ. & Barto. aliàs in l. ſi quis filium. ſ. de inof. teſta. & per Barto. in l. ſi cui. in princi. ff. de legatis j.

g ¶ Naſcitur. Et ſi legatarius moritur vxore prægnante, valet legatum nato poſthumo. ff. eodem. l. is cui.

g ¶ Naſcitur. Adde ꝙ Pau. de Caſ. quęrit quid ſi grauo hęredem de reſtituendo, ſi liberos nō habuerit: ipſe autem habuit, & mortui ſunt eo viuente: an habebit locum ſubſtitutio. Videtur ꝙ non, per iſtum tex. quia verùm eſt dicere ipſum liberos habuiſſe. Contrariū dicit ipſe: quia illud eſt in caſu huius legis. cùm habuerint liberos: qa ſtatim purificata eſt conditio: aliud eſt grauare ſub conditione negatiua, ſi non habuerit: quia debet intelligi tempore mortis, ſiue ſi cut ſi dixiſſet, ſi deceſſerit ſine liberis: quo caſu non ſufficeret habuiſſe ſi tēpore mortis liberos non habebat. l. ex facto. §. penul. ff. ad Trebel. Si tamen teſtator dixerit, ſi filios non procreauerit, vel ei nō naſcantur, & nati ſint: & mortui viuente ipſo grauato, & ſubſtituto, euaneſcit ſubſtitutio. Et ita conſuluit Bal. conſil. ccxxiij. ij. volu. vbi ex eius verbis poteſt colligi confirmatio huius dicti Pau. de Caſtro.

## *Quando dies legati, uel fideicommiſſi cedit. Rubrica.*

LEX I.

SI competenti. Dies annui legati, etiam quo ad exactionem cedit in principio cuiuſlibet anni. hoc dicit. ¶ Oppo. de l. qui hoc anno. ff. de verb. obliga. Sol. Ibi debebat anno, vnde erat annua præſtatio: hic debebatur ſingulis annis. ¶ Oppo. de l. lecta. ff. ſi cer. peta. Solu. Ibi dies fuit adiecta cauſa differendæ ſolutionis, hic verò cauſa multiplicandæ obligationis. Pleniſſimè dixi in l. qui hoc anno. de verbo. obliga.

LEX II.

AGrum. Subſtitutio facta, ꝙ deueniat in ſuperuiuentes, non habet locum in perſona vltimi ſuperuiuentis. h. d.

LEX III.

SI Pontionilla. Dies legati relicti in tempore certæ ætatis, cedit adueniente ætate.

CVm vxori. Dies relicti in tempore liberorum, cedit ſtatim cùm filius naſcit[g]. hoc dicit.

EX his verbis. Cum tempus certæ ætatis adijcitur preſtationi legati, legatum conditionale non facit, & legatarius deſcendens tranſmittit: expectabitur tamen dies. hoc hicit. ¶ Opponi. de lega. primo. l. ſi cui legetur. in princip. Solu. Ibi dies fuit appoſita legato, hic præſtationi[h]: vt dicta l. ſi cui. de leg. primo. & ibi plenè dixi: & Cy. ponit hic vnam diſtinctionem Iaco. de Arena. quam ponit hic, & de manu. teſt. l. ſi ita. & illa diſtinctio deficit in multis: ſed ſupple vt dixi in dicta l. ſi cui.

SI fideicōmiſſum. Legatum à legatario ignorante ab inteſtato relictum, tranſmittitur. h. d.

✱ *P. P A V. P.*

h ¶ Hic præſtationi. Sequitur Cō. cōſil. cxxvij. vide omnino eundem conſil. clxiiij. in iij. dub. vbi ponit ꝙ quando aliquid adijcitur executioni, ſuſpenditur exequutio, ſecus ſi verba expreſſè non ſuſpendant exequutionem, ſed inducant neceſſitatem ſolum aliquid faciendi: vide ibi exemplum per eū, vide per Bart. in l. j. in iij. colum. verſic. tertia eſt differentia. ff. de condi. & demonſtr. quid iuris quando conditio adijcitur diſpoſitioni, & quid quando exequutioni, & quando per diſtinctionem cum, & quid in vltimis voluntatibus, & quid in contractibus, vide no. Pau. de Caſt. in l. quibus diebus. §. quidam titio. ff. de condi. & de. vbi verò loquitur & aſſignat rationē differentiæ inter cōtractus & vltimas volūtates, vide etiā oīno Bar. in d. §. quidā titio. qui etiā aliter loquit[ur]

## *Vt in poſſeſſionem legatorum. Rubrica.*

LEX I.

QVoniam. Cùm petitur ſatiſdatio, debet adhiberi ſummaria cognitio.

a ¶Ipſis. Vide Bar. in conſi. cxlix. inci. literas mag. veſtræ. quomodo alleg. iſtam legem. Andr. Barba.

b ¶Si poſtquam. No. hic caſum, ꝙ pignus prætorium per dominum aliena ri poteſt. Ad idem eſt text. quem ibi not. doct. ſecundum vnam lect. in l. ſi quis miſſum. §. fi. ff. de dam. infec.

c ¶Cū Archimedorā. Vide in materia l. iter omnes. & ibi a doc. ff. qui ſatiſ. cogā. Sed vtrū hodie hęres cogaꝛ cauere fideicōmiſſario de fideicōmiſſo præſtādo iure nouiſſimo. Auꝛ. vide gloſ. & doc. omnes in l. cūm tale. §. j. ff. de cōdi. & demō. Adde, & ītellige ſecūdūm Pau. de Ca. ꝙ Archimedora non erat filia teſtatoris: aſs cū habuiſſet reſtituere fratrib⁹, nō potuiſſet compelli ad pſtādam cautionem: vt ſ. ad Treb. l. iubemus.

d ¶Qui legati. Adde quod Pau. de Caſt. dicit. ꝙ p hanc legē patet ꝙ ſi ſtatutum dicat, ꝙ habens inſtrumētum poſſit petere executionē realiter & perſonaliter ad ſui volūtatē: ꝙ ſi creditor fecerit ſe mitti in poſ. bo. debitorū, & debitor non ſoluit, ꝙ poteſt facere perſonaliter ipſum detineri, & econuerſo: quia per electionē vnius viæ nō præiudicauit ſibi in alia. alle. l. j. §. qd ergo. de vē. inſpic. & qđ not. Barto. in l. cōſentaneo. j. quomodo & qñ iu. Archi. in rub. de eo q mit. in poſ. cauſa rei ſer. li. vj. & l. iter. §. creditor. cū ibi not. de fideiuſſ. Aliqui tn̄ tenēt cōtrariū per l. reſcriptū. ¶. fin. de diſ. pi. & l. quę ſpeciali. j. co. ti. & l. fideiuſſores magiſtratuū. §. pro Aurelio. ff. de fideiuſ. Tu dic ꝙ primam partem tennit Ro. conſi. cxxxij.

e ¶Scire debetis. De hac materia vide Bart. in l. pactū inter hęredem. ff. de pact. & in l. nemo poteſt. de leg. j. circa prin. & per Bar. in l. j. ſ. de vſufru.

❋ P. P A V. P.

e ¶Scire debetis. Vide Alex. cō ſi. cccc. xxv. inci. in iiij. colū. Pau. conſi. cxcj.

LEX II.

Ipſis.[a] Cautionem de legato præſtādo, poteſt teſtator remittere. h. d. Quærit gl. vtrū teſtator poſſit remittere hypothecā. & dicit quòd ſic: arg. huius l. & bene. Dic vt in gloſ.

LEX III.

b Si poſtquam.[b] Quando cōcurrit pignus prætorium, & conuentionale, qui prior eſt in tempore, potior eſt in iure. h. d.

c Cum Archimedoram.[c] Ante euentum dici incertę, non poteſt fideicōmiſſum peti: ſed cautio de eo præſtando. h. d.

d Qui legati.[d] Miſsio in poſſeſſionē cauſa legatorum, ſolū pignus cōſtituit, & actionē ex teſtamēto impedit. h. d. in ſumma.

SVMMARIVM.

1 ☞Sentētia lata contra poſſeſſorem in rei vendicatione mādatur executioni contra alium poſſeſſorem, quando primus dolo deſijt poſsidere.

Certa eſt forma. Legati cā, poteſt fieri miſsio in res hæreditarias, quas hæres poſsidet, vel dolo deſijt poſsidere, & in res proprias poſt ſex menſes. h. d. ¶ Nouum eſt † quod di1citur, & not. in l. Dicunt doct. per iſtam l. & ſimiles, licet nō allegēt iſtā, ꝙ ſi eſt lata ſnīa in rei vendicatiōe cōtra poſſeſſorem, fit executio cōtra aliū poſſeſſorem, quādo primus poſſeſſor dolo deſijt poſsidere: vt hic, & l. is cui §. qui in poſſeſsionem legatorū. & l. ſi legatorū. ff. eo. Ita refert Cy. in l. j. ſ. de ali. iu. mu. cau. fac. in vij. q. per l. j. ff. ſi mu. ventris nomi. in poſſ. miſſa fue. & eadē poſ. do. ma. ad alium tranſini. eſſe di. Dico ibi plenè in §. neceſſario. & in repetitione l. creditores. j. de pig.

e Scire debetis.[e] Cautio legatorū poteſt remitti per teſtatorem, nō cautio fructuaria. h. d.

Contra eos. Adminiſtratores Reipub. poterunt conueniri, ſi ſatiſdationem de legato præſtando non exegerunt. h. d.

## De ſuis & legitimis. Rubrica.

¶Dictum eſt ſuprà de ſucceſsiōib⁹ ex teſtamēto: ſequiꝛ videre de ſucceſsiōibus ab inteſtato verùm qa primus gradus eſt liberorum: ideo ponit de ſuis & legitimis: verū qa in nepotib⁹ ex filia ſeruantur quædam ſpecialia: meritò annectitur, & ex filia nepotibus &c.

LEX I.

Si fratri. Succedenti de iure ciuili non eſt limitatum tempus centum dierum.

LEX II.

Nepotes. Nepotes ſuccedunt auo in ſtirpes, non in capita. h. d.

LEX III.

Vt inteſtato. Nepos ex filio defuncto, ſuccedit æqualiter auo cū ſuperſtite filio. h. d.

Inteſtato. Filius etiam poſthumus, pręfertur ſorori. hoc dicit.

Si te parens. Filius adoptiu⁹ ſuccedit cum filijs naturalibus, & legitimis. hoc dicit. & hoc videbitis in l. cùm in adoptiuis. j. de adoptioni.

in prin. vbi etiam ponit de remiſsione inuentarij.

f ¶ Ex libera. Ad hanc legem vide no. Inſti. de gra. §. illud. aſſās eſt in rub de ſer. cog. in prin. Adde ꝙ Pau. de Ca. refert hoc Cy. cōſuluiſſe per l. Paulus. de ſtat. ho. ꝙ licet ſuper matrimonio à principio inualido, fortè ratione conſanguinitatis. Papa diſpenſet, ꝙ filij prius concepti, licet poſtea nati, non efficiuntur legitimi. Et cū hac deciſione trāſit ipſe de cuius deciſionis veritate, & in fortioribus terminis, vide Pe. de Anc. cōſi. cccc x. inci. viſo & diligēter inſpecto.

g ¶ Apud hoſtes. Iſtā legē limitat Bal. in l. qui ſe patris. ſ. vn de lib. in iiij. colum. quod an ſit verum, ibi vide Alex. & Sali. & vide etiā Bal. in l. qui ſe patris. in x. co. & vide etiā de materia ſ. in l. ſi. de acqui. hære.

❋ P. P A V. P.

h ¶ Operatur tranſmiſsionē. Iſtam regu. ꝙ vigore ſuitatis trāſmittaꝛ hæreditas adita ad quoſcunq; limita niſi filius haberet filium qui non vellet ſibi ſuccedere ſed auo ſuo & alius extraneus ſuccederet filio, quia in hęreditate aui non adita per filiū præferreꝛ nepos, vide Iaſo. in l. patris. in penult. char. in ij. col. C. vñ liberi. & latius de materia & plurib⁹ ſeq. vide eūdem in l. ſi infanti. ī viij. co. cū ſeq. ſ. de iure delibe. vbi etiā ponit an vigore ſuitatis etiam tranſmittaꝛ ius dicendi nullum teſtamentum.

i ¶ Si defunctus. Ad intellectum huius tex. adde in auꝛ. de triē. & ſemiſ. §. nequeillo. Et ex iſto tex. poſſet probari ꝙ exhæredatio poſſit fieri ab inteſtato cōtra l. filium. ¶. ſed cum exhæredatio. ff. de contratabu. licet glo. hic intelligat aliter.

❋ P. P A V. P.

k ¶ In ſucceſsione. Vide Com. conſil. cxxij. inci. qualiter. circa med. & conſi. lxxxviij. circa fi. & ideo etiam in eo requiritur aditio ſicut in extraneo, vt ibi per eum.

f Ex libera.[f] Conceptus ex patre ſeruo eſt ſpurius. & ei non ſucceditur. h. d. iſta lex.

Filium. Libertus pōt habere filium in poteſtate: & eum poteſt habere ſuum hæredem. h. d.

g Apud hoſtes.[g] Hæc eſt bona lex. In primo anno, quo legi Codicem, tractaui materiam ſuitatis, quam tractaui poſtea plenius in l. ſi filius qui patri. de vulga. & pupil.

h Exiſtentia ſui hæredis, operatur trāſmiſsionem[h] hæreditatis non agnitæ, etiā in filio ignorāte. h. d. De hoc dic vt dixi in l. ſi infanti. ſ. de iure delibe. Ratio huius eſt, vt dicit hic tex. qa eſt ſua materia.

i Si defunctus.[i] Nepotes ex filia ſuccedūt cum diminutione certæ partis, ſiue ab inteſtato, ſiue contra teſtamentum veniant. h. d. Eſt hodie hæc lex correcta, vt habuiſtis ſ. de col. auꝛ. quæ tertiæ partis.

Vbi auiarum. In ſucceſsione fœminarū, emācipatio non attenditur. h. d.

Si mater. Deſcendētes excludunt aſcēdentes. h. d. iſte tex. Iure ipſo ſuccedūt: non intelligatis ipſo iure, ꝙ non ſit opus aditione: quia hoc nō eſt verum in hæreditate materna. Videbitis j. ti. ij. l. ij. & ff. ad Tertul. l. ij. §. ſi quis ex liberis. Sed intelligatis ipſo iure, ſi volūt: ſicut dicimus in compenſatione. quæ fit ipſo iure: ſcilicet ſi opponatur ab homine vt no. in l. ſi cōſtat. ſ. de cōpenſa. & l. ſi quid à fideiuſſore. ff. de compenſa.

Quoties. Deſcēdentes, licet nō habeant vnde liberi, cœteros agnatos in toto excludunt. h. d. Ad euidentiam ſcias ꝙ cùm tractaꝛ de ſucceſsione fœminarum, non habet locum bonorū poſſeſsio cōtra tabulas nec bonorū poſſeſsio vnde liberi: vt l. illud. ¶. ad teſta. ff. de cōtra tab. & ff. ſi tab. te. nul. extāt. l. j. §. rectè. & §. liberos. Hic habemus vnam auꝛ. cui ſtamus potius, quàm toti iſti titulo.

SVMMARIVM.

1 ☞Filiusfa. hodie in aduentitijs habet hæredem, & quid in dote profectitia. remiſsiuè.

2 Edictum de coniungendis cum emancipato liberis, an ſit correctum.

3 Cognati vſq; ad decimum gradum admittuntur.

4 Dominus an ſuccedat cognato ſerui ſui.

g teſt opponi poſt ſnĩam. Simile in l.ſi cum nulla,ff.de re iudi.& ibi dixi.¶ No.
h ſecundò[h] ꝙ nõ eſt inchoandum ab executione. Simile in d.l.ſi cum nulla.ff.de re iud.& j.cõmi.
3 vel epiſtol.per totum.†Sed facit contra literas, quę fiunt ſæpe in iſtis curijs Romanæ eccleſię,in terris Marchiæ,& Ducatus,in quibus prius pręcipit ſoluere antequã ſententia detur: tñ addunt

*P. P A V. P.*

f ¶ De execu.rei iudic.De puplici modo quomodo peti põt executio ſentẽtiæ vide Bart.in l. pen.de aut ho.tut. vide Alex.in apoſtil.

g ¶ Exceptio nullitatis. Vide eum in l.iiij.§.condemnatum.de re iudic.an exceptio nullitatis ĩpediat executionẽ ſententiæ? Itẽ nota ꝙ ſi peto plures res,& vnus cõfiteẽ aliquas & negat aliquas.ꝙ de cõfeſsis ſtatim debet fieri executio. Bal. in l.fi.C.qui ad li. procla.non licet.

h *P. P A V. P.* ¶ Not.ſecundo.Circa iſtam regu.ꝙ ab executiõe ſeu præcepto executiuo non ſit regulariter inchoandum,quatuor limitationes vide ad eã per Iaſ.latè in l.ne quicquã.§.vbi decretũ.in l.ij.iij.& iiij.co.ff.de offi.procõ. Alex.latè in l.de pupillo.§.meminiſſe.de ope.no.nũc.vide Pan.in c.ij.in xij.col.extra de litis conteſt.Item nota ꝙ vbi proceditur ſine figura iudicij procedente conditione ſuper petitiõe quali quali porrecta,põt iudex omiſſa ſnĩa ĩcipere ad executionẽ.vide ſing. Bal.in extrauag.ad reprimendũ.in verſi.ſine figura.ad fi.ſequiẽ Natã in d.c.ſæpe.in pe.char.in xxj.quæſtio.de ver.ſigni.referens ita tenere alios relatos per eum.Fel.in c.ſane ad fi.de offic.deleg.Item ꝓ declaratiõe & limitatiõe reg.vide Fel.in ca.ij.ad fi.de offi.deleg.Item ad reg.vide Alc. conſi.xlij.in j.col.in iiij.vol.vbi vult eam etiam procedere ſi habent cõmiſsiões,diceret illico,conſequaẽ ius ſuũ.per l.ſi quis.vbi bar.de poſsi. ſed aduerte quia Bar,in d.l.ſi quis,quæ eſt l.fi.vult cõtrariũ in ſcd̃o dicto,in primo dicto videtur dicere vt dicit Alex.Itẽ aduerte quòd ipſe Alex.dicit contra limitationem quam dixi ſupra allegãdo Bar.in verbo ſine figura ĩ ij.col.& vult lex idem eſſe in cauſis ſummarijs,ſi in petitiõe incipiatur ab executione:quia petat actor cogi & cõpelli.Item an ſi qs actor petat ſimpliciter cogi aduerſariũ,poſsit ſuſtineri petitio,vide Fel. in c.examinata,in pe.col.extra de iudi.tenẽtẽ ꝙ ſic,poſt Anto.de Butr. & Bal.per eum relatos,& eſt etiã deciſio Panor.in c.olim.in iij.col.p illum tex.extra de cẽſib.vide Alex.in.l.ſi nulla.ff.de re iud.in rub.C.qui



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

admit.& eſt cõis iſta opi.cõtra Bar.hic ſecundũ dec.in c.ij.col.ij.de offic. deleg. Item ꝙ vbi proceditur ſine figura iudicij,& ꝙ vbi eſt clauſula ius & iuſtitiam miniſtrari,nõ noceat incipere ab executione vide Aret.in l.ij.§.prius.in ij.col.ad fi.de vulg.& pu.etiã qñ eſt clauſula.s.vide,Alexã. poſt Imol.in l.cũ nullã.ff.de re iudica.vbi etiã alia.Itẽ ꝙ etiam ſi cõuentũ ſit inter ptes vt procedat executiuè non poſsit,vide Alex.ĩ l.alia.§.eleganter.in iij.colũ.ff.ſolu.ma.vbi reſpondet ad eã quę no.in l.iij.j.de pig.& ad idẽ vide Cur.in tract.ſeq.quęſt.xxj.Moder.Bon.in l.nemo põt,de lega.j.vide quę dicit Fel.in c.qm.ſecus eſſe in arbitro & arbitratore.

a ¶ Grauatum.Nota de clauſula,ſi ſenſeris te grauatũ,&c.per Moder.latè Inſti.de acti.in §.curare.in fi.Adde ꝙ Bald.no.per illum tex.in l.defendẽte.ff.de autho.tut.tenet ꝙ poſsit in appellatione,& præcepto de ſoluẽdo,ſimpliciter facto:& hoc in exequendo ſentẽtiã latam.

b ¶ Formãt libellũ. Vide Bal.in ſimili in l.ſi pacto,s.de pac.& ibi not.vide Inſti.de acti.§.primo.ſed do.Ant.in c.examinata.dicit ꝙ talis libellus ſuſtinet: qa tacitè intelligitur condẽnari,ex quo aliàs nõ põt peti cogi.l.cogi.de petitio.hę.ꝙ etiã ibi videt ſequi Imo.Adde Bar.in l.ſi cũ nulla.de re iu.& ibi dixit Bal.in l.conuenticula.C.de epiſ.& cle.& Bal.in j.cõſt.Cod.§.quib⁹.& in l.dita.& hic,& in auẽ.dos data.in fine.de dona.ante nupt.Et de clauſ.,peto cogi,vide in ad.Spec.in titul.de ſen.vide Bal.in j.cõſt.Codi.in iij.col.in verſi.vlterius nota.

c ¶ Executionẽ. Sententia habet executionẽ paratã quo intelligat.& in hac materia adde text.no.& q̃d ibi Bart.ſecundũ vnã lec.& in l.tale pactũ.§.q prouocauit.ff.de pact.& q̃d ibi no.Bar.ĩ l.ij.ff,iud.ſol.

d ¶ Quando imploratur. Adde quòd not.Bal.in l.j.in ij.col.quando fiſ.vel priua.

e ¶ Stipendia.clericorum.Præbendæ clericorum nõ poſſunt adiudicari in ſolutum:vide l.commodis.ff.de re iudi.Sed contra hanc l.eſt caſus in l.ꝑ hanc.C.de eroga.mili.lib.xij.ſed intellige illam ſecundũ iſtam.

f ¶ Eligere pauperes.Adde Bal.in l.captatorias.s.de teſta.mil.

vnum verbum,ſ.ſi ſenſeris te grauatum,[a] compareas coram nobis.Vnde illæ literæ habẽt vim cuiuſdã citationis,& præceptũ,ꝙ ita continet,eſt nullum.Et iſtam formã citandi tangit gl.in l.de pupillo.§.meminiſſe.de no.ope,nun.ff.& ibi dixi.

4 †Itẽ nota contra eos,qui formant libellum,[b] & concludunt aliquem cogi,& cõpelli ad ſoluẽdum.nam iſte libellus non procedit.Antequam enim cogatur,debet cõdẽnari:& ideo libellus debet concludere,peto eum condemnari ad dandũ,& ſoluendum,& cogi,& cõpelli.Nam ſi peteres tñ cogi,& cõpelli,& nõ peteres cõdemnari iſtud non procederet.Puto etiam ꝙ ſi quis in libello vteretur iſtis verbis,peto eum cogi & cõpelli,& ad prædicta condemnari:credo ꝙ libellus ſuſtineretur,non obſtante præpoſteratione.arg.ff.de hęre.inſti.l.talem.& l.nec enim.de ſol.

*SVMMARIVM.*

2 ☞Stipulatio nouans ſententiam,non habet paratam executionem.

3 Pro executione ſñiæ,cõpetit officium iudicis.

LEX II.

1 SI cauſam. †Sententia habet paratam executionem,niſi ſit nouata.h.d.

2 ¶ †No.ꝙ ſtipulatio nouans ſñiam,non habet paratam executionem[c].Nota ꝙ ſententia habet paratam executionem.

3 ¶ †Quæro,quid eſt illud ꝙ habet paratam executionem;vtrum ſit actio iudicati,quæ deſcendit ex ſententia,an ſit officium iudicis,quod competit pro executione?Glo.in l.minor.xxv.an.cui fideicommiſſum,ff.de mino.videtur tenere ꝙ ſic.Idẽ in l.qui de inofficioſo.ff.de inoffi.teſt.In contrarium videtur l.j.in pri.ff.de eden.ibi:qua quis actione agere vult,eã pri⁹ edere debet.& de peti.hære.l.itẽ veniunt.§.idem rectè.vbi gloſ.tangit vnde deberet dari libellus,ſi intentaretur actio iudicati.Sed quando imploratur[d] officium iudicis:tunc nõ eſt neceſſarius libellus,nec ordo iudiciarius:vt l.qui reſtituere.de rei ven.ita loquitur hic,& ita dicit Spec.in tit.de execu.rei iudi.

LEX III.

ORdo rei. Si non reperiaẽ emptor pignoris,dabiẽ creditori inſolutum.h.d.An autẽ iſta datio debeat inſolutum fieri pro toto debito,an ſecundum rei valorem?Glo.hic tãgit,& plenius in l.à diuo Pio.§.ſi pignora,ff.de re iudi.vt ibi Barto.

STipendia. Simile habes in l.commodis.ff.de re iudi.Quæro,an idem ſit in præbendis clericorum.[e] Gl.dicit ꝙ ſic,nõ allegat aliquid.Dic de hoc vt extra,de fideiuſ.c.ij.& tertio.

ETiam nomen. De nomĩe debitoris dic vt l.à diuo Pio,§.ſic quoq;de re iudi.& s.quando fiſ.vel priua.l.j.& ij.& iij.

SI vt proponis. Pronunciatio executoris,non infirmat ſñiam hoc dicit.¶ Opp.s.ſi contra ius vel vtili,pu.l.& ſi nõ cognitio,vbi dicit tex.ſi non cognitio,ſed executio mandetur,oportet inquirere de veritate precum.&c.Et ſic videtur,ꝙ de omni negotio poteſt cognoſci.Breuiter de intellectu illius litere,& ſi nõ cognitio.tãgit gl.in d.l.à diuo Pio,in princi.gl.magnæ.de re jud.Et vide de hoc extra de offi.& po.iud.delega.c.ſignifica.& melius in c.paſtoralis.§.qa verò.vbi habes,an iudex datus ad exequendũ poſsit de viribus ſñiæ pronunciare.

*SVMMARIVM.*

2 ☞Quando non poteſt fieri executio in re,fit in æſtimatione.

1 SI longis. †Mortua ſpecie debita,fit executio in æſtimatione.h.d.

2 ¶ †No.ꝙ quãdo nõ poteſt fieri executio in re,fit executio in æſtimatione,&c.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Si executores vltimarum voluntatũ ceſſant in executione per annum:tunc executio ex conſtitione epiſcopi deuoluitur ad epiſcopum.

2 Si teſtator relinquit centum danda illis pauperibus,quos elegerit titius,quem fecerit executorẽ ſuũ:& titius ceſſauit per annum,poterit poſt annum eos cogere.

EXecutorem. Ego allegaui iſtam legẽ ſemel in vna qõne valde difficili.

1 Dicit cõſtitutio epi,ꝙ †ſi executores vltimarũ voluntatũ ceſſant in executione per

2 annũ:executio deuoluiẽ ad epm.†Cõtingit,ꝙ teſtator relinquit centum danda pauperibus,quos elegerit Titius,quem fecerit ſuum executorem:titius ceſſauit per annum:quæritur,an poſt annũ

f poſsit eligere pauperes[f] Videtur ꝙ non,per conſtitutionẽ.Ego dicebam,ꝙ aliud eſt officiũ exequendi:aliud eſt officium eligendi pauperes.Officium exequendi bene aufertur ei poſt annum:electio verò non:qa nõ eſt de executiõe:qa alius eſt iudicans,alius eſt exequẽs,vt hic dicit tex.clarè.¶ Quæro,an ſit de iure cõmuni ei interdictũ poſt annum?Videtur caſus s.cõmunia de lega.l.fi.§.ſed & ſi quis.Contrarium tamẽ determinat tex.in l.cũ quidam,de leg.ij.vbi facultas eligendi perſonas non perimitur,donec quis nõ ſit conſtitutus in mora,per conteſtationem.& de hac q.eſt ibi textus.

*SVMMARIVM*

2 ☞Quando agitur ad pecuniam,datur condemnato quadrimeſtre tempus ad ſoluendum.

3 Illud quadrimeſtre tempus non abbreuiatur per iudicem,niſi cauſa cognita.

4 Idem quando agitur ad ſpeciem actione merè ꝑſonali.& nu.5.

5 Si ad ſpeciem agitur actione reali,condem natus habet tempus ad ſoluendũ arbitrio iudicis,& numero,4.

6 Idem quando agitur perſonali in rem ſcripta.

7 Idem in actione quod metus cauſa.

8 Quid ſi agatur actione miſta vt petitione hæreditatis.

9 Venditio pignoris intra quantum tempus fiat.

1 ☞ EOs,quos. †Poſt lapſum tẽporis,quod datur iudicatis,debent capi pignora,& diſtrahi,h.d.¶ Oppo.& videtur,ꝙ confeſſus debeat condemnari:vt j.de confeſ.l.j,Sol,Dicit gl.quod dicit condemnari,referas ad coniunctam perſonam.Dicam in,d.l.j.Circa iſtam legem quæruntur duo,quæ expediuntur in gloſſ.

2 ¶ †Quæro primo,quantum tempus habeat condemnatus ad ſoluendum.Secundò,quanto tẽpo

g re debeat differri venditio[g] pignoris.Gl.quæ eſt hic,mirabiliter loquitur.Circa primũ dic,aut agitur ad pecuniam,aut ad ſpeciem.Ad pecuniã,habet quadrimeſtre tempus:vt j.titu.j.l.ij,niſi ꝑ iu

3 dicem cauſa cognita abbreuietur.†non enim poteſt,niſi cauſa cognita:vt l.ij.ff,de re iudic.& lege

4 iiij.§.ſi quis cõdemnatus.†Si verò agitur ad ſpeciem;tũc aut agitur actione reali,aut perſonali,ſi reali,

☞ Aduerte j.q̃d not.Iaſ.in §.omniũ.Inſtit.de actio.arguit Bar.in contrarietate in hac l.j.de execu rei iudi.Sed pro ſaluando Bar.ex in quo videatur contrarietas,vide cõcordiam quam poſui ad l.& ex diuerſo.§.j.ff.de rei vendic.

☞ ¶ Pro concordia. Aduerte in continẽti debet fieri executio,ſicut in actione reali,in actione pſonali in rem ſcripta,vt eſt actio q̃d me.cã.Ita Bar.alle.in hac lege fi.Contrarius tñ inuenitur in l.ſi cũ exceptiõe verſic.quod ſi homo.ff.quod metus cauſa.Tu dic,Bart.in d.verſic.quod ſi homo,loquitur in actione merè pſonali.Prima autem opi.loquiẽ de pſonali in rẽ ſcripta.& hanc ſol.voluit de directo ipſe Bar.in hac l.fin.ideo rectè ponderari debent verba ipſius Bart.

¶ Differri vẽditio. Quantum tempus habeat condemnatus ad ſoluendũ,ad de quod habeẽ j.titu.j.l.ij.& quod ibi dixi,vt per Bald.hic in vlti.col.quæ ponit etiã ꝙ in criminalibus & in obligato ad faciendũ.Spec.in tit.de dila.§.j.in verſi.executore.glo.& Innoc.in c.quęrẽti.de of.deleg.Cyn.in l.j.s.de dila.in verſi.ix.quid ſi quis fideiuſ ſit in cauſa criminali pro Titio,& condemnatus ſoluit in continenti:quia in criminalib⁹ nõ habet locum quadrimeſtre,poſtea agit cõtra Titiũ,& obtinuit,an Titius habeat quadrimeſtre vide Bald.in addi.Spe.in ti.de ſentẽ.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

a ¶De officio iudi.Sed contrarium tenuit glo.in l.ij.ſ.de fru.& lit.expen. de quo ibi vide Barto.

b ¶Quidam docto.Et no.ꝙ ſi tempore executionis reus condemnatur in aliquo vltra id,quod venit in prima ſentētia,pro illa habet nouā dilationem,quæ datur iudicatis.Vide Bar.in l.ſi cum exceptiōe.§.quatenus.ff. quod met.cauſa.ꝙ nota.

c ¶Scripta.Contrarium tenet Bart.in l.ſi cū excepti.§.ꝙ ſi homo.Vide Bal. in l.facultas.j.de iur.fiſci.

d ¶In glo.Et ad limitationem hic dictorum,vide ꝙ habes in l.debitoribus.de re iudi.

e ¶Venditio.Vide Bal.in l.ordo.ſ.eo.& ibi dixi.& hic adde Bald.in addi. Spec.in tit.de ſent. in ix.col.

f ¶Eos qui.No.iſtū tex.dum dicitur ꝙ datur quadrimeſtre,limitat Bal.in l.qñ nōnulli.j.de appel.quem ſequit̃ Roma.in l.j.§.qui præſens.de verbo. obli.& ibi vide Alex.Iſta iura dicentia ꝙ datur quadrimeſtre,fallunt in agētibus actiōe in rem.glo.eſt ſing.in l.in fideicommiſsi. in glo.ij.in fi.ff.de vſur.& latè dixi in l.debitoribus.poſt Bar.ff.de re iud.Et ad id quod dixi,vide no.Inn.ī c.quęrenti.de offic.dele. vbi omnino vide. Ad materiā huius quadrimeſtris temporis,ponit etiam plenè gloſ.Bart.& docto.in.l.fi.ſ.tit. proximo.

g ¶Fruſtratoriè.Per hoc Bald.multum not.in l.ij.ſ.titul.j. dicit,ꝙ ſi in ſententia apponitur terminus,& interim appelletur,ꝙ non currit terminus appellanti,licet deſiſtat, niſi appareat fruſtratoriè appellatum,& in mora. vide eum notabiliter.

h ¶Tu dic.Vide Bal. hic,qui dicit ꝙ talis vſura poteſt peti etiam hodie,& de iure diuino.Ad. de Bart.& Ioan.de Imol.in l.ſi inſulā. §.vſuras.ſol.matr. And.Barb.

*P.P A V. P.*

i ¶Si fuerit appellatum fruſtratoriè.vide Alex.cōſil.xcv. in iiij.vol.in j.col.& conſi.xciij.eod.vol.in ij.col.& conſi.ccccxxviij.vbi etiam habes de oppoſit.Item nota ꝙ iſtud quadrimeſtre nō dat̃ niſi prę-ſtita ſatiſdatiōe.vide Fran.conſi.cxxxij.& de materia quadrimeſtris,& an & qñ cōpetat,vide Fel.in c.quod ad cōſultationem.in viij.colū.extra de re iudi.& ibi etiam in l.ſeq.col.ponit an iudex poſsit arctare vel prorogare,& vide quatuor limitationes ad prædictam reg. de quadrimeſtri,ꝑ Iaſ.in l.ſi arrogator.in vlti.co.ff.de adopt.& ibi etiam in præcedenti ponit quid ſi iudex iſtđ quadrimeſtre ſtatutū ſtatuerit, an diceretur terminus & dilatio legalis,an vero iudicialis,& effectus eſt magnus vt ibi per eū.Item ſex fall̃. vide ꝑ Fel.in c.q̄rēti.in j.col.extra.de of.đle.An aūt hoc quadrimeſtre habeat locū qñ agit̃ ad aliquā ſpem,vide Are.ī l.cōtinu⁹. §.illud.in iiij.col. & ſeq.de ver.obli.

k ¶Oppon.de l.cum quidam.An ꝑ ſententiam fiat nouatio,vide in l.j.de iudi.

l ¶Fieri executio. An ſententia executioni mandetur contra fideiuſſorē ſine nouo proceſſu.etiā omnia iſta intellige,niſi ſnīa feratur cōtra principalem contumacem ex ficta cōfeſſione:quia non nocet fideiuſſori,per no.per Bar.in lege cum fili⁹.de verb. obliga.

m ¶Item inducebā. vide glo.in l.fideiuſſor.ff.de re iud.

reali,habet tempus arbitrio iudicis:vt inſti.de of-
a fic.[a]iudi.in prin.Si perſonali,habet quadrimeſtre
tempus:vt l.in fideicōmiſsi.in princ.ff.de vſur.&
quod me.cau.l.ſi cum exce.§.quod ſi homo. Hoc
dicit prin.glo.iuncto fine ibi:hoc in ſimplici per-
ſonali,&c.Contrarium huius videtur notari in d.
b §.quod ſi homo.Vnde quidā doc.[b]dicebāt ꝙ vbi
cunq; agitur ad ſpeciē,pōt fieri executio incōtinē
ti.Sed hoc eſt contra l.in fideicōmiſsi.in princi.de
5 vſur.Et ideo,quādo†agit̃ ad ſpeciem, dic aut agit̃
actione reali,& tene quod dictum eſt ſ.per gloſſ.
Aut agitur merè perſonali:& habet quadrimeſtre
6 tempus:vt d.l.in fideicōmiſsi.† Aut agitur perſo-
nali ſcripta in rem,vt actione ad exhibendū,quę
c eſt perſonalis in rem ſcripta:[c]vt l.de eo.in fin.me-
lius in l.iij.§.eſt autem perſonalis.ff.ad exhibēdū.
tunc idem quod in reali:vt Inſti.de offic.iudi.§.j.
7 †Et idem dico in actione quod metus cauſa.nā &
ipſa eſt in rem ſcripta:vt l.metū.§.ſi.ff.quod me.
cau.tunc habet tempus officio iudicis,ſicut in rea-
li:vt d.l.ſi cum exceptionē.§.quod ſi homo.& qđ
d ibi no.in gl.[d]meli⁹ quā hic.†Si verò agitur actiōe
8 miſta,vt in petitione hæreditatis:tunc prout in ea
venit vendicatio rerū,ſapit naturā realium:ꝓut
in ea veniunt perſonales præſtationes,ſapit natu-
ram perſonalium:vt l.hæreditatis.ſ.de peti.hęre.
9 ¶†Quæro,intra quantū tempus pignoris fit ven-
e ditio[e].Glo.dicit ꝙ ſtatim poſt quadrimeſtre tem-
pus.Et vide glo.quando pignus prętorium vendi
tur ex diffinitiua,poſt lapſum quatuor mēſiū de-
bent expectari duo alij menſes:vt l.debitorib⁹.ff.
de re iud.quæ clarè dicit ꝙ dantur duo mēſes poſt
lapſum primi termini:licet gl.dicat eam corrigi.j.
tit.j.l.ij.ſed non eſt verum,vt ibi dicam. Quando
verò vēditio fit ex interlocutoria,dicam in l.cum
proponas.de bo.autho.iud.poſ.

## *De uſuris rei iudicatæ.* *Rubri.*

¶Glo.tua continuat:& ideo continua vt habes in ea:dictum eſt ſ.de excep.rei iudic.ſequitur videre de pœna imponenda moroſo,qui non ſoluit.Pœna enim ſibi imponit̃:qa tenetur ad vſuras rei iudicatæ:ideo ponitur hic iſte titulus.

### LEX I.

IS,qui bona. Breuiter dicit:qui
1 †non paret ſententiæ intra tem
pus tenetur ad vſuras cēteſimas.
h.d.iſta lex breuiſsima.

### LEX II.

EOs,qui. [f]†Condēnatus ad ſoluē-
1 dum,habet quatuor mē-
ſes,à die ſentētiæ primæ,ſi non fuerit ap
pellatum:vel à die cōfirmationis,ſi fuerit appella
tum h.d.¶Opponi.de l.debitoribus.ff.de re iud.
Sol.Illa corrigitur per iſtam.Dicit gl.hoc nō pla-
cet vt dixi ſ.tit.j.l.fi.Nam quoddam eſt tempus,
quod datur ad ſoluendum condemnato:& de iſto
loquitur hic.Quoddam eſt datum ad vendendum
pignora capta poſt primam dilationem:& de illo
loquitur lex contraria.¶Oppo.ff.de app.l.nego-
tiorum.de vſur.l.tutor.Dicit glo.ibi loquit̃ quā-
g do fruſtratoriè[g]appellauit.Tu dic[h]& ibi loquitur
h de vſuris primæ actionis,quæ vſuræ currunt pen
dente iudicio primo,nec extinguuntur per ſentē-
tiam,à qua eſt appellatum.Fateor tamen,ꝙ illud
i quod gl.dicit,ꝙ ſi fuerit appellatū fruſtratoriè[i],
ꝙ currunt vſuræ centeſimæ lapſis quatuor menſi
bus à die primę ſnīæ:& ītellige fruſtratoriæ:qñ
euidēter calūniosè appellauit per dictā regulam.

*S V M M A R I V M.*

2 ☞Illud,à quo remouetur genus,& quælibet ei⁹
ſpecies.
3 Sententia nouat primam actionem,& interrum
pit curſum vſurarum.
4 Nouatio tribus modis ſumitur.& qui ſint.
5 Exceptio cōpetens principali,porrigitur ad fide-
iuſſorem contra principalem,niſi perſonæ cohæ-
reat.& nu.1.& 6.
6 Sententia lata contra principalem,mandatur exe
cutioni contra fideiuſſorem.
7 Fideiuſſor iudicatum ſolui,qui exactus eſt pro
domino,habet executionem paratam contra do-
minum.

### LEX III.

SAncimus. Bona lex eſt:
breuiter dicit:
1 Quadrimeſtri†tempore elapſo,cur-
runt vſuræ legitimæ ſortis tantum
& nō vſurarū,& dilatio,quæ datur reo,prodeſt fi-
deiuſſori.h.d.Diuiditur in duas partes principa-
les.In prima dicit vſuras currere ſuper ſorte tm̄
In ſecunda dilationē porrigit ad fideiuſſorē.Secū
da ibi:& cū antiquitas.Itē prima ſubdiuidit̃:quia
primò ponit dictū.Secundo probat ꝑ rationē à re
motione generis.Tertiò ꝑ rōnē à remotione ab
ſurdi.Quartò ꝑ rōnem à maiori.Quintò ꝑ ratio-
nem à nouatione.Partes videbitis in tex.Secūda
ibi:cū eñ.Tertia ibi:ſi eñ ſine.Quarta ibi:ſi eñ
ex iudicati.Quinta ibi:ſi enim nouat̃.¶Nota ex
prima particula,ꝙ currūt vſuræ ſortis tm̄,nō vſu
2 rarū.¶†Secūdò nota illud,à quo remouet̃ gen⁹,
& quælibet eius ſpecies.¶Tertiò nota ex quinta
3 particula,ſ.ꝙ†ſnīa nouat primā actionē,& īter-
rumpit curſum vſurarū.Venio ad primū dictū.
k ¶Oppon.de l.cū quidā[k].§.in tacito.ff.de vſuris.
Solue vt in gl.¶Vlterius oppo.dicitur hic ꝙ per
ſnīam nouat̃ prima actio.¶Cōtra.ff.de pig.l.gre
ge.§.etiā.Veritas eſt,quā ponit Cy.in l.aliā.ff.de
4 noua.& gl.& Cy.tangūt ſ.de iud.l.j.†ꝙ nouatio
aſſumit̃ tribus modis.Vno modo,primæ actiōis
in ſecundū trāsfuſio.& de iſta loquit̃ ff.de noua.
l.j.Secundò modo accipit̃ nouatio,hoc eſt,nouæ
qualitatis additio.& iſta fit ꝑ li.conte.vt l.aliam.
ff.de noua.ſit eñ actio prima,perpetua,& tranſi-
toria ī hęredes:ſed nō erit noua.Tertiò modo ac-
cipit̃ nouatio,hoc eſt,nouę formę adiectio:& iſta
fit per ſnīam.nā adijcit̃ noua actio ꝑ ſnīam.Item
impedit primas vſuras ꝑ centeſimas:nō tñ ꝙ pri-
ma actio tollat̃.Ita loquit̃ hic.¶Venio ad ſecūdā
5 partē ex qua nota duo.¶Primò,†ꝙ exceptio cō-
petens principali,porrigit̃ ad fideiuſſorē.¶Secū-
6 dò nota†ꝙ ſnīa lata cōtra principalē,mandat̃ exe
cutioni cōtra fideiuſſorem.¶Ad primū op.ff.de
excep.l.excep.Sol.Quod hic dicit̃,Fallit in exce
ptionibus cohærentibus perſonæ:vt l.contraria.
¶Ad ſecundū op.& videt̃ ꝙ contra fideiuſſorem
l non poſsit fieri executio,[l]cōtra quē nulla præceſ
ſit inſtantia,nec ſnīa:vt j.q.res iudi.nō no.ꝑ totū
tit.& ſ.tit.j.l.j.ff.de pig.l.grege.§.ſi cū defenſore.
Sol.Odof.intelligit iſta in fideiuſſore de iudica-
to ſoluēdo:licet gl.loquatur ſimpliciter.Leges
cōtrariæ loquuntur in fideiuſſore cōtractus,licet
gl.pc.loquatur hic ſimpliciter.Iſta materia,vtrū
executio fiat contra fideiuſſorem,eſt valde lon-
ga.quam pleniſsimè tractaui in l.j.& in rub.ff.iu.
ſolui.Tamen quātum ad propoſitū docto.dicūt:
Aut loquimur in fideiuſſore cōtractus:& loquū
tur cōtraria.Aut loqmur in fideiuſſore iudicatū
ſolui:& loquitur hic.Et ꝙ iſte tex.loquat̃ de exe
cutione,quæ fiebat in fideiuſſorē:patet ex eo ꝙ
m dicit ſtatim,vt ibi dixi.Itē inducebam[m]hanc l.ad
7 aliud,ſ.†ꝙ fideiuſſor iudicatū ſolui,qui exactus
eſt ꝓ dño,habet executionē paratā contra dñm,
nec habet neceſſe contra eū dare libellū in actiōe
mādati,nec ꝓcedere ordinatè:vt hoc tex.ibi:ſta

tim pecunias,&c.Plenè vide in l.j.iud.ſol.Gul.tā
git hoc in.l.ij.§.fi.cum.l.ſeq.ff.qui ſatiſda.cogan.

*Si plures una ſententia condemnati ſunt. Rubrica.*

*SVMMARIVM.*

1 Libellus,in quo conueniuntur plures ſimul, &
quilibet inſolidum,procedit ſi adijcitur ꝙ vna
ſolutio ſufficiat.
2 Illud,quod dicitur,quod debet pronunciari ſu-
per toto,intelligitur ſuper toto quod petitur:li-
cet in ſententia omitteretur aliqua qualitas.

LEX I.

1 SInō ſinguli. † Plures ſim
pliciter cōdemnati, intelliguntur
in partes æquales: niſi aliud ſit
expreſſum. h. d. totus iſte titu-
lus. ¶Not. quod dixi in ſummario. Oppon.aut
tu dicis ꝙ libellus ſic præceſsit[1], quia petebantur
cētū ſimpliciter ab omnibus:& tūc nō verum: qa
ſnīa debet conformari libello:vt in l.vt fundus.
cōi di.& ideo nullū dubiū habet lex:qa ſic pete-
2 batur.† Aut tu dicis,ꝙ dabaẽ libellus inſolidū cō
a tra plures:& tunc vr̃ ꝙ libellus nō procedat:[a] &
ꝑ cōſequēs nec ſnīa:vt ſ.de fideiuſ.tut.l.j.vbi di
citur expreſsè ꝙ nō ꝓcedit libellus,qn̄ cōueniūt
fideiuſſores & tutores pupilli inſolidū.Sed poſi-
to ꝙ procedat libellus,adhuc vr̃ ꝙ nō valeat ſen-
tentia:quia pro parte tantū iudicauit,& ꝓ parte
non:nā cum petebat à quolibet inſolidū,cōdēna
uit quēlibet pro parte:ergo ſnīa eſt nulla:vt not.
ſ.ſi aduer.rē iudi.l.j.Dico ꝙ pōt intelligi duob⁹
modis hæc lex.¶Vno modo,ꝙ petebā ſimpl̃r cē
tum:& dubiū facit in lege:quia vbi obligatio prę
cedit inſolidū:ita & petitio & ſnīa videbanẽ in-
ſolidū debere intelligi,qđ hac l.remouetur.Secū
b do modo[b] pōt intelligi,quod cōueniebā plures ſi
mul,& quemlibet inſolidū,hoc adiecto,ꝙ vna ſo
lutio ſufficiat.Iſte libell⁹ procedit vt j.de duob.
re.auẽ.hoc ita.& l.in executione.§.inſolidū.ff.de
verſi.ob.Habes in gl.not.quæ dicit in l.ſi mādato
Titij.§.Paulus rūdit.ff.mand.& tūc dubiū facit
c hic:quia videbaẽ ꝙ verba ſnīæ[c] deberent intelli-
gi ſecundū verba petitionis.qđ hic remoueẽ.Nā
verba ſnīæ debent intelligi ſecundū ſe,& ſecun-
dū quod ipſa importaut,nō ꝑ relationē ab libel-
lum:niſi ad libellū expreſſe ſe referant:vt vidiſtis
in l.fi.ſ.de ſen.quæ ſine cer.quāti.Non obſtat l.j.
de fideiuſ.tut.quia fateor ꝙ nō poſſunt cōueniri
inſolidum ſi exiganẽ.Ita loquiẽ ibi.Ita ſentit ibi
gl.paruula.Sed ſi adijciẽ in petitione,ꝙ vnius ſo-
lutio ſufficiat:bene procedit,vt dictum eſt.ſ. Nō
obſtat ꝙ pro parte pronunciatur,& pro parte nō
d qa imò ꝓnunciauit ſuper toto[d] in eo qđ eſt peti
tum,licet illā qualitatē an inſolidū,vel pro parte,
3 omiſerit.quod nota† qa illud,ꝙ dicitur, ꝙ debet
pronunciari ſuper toto:intelligatis ſup toto qđ
petitur.nec vitiatur ſnīa,ſi omittereẽ pronuncia-
tio ſuper aliqua qualitate. quod tenene menti,
e ¶His præmiſsis[e] venio ad glo.Opp.& videtur ꝙ
ſnīa proſit cōdēnato,contra l.euidēter.ff.de ex-
cep.rei iud.Dicit gl.hic videtur condemnatus in
parte,& in parte abſolutus.Iſta eſt falſa,vt no.in
l.j.ſ.ſi aduer.rem iud.Vel dic,ꝙ non prodeſt ei:
quia adhuc prima actio durat inſolidū:ideo ſen-
tentia nō tenet,niſi pro parte,ſi eſt vera.

LEX II.

QVoties. Opp.ſi vnus ex pluribus ap.l.j.Solutio,
Vnius appellatio prodeſt alijs,vt ibi
no.tamē non nocet vni, niſi alter nō
ſit ſoluendo,

*Quibus res iudicata non nocet. Rub.*

*SVMMARIVM.*

2 ☞Frater admittitur ad defenſionem rei fratris
ſine mandato,
3 Sententia lata contra eum,præiudicat eidem fra- i
tri,ſi non vult habere ratum.
4 Quòd tunc frater,qui litigauit,teneatur ex cau-
tione de rato;ſi eam interpoſuit.

LEX I.

1
f SIneque.†[f] Breuiter dicit totus iſte ti
tulus.Res iudicata contra vnū, k
non nocet alijs ſiue ſit coniūcta
perſona,ſiue nō,ſiue in cauſa ci-
uili,ſiue in criminali:ſiue ſit in
2 eadē cā.ſiue in ſimili.h.d.totus iſte tit.¶† Oppo.
g ꝙ frater[g] eſt pſona,q̃ admittiẽ ſine mādato:vt l.
ſed & hæ.ff.de procu.†Sol.Ex hoc nō ſeqr̃,ꝙ ſen
tentia lata contra eum præiudicet,ſi nō vult hoc
4 ratum habere.Fateor tn̄,ꝙ † ipſe frater,qui liti-
gauit teneaẽ ex cautione de rato,ſi eā īterpoſuit.

LEX II.

h REs inter alios.[h] Oppo.de l.Papinianus.§.ſi.de inoffi.teſt.Gl.q̃ eſt hic, di-
cit,quod eſt regula,quæ fallit in caſibus,quos gl.
ponit hic:quos vide.Do.Cy.omnes caſus ſpecia-
les inducit per modum cuiuſdam diſtinctionis
valde longæ,quam omitto pro modo;licet iſta di
ſtinctio egeret multis ſuppletionibus.

*Comminationes, epiſtolas, programmata. Rubrica.*

¶Iſta rubrica ponit ſummarium totius tituli:cō
tinua vt in gl.

LEX VNICA.

1 IVdex. Nota† ꝙ mandatum de mittendo
aliquem in poſſeſsionem, non
præcedente cauſæ cognitione,
i non valet,[i] vt hic:quod no.Di-
ce mus in.l.meminerint. j. vnde
vi.quod tene mēti Hic nō ſunt alia.

k *Si ex falſis[k] teſtimoniis.& inſtrumentis iudicatum ſit. Rubrica.* l

LEX I.

1 SI tabulas.[l] Hic tot⁹ ti. Breuiẽ hoc m
intēdit:Sententia prætextu fal
ſorū inſtrumentorū lata,reſcin
ditur tribus cōcurrentibus, ſeu
cōuenientibus:ſi falſo ſunt ꝓ-
ducta,& de falſo non ſit cognitū,& propter illa n
falſa ſit iudicatū.qđ ꝓdeſt ad tria.ſ.ad ſnīam re-
ſcindendā,ad executionē impediendā,& ad ſolu
tū repetendū.h.d.totus tit.Poſtea examinabim⁹
m inde l.ad l.¶Opp.ſ.[m] de fi.inſt.l.vlt.Sol.Ibi fuit
de falſo cognitū in primo iudicio:hic nō.Si ergo
in primo iudicio eſt cognitū de falſo,nō nocet in
alio:qđ intellige ſi ad eundem finem quæratur
de falſo,in eodem iudicio,iuxta ea,quæ notantur
per Cy.in l.peremptorias.ſ.ſen.reſcin.non poſ.
Habemus in l.q Romæ.§.duo fratres.ff.de verb.
ob.Item oppo.Inſti.qui ma.non poſ.§.ſemel.So
lut.ibi exponit cauſa falſa,id eſt,non vera.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Sententia lata prætextu falſorum inſtrumen
torum,& ſic reſcindenda,non firmatur per ap-
pellationem.
2 Probato falſo,ſententia reſcinditur per reſtitu-
tionem in integrum.& quando id fallat.

LEX II.

ET qui. Quæro.diciẽ hic,& qui nō prouocauerunt.Quæro qd
1 †ſi appellaſſet,an ſnīa firmareẽ? Videẽ ꝙ
ſic.ff.rem ra.ha.l.cum minor.§.falſus.Cōtrarium
eſt verū,per l.expreſsim.ff.de appel.Nō obſtat
§.falſus.qui ibi ſnīa ſolum deficiebat propter de
fectum cōſenſus:hic vero propter falſitatē inſtru
2 mētorū.¶†Quæro,ꝓbato falſo,qualiter ſnīa re
ſcindaẽ.gl.hic dicit ꝑ reſtitutionē in ītegrū:vt l.
diuus.de re iudi.Fallit in caſu ſ.ſi ex fal.alleg.l.j.
n Hoc,ꝙ gl.dicit,[n] eſt verū,qn̄ ſnīa ꝓpter falſa in-
ſtrumenta,

a ¶Non procedat. Hic adde quæ habes in l.Paulus. la ij.ff.de re iudic.

b ¶Secundò modo. per Bar.latius.l.iij.§.j.ff.de duo.reis.

c ¶Verba ſnīæ. Vide Bar.ī l.j.ſ.de er ro.cal.& Bart.in l. Paulus.la.ij.ff.đ re iudic.verba ſenten tię debent intelligi ſecundū ſequētia. vide tn̄ Bal.in l.fi. ſ.cōmuni diui.

*P. P A V. P.*

c ¶Verba ſnīæ. Vide quæ habes ī bertach. in verſic.ſnīa interpreta.& adde ꝙ ſi iudex condemnet aliquẽ ſnīa ī telligiẽ ſine die vl̃ cōditione:licet inſtrumentū vigore cuius præferẽ ſnīa cōtineat diem vel conditionem.vide Aret.in l.j.C.ſi ad. liber.& ibi etiā vide Sali.aliter diſtinguentē vide ad doctrinā Bart.hic eūdem,in l.Paulus la ij.ff.de re iud.vide Alex.in l.miles.§. decē.eod.tit.de re iudi.iſta tn̄ reg.nō procedit in ſnīa ad iudicatoria iuris regalis,quia intelligitur pro rata dn̄i cōpetentis.l.iiij.§.ſi alter ff.fini.regūd. vbi Bal.& Florenno.& Aret.in l.ſi ſeparāti.§.quoties ff.de acquiren.poſ. Ioannes de Imol. & alios in princi.

d ¶Super toto.Facit quod not.Bal.in l. pe.in ij.col.de ſen. quæ ſine cert.quāti.& expreſsè bal. in l.ij.in ij.colū.de re iudica.

e ¶His præmiſsis. De intelligētia huius legis vide doct. in l.repetita,& qđ ibi Bar.de fide inſtru.& vide Alex. in l.j.C.de iudi.

f ¶Si neque. Vide Barto.in l.neq; ff. de cri.expil.hære.

g ¶Oppon.ꝙ frater. Idē tenet Bart.ī l. ſępe.ī ij.& ff.de re iudi.& vide in l.ij. in fi,ſ.de eden.

h ¶Res inter alios. Per Innoc.in cap. quāuis,de re iudi,

i ¶Non valet.Idem de mādato de diſcutiendo de poſſeſ ſiōe,ſecūdū Bal.q dicit hanc eſſe ſingularem.

*P. P A V. P.*

k ¶Si ex falſis.Not. ꝙ licet teſtes producti in cauſa probarenẽ falſi, nō tn̄ retractaretur ſnīa, niſi conſtaret qđ iudex mot⁹ fuiſſet per illos, & qualiter iſtud procedat vide Fel.in c.inter cætera.in iij. colū. extra de re iudica. vide latius de materia qūo poſt ſententiam poſſit opponi exceptio falſitatis. & quid debeat probari, vide Felinum in c.licet cauſam.ī xv.col.& plurib⁹ ſeq. extra de probat. Item an ſufficiat ꝓbare teſtem fuiſſe corruptum,vide Feli.in c.ſicut.in vlt.colū. extra de teſti. Itē ꝙ pendente cognitione talis falſitatis obſeruari debet ſententia,vide Feli.in c.acceptamus. in iij.colū.extra de fid.inſtru.

l ¶Si tabulas. Adde Bar.in l.diu⁹.ff. de re iudica.

m ¶Opp.ſ.idem dicit in l.diuus.ff.de re iudi.adde Bald. in d.l.vl.in vj.col. & per hoc in l.ij.cū ibi not.j.de falſis.

n ¶Glo.dicit. Adde Bar.in l.nā poſtea. §.ſi minor.ff.de iureiurā. & hic adde Bal.j.c.in l.fina.in vij.col.& Bar.in d. §.marcell⁹.& in l. j.ſ.de aduo.di.iud. ADDE quid iuris ſi teſtis corruptus dixerit verū Inno.in c.ſicut.de teſti.c.cum dile.de dona.dicit ꝙ ſnīa nō tenet:ſed in ca.cū cauſam.de proba.tenet cōtra.Adde gl.in l.j.§.j.ff.de fal.cui cōiunge gl. in l.damus.C.de fal.ponit quid iuris in dicto caſu. Andreas Barba.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

a ¶In cōtrariū. An vt ſnīa reſcīdaṫ ſufficit probare, teſtes falſum dixiſſe: an reqraṫ ēt quod ꝓbeṫ, eos fuiſſe corruptos, p Bal. in l. fi. in j. co. j. c. Adde Spe. & Io. an. in ti. de ſenten. §. quaſr ver. item oppon. & an tūc ſnīa retractetur vide in verſicu. ſequentibus. Et an ſi poſt terminū teſtes nō poſſunt reprobari an iudex poſsit inqrere, vide Bar. cōſi. xcix.

b ¶Oppo. ꝙ qui. & ſcripſi poſt Imo. in d. l. j. de re iudi.

c ¶Exceptio. An iſta exceptio falſi impediat executionē vide ēt bald. in l. ij. cū ibi not. j. de fal. & Bal. ī addi. Spec. de exec. ſen. in iiij. col.

d ¶Exceptiones. q̄ exceptiones poſſunt opp. in executione ſnīæ, vide eū in l. iiij. §. cōdēnatum. de re iu. & vide eū in l. diuus. e. ti. infi.

e ¶Practicam. Nota hanc practicam cōtra executionē ſententiæ.

f ¶Confeſſos. Et de confeſsione erronea. vide Barto. in con. cxxij. incipiē. in cauſa Io. Patrochij. Andre. Barb.

f ¶Cōfeſſos. De differentia inter hunc tit. & ti. de interro. actio. vide Bartol. in rub. ff. eo. Et an cōfeſsio vnius noceat alij, vide bart. in l. ij. ſ. de eden. & doct. Quæ differentia ſit inter confeſſum, & conuictū, vide docto. & maximè Abba. in c. at ſi clerici. de iudi. & ſtatutū faciens mētionē de confeſſo, intelligitur de ſpōte confeſſo. Ita dicit Bal. ī l. ij. j. quo. ap. vbi dicit, quod eſſet verùm in materia exorbitante: & ſtatutum faciēs mentionem de confeſſo, ſimiliter intelligitur de vero nō de ficto. Ita notat dominus Ant. & alij, in c. at ſi clerici. đ iud. & bene facit tex. in l. quoniam. & quod ibi

ſtrumenta, eſt lata cōtra præſentē. Sed ſi eſſet lata contra abſentem, eſſet ipſo iure nulla: vt l. ſi prætor. §. marcellus. ſ. de iudi. & ibi no. Iſtam materiam plenè examinaui in d. l. diuus. ff. de re iudi.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Non ſufficit probare, teſtes dixiſſe falſum & illis atteſtationibus iudicē motū, vt ſnīa reſcindatur: ſi quis in poſitionibus, vel in libello dixit, teſtes falſum dixiſſe pecunia corruptos.

2 Quando committens falſitatem in iudicio perdat cauſam.

## LEX III.

FAlſam. Circa iſtam legem eſt examinandū vnum, de quo eſt opi. 1 † vtrū ſufficiat ꝓbare teſtes dixiſſe falſum & illis atteſtationibus iudicē motū, ad hoc vt reſcindaṫ ſnīa. Hic a videtur ꝙ ſic. In contrarium[a] videtur, ꝙ debeāt ꝓbari duo: ſcilicet, ꝙ dixit falſum. & ꝙ corruptus pecunia: vt l. diuus. ff. de re iudi. alias non reſcindatur ſnīa. & hoc tenuit Pla. Gl. videṫ tenere cōtrarium, ꝙ nō requiratur ꝙ iudex ſit corruptus pecunia: qa idē eſt iuris in teſtibus, & in inſtrumētis: ſed in inſtrumentis nō adhibeṫ illa diſtinctio an ſit corrupt⁹, vel non: ergo &c. Veritas eſt iſta. qñ aliquis ſe adſtringit in poſitionibus ſuis, vel in libello: qa dicit teſtes falſum dixiſſe corruptos pecunia. Certè ſi ad hoc ſe adſtringit debet vtrunq; probare, alias non. Secus ſi ad hoc ſe nō aſtringit. Iſtud probatur extra, de proba. c. licet. Et ibi vide de hoc p Bar. & Inn. Ego plenins in d. l. diuus. 2 ¶†Oppo. ꝙ qui[b] falſitatem cōmittit in iudicio, b perdit cauſam: vt ſ. de pœni. iudi. qui ma. iudic. l. j. & ff. de iure fiſ. l. in fraudē. §. neque inſtrumenta. Sed hic dicitur. ꝙ cā reſtauratur in priſtinum ſtatum. ergo male. Breuiter, qñq; quis cōmittit falſitatem circa acta iudiciaria falſificando & fraudando: & tunc perdit cauſam: vt d. l. in fraudem. Quādoq; committit falſitatē corrumpendo aduerſarium vel iudicem: & tunc perdit cauſam: vt ſupra de pœ. iud. qui ma. iu. Quandoque committit fraudem circa teſtes, vel inſtrumenta, & tunc nō perdit cauſam. Ita loquitur totus iſte titulus.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Exceptiones oppoſitæ poſt ſnīam contra actionē primā, & aliæ, quæ poſſunt incontinenti probari, impediunt executionem ſententiæ.

2 Practica formandi exceptionem, contra executionem ſententiæ.

IVdicati. Vides hic, ꝙ iſta exceptio[c] impedit c executionem. Contra. ſ. de ordi. co. l. fi. Sol. Breuiter, 1 † quædā exceptiōes[d] d opponuntur poſt ſnīam, non contra ſnīam, ſed cōtra actionem primā: & iſtæ impediunt executionē, vt l. j. ſ. de iur. & fac. ign. & ibi dicā iſtud. Quædā exceptiones opponūṫ poſt ſnīam: cōtra ipſam ſnīam, nō cōtra actionē primā. & hic aduerte. aut de illa exceptiōe liquet nullo alio ꝓbato extrinſecus: vt qa fuit ꝓlata nulla p̄cedēte inſtātia, vel fuit cōdēnatus domin⁹: vbi deberet condemnari procurator, & ſimilia: tunc etiam impeditur executio: vt l. j. ſ. de execu. rei iudi. & l. ſi cū nulla. ff. de re iudi. Si vero requiritur alia probatio extrinſecus: tunc aut iſta probatio requirit altiorem indaginem: & tunc nō impedit executionē, vt l. fin. ſ. de ord. cog. & j. de fal. l. ij. & extra. de in integr. reſt. c. auditis. aliàs ca. ſuſcitata. Si verò illa exceptio poſsit probari incōtinenti, tunc impediretur executio. & hic eſt caſus in l. noſtra: nā hic loqtur qñ iā in alio iudicio inſtr̄a erāt ꝓdita falſa ita ꝙ de falſitate ꝓbatio, erat ꝓ aperta, & manifeſta. & vide tex. q dicit, ꝙ iſta diſtictio ſit vera. ꝓbatur p ratione. Nā vos ſcitis. ꝙ in executione ſnīe adhibeṫ cognitio ſummaria: vt l. à diuo Pio. §. ſi ſup rebus. ff. de re iudi. Sed in ſummarijs cognitionibus admittunṫ exceptiones, q̄ poſſunt ꝓbari incontinenti, nō iſta, q̄ requirunt indaginem: vt l. iij. §. ibidē. ad exhi. & ad Trebelli. l. ille à quo. §. ſi 2 de teſtamento. & l. † à quo. in prin. vt in poſ. lega.

e ex hoc habes practicam[e] qñ formas exceptionē contra executionem ſententiæ: quia debes dicere, quam paratus ſum incōtinenti probare. quod ſi non poſſet probare incontinenti, iudex poſſet eam reſpuere. quod no. & tene menti.

## *De confeſsis. Rubrica.*

¶Continua vt in gl. Dictum eſt ſ. de vere condēnatis. ſequitur videre de quaſi condemnatis, qui dicantur confeſsi. ¶Quærit gl. quomodo differt hic titulus, à titulo de interrogatorijs actionib⁹. Dicit gl. ꝙ hic titulus habet locū poſt lit. conteſta. ille titul. de interrogatorijs actionibus ante li. conteſt. Et vide gl. de hoc not. de interrog. actio. ſuper rub. de procu. l. non ſolum. in prin. Veritas eſt iſta, ꝙ hic titulus habet locum ante lit. conteſ. & poſt: quia etiam nullo præcedente libello, vel litis conteſt, fiunt confeſsiones, vt j. videbitis. & differt ab illo: quia ibi de interrog. actio. q̄ fiunt in iudicio, ad litis ordinationem, hic de his quæ fiunt ad litis deciſionem, dixi ff. eo. ſuper rubrica.

*SVMMARIVM.*

2 ☞A confeſsione ſua facta in iudicio non poteſt quis recedere.

3 Confeſsio facta in iudicio habet executionem paratam. & nu. 7. & 8. & 9.

4 Quando dicatur confeſsio in iure. & nu. 7.

5 Quæ pertinent ad iuriſdictionem voluntariā iudicis: poſſunt in quolibet loco expediri.

6 Quid in his, quæ pertinent ad iuriſdictionem cōtentioſam.

7 Confeſsio facta in iudicio proſequendo: an proſit confitenti.

8 Confeſsio incerta facta in iudicio meretur executionem in caſibus, in quibus valeat ſnīa incerta.

9 Confeſsio facta in iudicio, ſuper eo, quod ius, vel natura reſpuit, non valet. & nu. 8.

10 Poſitioni iuris. non tenetur quis reſpōdere ibi. & in cauſa capitali cōfeſsio ſpontanea præiudicat.

11 In criminalibus, quando quis habetur pro iudicato. per cōfeſsionē, debet ſequi ſnīa diffinitiua.

12 Idem in cauſa ciuili, quando confeſsio emanauit poſt litem conteſtatam.

13 Confeſsio facta in iudicio, in quibus æquiparetur ſententiæ. & nu. 8.
Confeſsio adulti tenet ſed reſtituitur.

14 Confeſsio tutoris, quando præiudicet pupillo.

15 Confeſsio facta in iudicio, debet poni in actis.

16 Quòd confeſsio valeat ſine interrogatione.

17 Ad tales reſponſiones compellitur aduerſari⁹ officio iudicis.

18 Confeſsio facta coram iudice, an mandetur executioni per alium.

19 Si fiat coram iudice incompetenti, executionem non meretur.

20 Si fiat corā arbitro, ita p̄iudicat ſicut corā iudice.

## LEX VNICA.

f COnfeſſos. [f]Hæc ē notabilis lex, h & habet notabilē gloſ. Breuiter 1 hoc intēdit: † Cōfeſſus in iure, habeṫ pro cōdēnato: & cōtra eū pōt fieri executio. h. d. Iſte tex. habet duas partes, vt patet in ſumma, No. ꝙ confeſſus in iure habetur ꝓ condēnato. Simile in l. j. 2 ff. e. ¶No. ꝙ à cōfeſsione ſua qs nō pōt recedere. ꝙ dicam in l. error. de iur. & fac. igno. & dixi ff. e. 3 l. ij. ¶† Tertiò no. ꝙ cōfeſsio habet executionem paratā. Ita dicit hic tex. & l. poſt rem. ff. de re iudi. & l. debitoribus. e. ti. ꝙ no. & tene mēti. Et propter hoc in ciuitate iſta, inſtrumenta cōfeſsionata[g] mandanṫ executioni, ſicut ſnīæ diffinitiuæ:[h] g h qa p ſtatutū ſi ſit cōfeſsio facta corā notario, videatur facta corā iudice: in Tuſcia vocanṫ inſtrumēta guarētigionata. qđ no. Venio ad gl. ſiue eſt magna. Vides ꝙ gl. ponit regulā, & multas limitationes ad eā. Ego pro declaratione glo. formabo pro qualibet limitatione vnam oppoſitionē. ¶Opp. ꝙ confeſsio non præiudicet: vt l. ſi ex cautione. & l. ex contractibus. ſ. de non nume. pecu.

Bald. ff. de his qui no. infa. vbi dicit, ꝙ bannitus, q ex forma ſtatuti habetur pro cōfeſſo, nō efficiṫ infamis. Et vide ꝙ ſingulariter tradidit Gul. in Specu. de confeſ. §. nūc videndū. cū cōcord. quas habes p Alex. in l. ij. §. pen. de eden. vbi dixit ꝙ quāuis confeſsio facta in vno iudicio, faciat probationē in alio: nunquā tamen hoc eſt verū ſi ſit facta per procuratorē: recipit tamen dictum ſtatutum interpretationem paſsiuam, vt habetur poſt Bart. in l. ij. j. quo. appe. Quando autem ſtatutum habens aliquem pro cōfeſſo, debes intelligere de confeſsione iudiciali, & ſolenni, ſecundū Bald. in l. quoniā. in prin. cōmenti. ff. de his qui no. infa. quod dixi tenendum. & ſcias ꝙ ille, qui cōfiteṫ videtur ꝓmittere dare, Bar. in l. ex facto. de hære. inſtit. vide poſt Bar. in l. Pub. §. fi. ff. depo.

g ¶Inſtrumenta cōfeſsionata. Quę eſt rō ꝙ hodie inſtrumentū cōfeſsionatum habet executionē paratam de iure cōi, vide Bald. in l. j. ſ. de exec. rei iud. in j. colum. per Paul. de Eleaza. in cōmento c. ex parte. de confeſ. circa pe. col. & ibi etiam aliquid per dñm Ant. Adde Pau. đ ca. con. lxxiij.

*P. P. AV. P.*

h ¶Sententiæ diffinitiuæ. vide Bar. ī l. cum huius. in fin. princ. ff. de bo. au. iud. poſ.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

vbi dicitur quod intra biennium poteſt obijcere
exceptionē nō nu.pecu.licet fuerit confeſſus.Hu
ius timore dicit gl.ꝙ hic debet intelligi cōfeſſus.
ſ.in iudicio.Nā ibi loquitur de confeſsiōe extra
iudicium,ꝗ nō prodeſt ad obligandū,ſed ad libe
randū,dicit gl.Sed de hac cōfeſsione extra iudi-
ciū.nihil dicā hic.ſed materia eius eſt in.l.genera
liter.de nō nu.pe.& ibi dicā.Tetigi in l.nō ſolum
§.ſi liberationis verba.de lib.leg.iuxta hoc eſt vi
4 dendū,†qn̄ dicat̄ fieri cōfeſsio in iure.ᵃGl.hic di
a cit,in iure,vbicunque ſit iudex:vt ff.de interrog.
actio.l.voluit.§.& ait.In cōtrarium vr̄,ꝙ iudex
debeat ſeruare locū maiorū:vt l.cum ſniam.ſ.de
ſenten.& l.pe.§.fi.ff.de iuſtit.& iur.Propter qđ
5 dic,&†quædā ſunt,ꝗ pertinet ad iuriſdictionem
voluntariā.& iſta pnt expediri in quolibet loco:
vt l.ij.ff.de offi.procon.& le.& ſic ſeruat̄ in emā-
6 cipationibus,& ſimilib⁹ caſibus.†Quædā ptinēt
ad iuriſditionē cōtētioſam:& tūc ſi qdē debent
expediri ſummariè,& de plāno,pnt expediri in
quolibet loco:vt l.nec quicquā.§.de plano.ff.de
offi.procon.& l.ij.§.dies.quis ordo in bono.poſ.
b ſer.& ibi gl.¶Quędā vero reqrūt plenariā[b] cau-
ſę cognitionē:tūc ſi quidē quod agit̄ pertinet ad li
tis ordinationē,poteſt expediri in quolibet loco:
vt d.l.voluit.§.ꝙ ait.de īterro.actio.Si ptinet ad
litis deciſionē,debet ſeruari loc⁹ maiorū:vt d.l.cū
ſentētiam.ſ.de ſentē.cū ſimi.ſeruata diſtinctiōe,
quā dixi in l.ſi vt ꝓponis.la ij.quo,& qn iudex.
7 & l.j.de ſentē.ex breui.reci.†Iſtæ ergo cōfeſsio-
nes quæ pertinēt ad litis deciſionē,debēt fieri in
loco maiorū.Fallit ex cā: qa ꝓpter qualitatē per-
ſonæ pōt mitti ad eam,vt rndeat.ff.de iureiurā.l.
ad egregias.¶Modo habetis primū.Op.de l.ęta-
te.§.j.ff.de interro.act.& ſ.de ꝓbatio.l.exēplo.
Dicit gl.intellige hoc,qn̄ cōfeſſus eſt contra ſe:
ſecus ſi pro ſe,vt in contrarijs.Hoc ꝙ cōfeſsio fa
cta pro ſe nō ꝓſit:fallit in caſibus qu ꝓpter de-
lictum aduerſarij:vt l.ſi qn.j.vnī vi.¶Itē quando
defertur iuramētum in litē,in caſibus,ꝗ ponunt̄
in l.in actionib⁹.ſ.de in litē iuran.¶Item vbi de-
fertur iuramentum in defectum probationis:vt
l.admonendi.ff.de iureiur.& l.in bonefidei.ſ.de
iureiuran.¶Circa prædicta eſt videndū,qd ſi cō-
feſsio cōtineat aliqd cōtra ſe & aliqd pro ſe vtrū
in eis quæ ſunt cōtra ſe ſtet,& in alijs nō.Iſtum
paſſum examinaui ibi in l.Aurelius.§.idem quę
ſijt.ff.de libe.leg.gl.tangit in l.ſi quidē.j.de exce.
& ibi dicemus.¶Op.tertiò de l.certū.ff.e.Soluit
8 gl.†ꝙ hoc debet intelligi,qn certū confeſſus eſt:
alias ſi incertū,cogit̄ ad certificandū,vt in cōtra-
rio.Ego intelligo & in omnib⁹ caſib⁹ in qbus va
leat ſnīa incerta,vt l.ij.ſ.de ſent.ꝗ ſine certa quāti
ta.in illis valet confeſsio incerta:quia æquiparan
tur cōfeſsio,& ſnīa.vt hic videtis:& eo modo me
retur executionē confeſsio incerta,ſicut ſnīa in-
certa:& in executione declarabitur.Quid enim
ſi eſſes confeſſus te eſſe hæredē Titij,& me poſsi-
dere hęreditatē,quare nō valet iſta cōfeſsio,vel
me geſsiſſe negotia tua,per decem annos,& ſimi.
¶Vlterius oppo.de l.confeſsionibus.& l.ſi is ff.
9 de interro.actio.Soluit gl.†ꝙ hic debet intelligi
ꝙ ſit cōfeſſus id quod ius,vel natura,non reſpuit:
alias non valeret.vt in contrario.¶Ex qua gl.no
ta,ꝙ poſitionibus iuris non tenetur quis rñdere:
quia in eo reſpōſio nihil releuat.Si enim ego re-
ſponderem cōtra ius,nihil valeret:& ſecundū ius
nō releuat ponentē.No.de hoc in l.ij.ff.e.& ibi di
xi.& eſt tex.in l.ornamentorū.ff.de auro & arg.
leg.¶Opp.ff.ad legē Aquil.l.inde Neratius.§.fi.
cum l.ſequē.& l.qui Stichum.ff.eodem.Huius ti
more,limitatur iſta regula,ꝙ hoc debet intelligi
de eo,qui cōfitetur de eo,cuius nomine cum alio
poſſet eſſe actum.Nā ſi ego eſſem cōfeſſus,me oc
cidiſſe hominem viuentem,non valeret:quia hu
ius nomine non poteſt eſſe actio cum alio.Sed
ſi eſſem confeſſus me occidiſſe Titium,quē occi-
dit Seius,ego tenerer:quia huius nomine cū alio
poſſet eſſe actio.¶Opp.ff.de quæſtio.l.j.§.diu⁹.
& §.ſi quis vltro.Huius timore dicit gl.quod ibi
debet intelligi confeſſus in cauſa pecuniaria:nā
in cauſa capitali cōfeſsio ſimplex nō præiudicat,
10 niſi perſeueret.Ita vult gl.†hic.Videte domini,
quod hic dicit gl.ꝙ in criminali non ſtatur con-
feſsioni ſtatim:eſſet verum ſi cōfeſsio eſſet extor
ta metu tormentorum,vt in contrario.Nā ſi cō-
feſsio eſſet ſpontanea,ſtatim ei ſtaretur:vt j.de
pœnis.l.cū reis.& tangitur per gl.vbi dixi.ff.de
cuſto.reorum.l.j.& ibi vide.Veruntamē licet cō
feſsioni eius ſtetur,non tamen pro iudicato habe
bitur,niſi requatur ſnīa,vt ſtatim videbitis j.dū
loquar in criminalibus.¶Opp.dicitur hic,pro iu
c dicato habebitur.ᶜ& ſic innuit ꝙ non debet fer-
ri alia ſententia.contra.ff.eodem.l.certum.§.fin.
& l.iulia.Gl.ꝗ eſt hic.dicit optimè,quam menti
11 tenebitis.†Quandoque quis confitetur in crimi
nalibus:& tunc ſine dubio debet ſequi ſententia
diffinitiua.aliàs nō habetur pro iudicato,vel con
12 demnato:vt l.ſi cōfeſſus.ff.de cuſto.reo.†Aut in
cauſa ciuili,& tunc aut cōfeſsio emanauit ante li-
tis conteſta.quia nullo dato libello:& tunc habe
tur pro condemnato.Et ita loqtur hic.Aut poſt
lit.conteſta.tunc debet ſequi ſententia,vt in l.cō
traria.Itē dicit gl.tua hic,& bene.¶Contra hoc
videtur l.ſi debitor.de iudi.Sol.illud præceptum
quod ibi fit,non eſt ſententia diffinitiua:ſed ma
gis ad executionem pertinet,quā ad condēnatio
nem.¶Opp.& videtur,quòd confeſſus non ha-
beatur pro condemnato:vt ff.eod.vt l.certum.§.
ſed an.Sol.Intellige quando confeſſus erat ma-
ior.ſecus ſi minor:vt infrà.Et hoc intellige in mi
13 nore,ſcilicet in pupillo:†Nam confeſsio adulti
tenet,ſed reſtitueretur:vt d.l.certum.§.minorē.
Et eſt hic vnus de caſibus,in quo differt ſentētia
à confeſsione:quia ſnīa lata contra minorem in-
defenſum,eſt ipſo iure nulla:ſecus in confeſsio-
ne maioris.Rationem aſsignat Dyn.quia ſenten
tia fertur in inuitum:confeſsio in violentū.Cir-
ca hoc tamen quidā ſunt in cōtraria opi.vt Mar.
Syl.Cyn.refert hic opi.Dy.& in l.clarum.de au-
thori.præſtan.& dixi in d.§.ſed an.¶Oppo.ite-
rum de ipſo §.ſed an.Sol.Ibi loquitur in confeſ-
14 ſione tutoris:hic in cōfeſsiōe principalis.†Iſtud
habet magnum dubium,quando confeſsio tuto-
ris,& curatoris,præiudicet dno.¶Breuiter do-
cto.videntur incidere in hanc ſententiam.Si qui
dem confeſsio iſta emanauit per modum volun-
riæ iuriſdictionis:quia iuit coram iudice tutor,
curator vel procurator,& ſponte confeſſus eſt:
tunc non pręiudicat domino:vt in §.ſed an.Aut
per modū contentioſæ iuriſdictionis:qa habe-
bat neceſſe reſpondere poſitionibus,vel interro-
gationibus:tunc talis cōfeſsio pręiudicat dño:vt
l.non ſolum.in princi.ff.de procurato.Ita debet
intelligi l.j.dixi latius in dicto §.ſed ad.glo.dicit
latè.¶Opponi.de l.j.§.diuus.& §.ſi quod vltro.
de quæſtio.Sol.Intellige quod hic fuit confeſſus
ſponte:ſecus ſi coactæ,vt in contrario.¶Itē op-
poni.de l.error.de iur.& fac.igno,& l.nō fatetur.
ff.eo.Sol.Dicit gl.hic quandò confeſſus fuit ſciē
ter,ſecus ſi per errorem:vt in contrario,dicit glo.
¶Ad hoc opponi.quia error facti non poteſt re-
uocari poſt ſententiam:vt d.l.error.ſi confeſſus
habetur pro iudicato incontinenti:ergo videtur
quod talis confeſsio reuocari non poſsit.Solue vt
dicam in d.l.error.¶Opponi.de l.certum.§.ſi qs
abſente.ff.eodem.Sol.intellige hic de confeſsiōe
facta in iudicio parte præſente,alias non valeret.
15 †Ideo ſis memor facere poni ſemper confeſsionē
in actis.Idem habes in l.fina.de interrogatoria
actio.¶Opp.ſ.de lib.cau.l.interrogatam.& l.pa-
rentes.Solu.Intellige ibi qn̄ cōfeſsio fit circa id
circa quod quis non pōt ſibi præiudicare.¶Op-
poni.de l.ij.ff.de his quæ in frau.cred.Dicit glo.
ꝙ regula eſt vera,niſi fiat in fraudem.Certè iſta
limitatio non eſt neceſſaria:quia etiam tūc valet:
ſed reuocatur per Paulianam,vel Caluiſianam a-
ctionem.¶Vltimò gl.ponit quoſdam verſus,qui
omnia prædicta comprehendunt.¶Quærit glo.
16 †vtrum confeſsio valeat ſine interrogatione,

Dic vt

a ¶Confeſsio in iure.Et qd fiat corā notario,vide gloſ. in l.iubemus.ſ.de lib.cau.& qđ not. Bar.in.l.poſſeſsio.§.& ſi poſ.ff.de acquir.poſſeſsio.Sed quid ſi eſt facta corā arbitro? Petrus et Cy.hic cōcludūt ꝙ non dicatur facta in iudicio.Sed tu vide Bart.j.e.l.in fi.qui videtur tenere cōtrarium,ꝑ Paul.de Eleaza.in c.ex parte.de confeſ.

b ¶Plenariam.Tu melius per Bart.in l.iiij.§.hoc autem.in iij.& v.oppo.de dam.infecto,

c ¶Habebitur.An cōfeſſus habeatur pro cōdēnato,per Barto.in l.j.ff.eod.Idem tenet Inno.in c.quęrenti.de offi.deleg.ſ.ꝙ in criminalibus licet qs confiteatur,nō mādatur executioni,niſi feratur ſententia.Allega.l.ſi confeſſus.hic allega.& ij.q.j.c.nos in quenquā.& c.ſicut.Sec⁹ in ciuili:vbi videt̄ velle ibi,dum dicit currit etiam confeſsio a die confeſsionis.ff.de confeſ.l.certum.Et dicit Inn.in c.qualiter.el.ij.de accuſa.ꝙ ſi aliquis confitetur crimen in iudicio,ſine alio proceſſu,fertur ſententia diffinitiua,quātuncūque pœna grauior imponi poſsit.Allegat ſ.ad l.Aquil.l.proinde.de cōſti.c.ij.& ij.ꝗo.j.c.j.et ij.& vide gl.in ca.nos in quēquā.Ad materiam huius ad de Bartol.ſ.proxi.& an cōfeſſus poſſit appellare,vide poſt Bart.in l.ij.j.quo.ap.non recip.Adde an cōfeſſus habeatur pro condemnato:& quid ſi metu tormentorum,Petr.de Ancha.conſi.xxiij.

a ¶ Quærit gl. Vide Bar. in l. diuus. de cuſt. reo. per Pau. de Eleaza. in c. ex parte. extra, eod.

6 legia,alia q̄ nō curo examīare hic.¶ †Quęro,vtrū
d priuilegiū dotis poſsit trāſferri[d] per ceſsionē do- d
tis.Videẽ ꝙ non:quia non ſunt tranſmiſsibilia ad
hæredes,non ſunt ceſsibilia:vt l.ex plurib⁹.de ad
mi.tu.Sed priuilegiū dotis non tranſit ad hęredes,
vt hic:ergo nec ad ceſsionariū.In contrariū facit:
qa mulier & fiſc⁹ parib⁹ paſsibus ambulāt:vt ſ.ti.
j.l.ii.ſed priuilegiū fiſci trāſferẽ per ceſsionē:vt ſ.
ti.j.l.ſi.ergo &c.Breuiter quicqd Cy.ibi dicat,an
tequā veniā ad ſolutionē qōnis oportet vos ſcire,
7 primò†,vtrū priuilegiū pupilli in actione tutelę
trāſeat ad hęredes.gl.ī l.dabim⁹.§.j.de priui.cre. e
& ī d.l.ex plurib⁹.ff.de admi.tu.tenet ꝙ trāſit ad
hęredes ſuos,nō ad extraneos,ſicut priuilegiū do-
tis.quos rep̄hēdit Ia.de Are.p l.nō ſolū.§.ſi puel
læ.de rit.nup.Pręterea,ꝓbo alia rōne.Priuilegiū
e dotis trāſit ad hr̄des[e] ſuos,ſ.eiuſdē mr̄imonii,ſecū
dū verā opi.vt l.aſsiduis.§.excep.j.q po.ī pig.ha.
& ibi dicā.Si ergo eēnt hr̄des ſui,ſ.creditoris tm̄,
& nō debitoris,ad eos nō trāſiret priuilegiū.meri
tò ergo priuilegiū pupilli in actione tutelæ ad hæ
redes proprios ipſius pupilli non debet tranſire.
8 ¶ †Hoc præmiſſo,pro ſolutione qōnis primò di-
co ſic:ꝙ quædā ſunt priuilegia,quę nō trāſeūt ad
ſuos hęredes,neq; ad extraneos:& illa nō pn̄t ce-
di:vt d.l.ex pluribus.Quędā ſunt priuilegia,quæ
trāſeūt ad hęredē ſuū,& nō ad extraneū:& tūc ſi

a ¶ Si autē.Ex iſto
§.not.ꝙ corporalis
tenuta poteſt cedi.
q̄d no.& eſt hic in
ſi.d.l.ī ver.ceſsiōis.
b ¶ Potior fiſco.vtrū
mulier , eſt potior
fiſco dic ꝙ ſic,ſi lo-
quimur in dote cō-
ſtāte matrimonio,
cū non ſit dn̄a,nec
poſſeſsionē habeat
nec pōt impedire
mulier publicatio-
nē bonorū,et quā-
tū ad dotē.l.ſi mari
to.ī prin.ff.ſol.ma.
& tunc cū hodie ſit
domina dotis ipſa
mulier,p l.in reb⁹.
ſ.de iur.do.ipſa po
terit impedire pu-
blicationē bonorū
Alleg.no.in l.ſi.de
bon.va.lib.x.& q̄d
habeẽ in l.ob mari-
torū.ſ.ne vxor ꝓ
ma.& in l.ſi qs poſt
hac.j.de bo.ꝓſcri.
& q̄d nota.& legiẽ
hic.Ita videẽ velle
Ang.& do.Io.ī d.
l.ſi marito.& vide
q̄d no.Bar.in l.j.ff.
ſol.matr.in vno tn̄
eſt potior mulier:
puta ſi reperireẽ in-
ſtrumentū fiſci, &
mulieris:præſumiẽ
prius factū inſtr̄m
mulieris,ſecūdūm
Bal.in d.l.dotis.ſ.
de iure do.
c ¶ Quæro igitur.Et
adde ꝙ habet priui
legiū dotis,nec pro
debito viri vl̄ vxo-
ris,poſsit in eā fieri
executio : vt notat
Bar.ī l.à diuo Pio.
§.exequātur.de re
iudi.& Bal.in l.ob
maritorū.in ſi.
d ¶ Transferri.Vtrū
priuilegium dotis
trāſferatur p ceſsio
nem,vide Barto.&
Imo.in l.poſt do-
tē.circa ſi.ff.ſol.ma
tri.qui aliter ſentit
quā hic:etiā plenè
ī iiij.co.& vide latè
Bar.in l.j.ſol.ma.
e ¶ Ad hæredes.Pri-
uilegiū dotis trāſit
ad hæredes filios
eiuſdem matrimo-
nii,vide Bar.Bald.
Ang.& oēs in l.et
in prin.ff.ſol.mat.
& doc.in l.ſi cū ꝓ-
curatore.de re iud.
& etiā tenet ibi bar
to.in ea.l.in princi.
& Bal.in iiij.col.in
rubr.Bar.& Bal.in
d.l.aſsiduis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quidē ceſsio fiat ex voluntate, tūc tale priuilegiū non tranſit. arg. de hoc in l. peto. §. prædium. ff. de leg. ij. Et qđ dicimus in operis libertorū, quę non poſſunt cedi ex volūtate, ſed ex neceſsitate ſic: vt l. patronus qui operas & l. ſi libertus artē. de ope. lib. no. in l. ſi nō ſortē. §. libertꝰ. de cōdi. inde. ff. eſſet quęrēdū nūqd ecōtra: vtrū oīa, quæ ſunt trāſmiſsibilia ad hęredē, ſint ceſsibilia. Dic vt dixi in l. ſi ſtipulatus fuerim, in prin. de verb. obli.

### *De reuocandis his, quæ in fraudem creditorum. Rubrica.*

¶ Cōtinua vt in glo. & colligitur continuatio clarius. j. ea. l. ignoti. & ibi videbitis.

*SVMMARIVM.*

2 ☞ Ad actiones reuocatorias peruenitur demùm, bonis principalis excuſsis.

LEX I.

Si hæres. Breuiter dicit ſecundū cōem modum legendi.

1 † Ad eū, in quē res in fraudem ſunt alienatæ, perueniꝭ demū bonis principalis excuſſis. h. d.

2 Nota † ꝙ ad actiōes reuocatorias pueniꝭ demū, bonis principalis excuſsis. ¶ Cōtra hoc opp. & videꝭ ꝙ diſcuſsio nō ſit neceſſaria, niſi cū agitur hypothecaria cōtra extraneos poſſeſſores: vt j. de pig. auꝭ. hoc ſi debitor. Gl. dicit ꝙ hic fit diſcuſsio ex volūtate, nō ex neceſsitate, qñ fraus fit ex ꝓpoſito: ſed ſi re ipſa: tūc ex neceſsitate fit diſcuſsio. Non alle. aliquid. & vide gl. Doc. Vltramō. reprehēdūt iſtam gl. & dicūt ꝙ de iure ātiquo qñ agebaꝭ reuocatoria ſemp ꝓcedere

a debebat diſcuſsio:[a] vt hic, & j. eo. l. ignoti. & l. ait prętor. §. j. ff. eo. Pro declaratiōe huius dico, & hęc lex debet intelligi duobꝰ modis. Primò ꝙ hic creditores hæreditarij fuerūt ſecuti fidē hæredis, vel aliàs nolūt impetrare bonorū ſeparationē, ſed volūt agere reuocatoria: & tūc procedit tex. iſte planè: & eſt vera opi. Vltramō. ¶ Secūdo mō pōt intelligi, ꝙ vbi creditores hæreditarij volunt facere reuocationē per edictū de ſeparationibus: nō ſecuta, aliàs ſecuta forma illiꝰ ti. de his quę in frau. cre. & tūc nō eſt neceſſaria diſcuſsio: vt l. j. ī prin. & §. j. ff. de ſepara. & l. ſi creditores. eo. ti. In caſu tñ nō eſſet diſcuſsio neceſſaria: vt l. pe. ff. de ſepa. & iſto modo intelligendo poſſet procedere gl. noſtra.

LEX II.

Si ſucceſsione. Breuiter dicit

1 †. Ea', q̄ ſunt data in dotem, ſi nō ſunt obligata, neq; in fraudem data, à creditoribus nō reuocanꝭ. h. d. ¶ Nota hanc legem, quam intellige vt optimè declarat tex. in l. fi. §. j. ff. eo.

LEX III.

1 Si paterna. † Filius nō hæres, ꝓ debitis patris cōueniri non poteſt. hoc dicit iſta lex. quod no.

b Filios. [b] Hæres nō auditur allegādo turpitudinem defuncti hoc dicit. Opp. ꝙ etiā ipſemet, q alienauit, poſsit reuocare: quia fictitia, & imaginaria, vēditio nō eſt venditio: vt l. ēptor. de aqua plu. arcen. & de re. iu. l. imaginaria. & §. plꝰ valere ꝙ agiꝭ. per totum tit. Sol. Quādoq; quis dicit alienationē non eſſe veram, ſed fictitiam, & imaginariā, et iſtud pōt optimè allegari: vt lege cōtraria Quādoq; quis cōfiteꝭ alienationē eſſe verā, ſed factam in fraudem alterius: & tūc ipſe qui fecit; vel

c hæres eius, hoc allegare nō poteſt[c]: vt eſt tex. hic.

*SVMMARIVM.*

2 ☞ Quando agitur actione reuocatoria cōtra mulierem, in bonis in dotem datis in fraudem creditorum non requiritur ſcientia fraudis.

1 Ignoti. † Bonis principalis excuſsis, reuocaꝭ à poſſeſſoribꝰ, titulo oneroſo ſi fraudē participauerīt. Si titulo lucratiuo, fraudis participatio non requiriꝭ. hoc dicit. & hæc lex eſt ſummariū totiꝰ tit. ¶ Quęrit

2 glo. hic, † vtrū ad reuocandū data in dotē ſciētia requiraꝭ. Et rñdet gl. ꝙ non: quia eſt titulus oneroſus: vt l. ex promiſsione. de act. & obli. Certè hic debes intelligere ꝙ eſt titulus oneroſus viro: vir enim habeꝭ dotem pro oneribus matrimonij ſupportandis: vt l. pro oneribus. ſ. de iure dot. ſed mulieri dicitur titulus lucratiuus: vt l. fi. ſ. de iure dot. Textus probat optimè in l. fi. §. j. ff. eo. hic non ſunt alia.

Si actu. Iſta lex legiꝭ duobus modis. Secūdū primā lec. & verā breuiter hoc intendit.

1 † Cōtra debitorē, qui in fraudē creditoris eſt liberatus, daꝭ reuocatoria in quantum facere poteſt, quæ cum actione prima eiuſdē ſit naturæ. h. d. ſecundùm verum intellectū. ¶ Opp. & videꝭ ꝙ iſte liberatus debeat cōueniri inſolidū: quia ad eum in totum peruenit liberatio: vt l. quęrebatur. ff. ad l. fal. Solu. Intellige hoc, quòd hic debitor tenebaꝭ ab ipſo initio ea actione, quæ erat huius naturæ. Et eodem modo dic de eo quod hic dicit, intra annum: quia actio prima erat annalis: aliàs de eo, quod ad eū peruenit, cōueniretꝭ perpetuò. Alio modo legitur, ꝙ hoc nō nocet fraudatori, ſed agitur contra ipſum debitorē liberatū. Sed iſta lec. nō placet mihi: nā ipſe, qui in fraudē alios liberauit, nō habet beneficiū ceſsionis bonorum: imò pœnas carceris patitur: vt l. vlti. §. fi. ff. eo. ſecundū verum intellectū. & no. per Cy. Inſti. de actio. §. item ſi quis in fraudem.

## Finis li. ſeptimi. Sequitur Octauus.

### *De interdictis. Rubrica.*

¶ Continua vt in gloſſa.

*SVMMARIVM.*

2 ☞ Ne radices arboris officiant, poteſt agi vtili actione deſcendēte ex edicto de arboribus cædendis.

3 Quando quis poſsit deſtruere illud, quod requieſcit vel protēdit in ſuo.

LEX I.

1 Cum proponas. † Interdicta ne rami ar-

d borum[d] noceant per idētitatem rationis extenduntur, ne earum radices officiant, hoc dicit iſta notabilis lex. ¶ Opp. gloſ. & videtur ꝙ iſta arbor debeat euelli conditione l. fi. ff. fi. regū. Solu. Intellige ꝙ hæc arbor erat plantata ſecundùm legē, & non contra illam legem. ¶ Tunc opp. qđ legitimè factum eſt, pœnam non mereꝭ: vt l. Gracchus. j. de adul. Solu. Fateor ꝙ ipſa plantatio, quæ fuit facta legitimè, non punitur: ſed ſi radices excreſcant, & noceāt fundamētis: illud

2 eſt, quod iudicis officium ad ęquitatem redigit, per hanc legē. ¶ † Quęro, qua actione hoc fiat. Hic ſunt plures opi. in glo. illa eſt vera, quòd poteſt agi vtili actione, deſcendente ex edicto de arboribus cędentis extenſo ad radices propter identitatem rationis, per hanc legem. ¶ Extra gloſſ. op-

e po.[e] & videtur ꝙ non ſit neceſſe ꝙ agatur iſto interdicto:

3 † imò quis ſua authoritate poteſt deſtruere illud, quod requieſcit in ſuo: vt l. ſi vitem. §. ſi ad ianuam. ff. quod vi aut clam. & l. quemadmodum. §. ſi protectū. ad l. Aquiliam. Breuiter, quandoq; quis aliquid immittit in ſuo à ſe poſſeſſo, tamen contra ius mihi debitum: tūc habeo neceſſe recurrere ad interdictū quod vi aut clam, aut de oper. no. nun. Quandoq; quis ędificat in ſuo, & protendit in meo à me poſſeſſo. ſi quidem in meo non requieſcit, recurrēdum eſt ad interdicta. Ita loquitur ti. ff. de arb. cæden. & d. §. ſi protectū. Si verò in meo requieſcit, ſi quidem hoc euenit naturaliter, vt in radicibus: recurrendum eſt ad illud vtile interdictum. Ita loquitur hic. Si verò

f euenit[f] opere manu facto, tunc non habet quis neceſſe recurrere ad iudicem: ſed poteſt ſua authoritate deſtruere: vt d. §. ſi protectum. & d. l. ſi vitem. §. ſi ad ianuam: vt no. in d. l. de pupillo. §. meminiſſe. de ope. no. nun.

LEX II.

1 Præſes. † Iudex contra eum, qui non eſt de ſuo foro, cognitionem non habet. hoc dicit. De hoc dic vt dixi ſi à non compe. iudi. l. j.

*SVMMARIVM.*

2 ☞ Ratio contrarietatis facit, vt iudicia petitorij, & poſſeſſorij, ſimul non admittantur.

3 Ratio ordinis facit vt poſſeſſorium præferatur.

4 Quot ſunt actiones, quæ competunt pro retinenda poſſeſsione. Regulæ interdictorum.

LEX III.

1 Incerti. † Si petitorium, & poſſeſſorium, ſimul intententur, debet cauſa poſſeſsionis prius terminari, vt petitorij quæſtio ordinetur. hoc dicit. Primò ponit dictū. Secundò eius declarationem. Tertiò rationem. Quartò reſpondet ad tacitam obiectionem. Secunda ibi: competentibus. Tertia ibi: vt ex hoc. Quarta ibi: interdicta autem. ¶ Oppo. de l. cùm fundum. §. fin. ff. de vi & vi. arma. vbi ſimul & ſemel agitatur quæſtio poſſeſsionis & proprietatis. Huius timore ſunt tres opinio. in hac materia. Vna eſt Ioan. Azo. & Hu. Alia eſt Mar. & gloſſ. Tertia eſt Pet. de Bella perti. Primi dicunt fatendo,

a ¶ Diſcuſsio. In reuocatoria requirebaꝭ excuſsio olim, & hodie, vide Bal. in l. j. ſ. ſi in fraudē patroni.

b ¶ Filios. Et ad iſtā legem vide Bar. in l. j. ſ. ſi in fraudem pa.

c ¶ Allegare nō pōt. Et qñ quis poſsit allegare turpitudinem eius, cuius eſt hæres: adde Bar. in l. iuſiurandū. §. procurator. in iij. co. ff. de iureiur. vbi etiā ponit quo ad hanc legem. Adde quæ ibi poſui poſt Bar. & Alexan.

d ¶ Rami arborum. In hac materia vide quæ dixi in l. j. ff. de arbo. cæ. poſt Barto.

e ¶ Extra gloſ. Vide Bar. in l. j. §. nunciatio. ff. de ope. noui nuncia.

f ¶ Euenit. Adde Bar. in d. l. j. §. nunciatio. & in l. j. in prin. & qđ ibi dixi ff. de arb. cæ. & Cy. & Bal. hic.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

tendo.ꝙ nullum poſſeſſoriū concurrat cū petitorio. Nec obſtat lex contraria: quia ibi fuit renūciatū petitorio. ¶ Sed hoc eſt cōtra tex. illum, qui dicit, pendente. Alij dicunt, ſuſtinentes eandē opi. ꝙ pendente petitorio poteſt intentari poſſeſſoriū: ſed nō econtra. Iſta nō habet rationē. Prima iſtarum opi. videtur cōtra l. naturaliter. §. nihil cōmune. ff. de acquir. poſ. Ipſi reſpōdent ad illā legē multis modis, de quibus ponunt̃ hic duo. Primò, ꝙ ibi incœperat agere petitorio, ignorās ſe poſsidere. Iſta eſt diuinatio: vel dicunt, ꝙ ibi fuerat victus ſuper poſſeſſorio: & iſta eſt diuinatio. Vnde Mar. quē ſequitur gl. & iſta eſt veritas, dicit, ꝙ poſſeſſoriū retinendæ, nō currit cum petitorio. ita loquit̃ hic. Ratio, quia eſſet ſibi cōtrarius: qui enim vēdicat rem, dicit aduerſariū poſsidere: qui verò agit interdicto retinendæ, aſſerit ſe poſsidere: & ſic eſſet ſibi cōtrarius: idcirco nō pōt ſimul intentare vtrunq;: vt hic, & l. ordinarij. ſ. de rei ven. in l. ſi de vi. ff. de iud. Et ſi occurreret, ꝙ iſta duo iudicia proponerent̃ diuerſis reſpectibus, ita ꝙ nō eſſet contrarietas, valde bene cōcurrerent. Verbi gratia: ago contra te rei vēdicatione, & dico te tenere vel poſsidere naturaliter tantum: demùm ago interdicto vti poſsidetis: quia cùm poſsideam ciuiliter, certè bene poſſum: qa nō eſt cōtrarietas: vt d. §. nihil cōmune. Iſta tenet glo. in l. clam poſsidere. §. qui ad nundinas. eo. tit. & hoc videt̃ approbatū hodie extra, de cauſa poſſ. & proprie. c. paſtoralis. ¶ Sed cōtra hoc oppo. ſecundùm iſtos, petitoriū, & poſſeſſoriū, non cōcurrunt ratione cōtrarietatis:
2 ſed tex. hic dicit. † ꝙ hoc eſt ratione ordinis: hoc etiā dicit in d. l. ordinarij. Sol. Ratio cōtrarietatis facit, vt iſta duo iudicia ſimul nō admittant̃, vt dictum eſt.
3 † Ratio ordinis facit, vt poſſeſſoriū præferat̃. Ita loquit̃ hic: & iſta eſt vera. Tertia fuit opinio Pet. ꝙ omne poſſeſſoriū concurrat cū petitorio: nec aliqua lex dicit cōtrariū: & ſi quā repies, nō erit lex. vt refert Cy. quando ciui. ac. crimi. pręiu. Nam nō dicit ꝙ hoc ſit ex neceſsitate, ſed ex volūtate: ſi enim vellet in ſe aſſumere onus probādi, poſſet agere petitorio & poſſeſſorio. Sed hic ideo agitur poſſeſſorio: quia non vult in ſe ſuſcipere onus probandi in petitorio. Si enim vellet, nulla lege reperitur contrariū. Sed certè, ego reperio ꝙ non poſsint concurrere in caſibus obſtantibus, omnibus regulis impedientibus cumulationem. Primò ego reperio ꝙ petitoriū & poſſeſſorium electione tolluntur: vt l. fin. ſ. de codi. Idem reperio ꝙ petitorium & poſſeſſorium quandoq; ſunt contraria: vt dixi ſ. ſecundùm gl. & actiones cōtrariæ nō poſſunt ſimul proponi. Item reperio, ꝙ abſolutoria nata in vno, quandoq; parit exceptionē rei iudicatæ in alio: vt l. ij. §. quidam. ff. eo. & per Dy. in regula, qui ad agēdum. de reg. iur. lib. vj. vnde cōcurſus nō admittitur: & ideo tene opi. glo. ¶ Opp. de l. j. §. interdictum aūt. ff. vti poſsi. Reſpond. poſsidenti nō datur aliqua
4 actio. verùm eſt niſi illud interdictū. ¶ † Quæro, quot ſunt actiones, quę competunt pro retinenda poſſeſsione. Dic vt in glo. ¶ Quæro, in quibus caſibus habet locum hæc lex. iſtud examinatur in duabus glo. primis poſitis in hac lege. quod ego examinabo plenè in d. l. naturaliter. §. nihil cōmune. per tres combinationes, quas ibi facio: & dic vt ibi. ¶ Quærit glo. quid ſi ago petitorio tantum, an poſsim cogi ꝙ agam poſſeſſorio? Dic vt in glo. ¶ Quærit glo. vtrum abſolutoria lata in petitorio, pariat exceptionem rei iudicatę in poſſeſſorio? Gl. hic dicit multum bene. ¶ Quęro, an hoc ſit ſemper verum. Dy. examinat in d. c. qui ad agendum. licet in mul-
5 tis deficiat. Sed dic, vt plenè dixi in d. §. nihil cōmune. ¶ † Vltimò ponit glo. regulas interdictorum. vide eas.

1 **SI quis.** † Ab initio debet actor ſuas actiones proponere. h. d. Hęc lex allegat̃ quòd quis debet in libello actionē exprimere. De hoc dicam in l. edita actio. ſ. de edē. & per glo. ff. de eden. l. j. circa prin.

## *Quorum bonorum.* *Rubrica.*

¶ Dictum eſt ſ. de interdictis in genere: ſequitur videre in ſpecie: ideo primò ponit de interdicto quorum bonorum: quod eſt vniuerſale, & adipiſcendæ poſſeſsionis. ¶ Quæro, quare dicatur quorum bonorum? Glo. ad hoc reſpondet, & bene. ¶ Quærit gl. in quo differt hoc interdictum à petitione hæreditatis: & in quo cōueniunt? Dicam ſtatim in l. j. quia gl. plenè hic non tradit.

### SVMMARIVM.

2 ☞ Probatio filiationis probatur præſumptiuè, ſecundùm formam l. filium. de qua ibi.
3 Si filius eſt in quaſi poſſeſsione filiationis, nō habet neceſſe probare ſe filium: ſed aduerſarius debet probare contrarium.
4 Bonorum poſſeſsio poteſt dari nemine petente, parte non citata, & cauſa ſummariè cognita.
5 In bonorum poſſeſsione contra tabu. non ſunt plenæ probationes.
6 Neq; in ĩterdicto quorū bonorū: ſed in petitiōe hæreditatis ſic. & nu. 10.
7 Interdictum quorum bonorum, in quo differat à petitione hæreditatis. & nu. 8. vſque ad fi. legis.
8 Interdictum quorum bonorum, eſt ſtricti iuris.
9 In hoc interdicto petit quis ſe conſtitui poſſeſſorem.
11 Quod detur ad corporalia tantùm.
12 Et datur ſolum pro rebus, quas defunctus poſsidebat.
13 A ſententia lata in iſto interdicto non appellatur.
14 Interdictum quorum bonorum eſt generale.
15 Quod detur contra eum, qui titulo non poſsidet.

LEX I.

**HAereditatem.**
1 † Qui habet bonorum poſſeſsionem, non poſsidet: ideo pro adipiſcenda poſſeſsione debet iſtud interdictū proponere, & de ſuo iure docere. h. d. ¶ Op. hic innuitur ꝙ hoc interdictum datur ad hæreditatem. Sed contra, hæreditas eſt ius incorporale: & hoc interdictū nō dat̃ ad incorporalia: vt l. ij. ff. eo. Exponit gl. hæreditatē, i. poſſeſsionē. rerum hæreditariarum. ¶ Op. ſecundò, & videtur ꝙ filius præteritus rumpat teſtamētū ipſo iure: vt l. Gallus. & l. fi. ff. de liber. & poſthu. Solu. Ibi loquitur in filio ſuo præterito: hic in emancipato. ¶ Opp. dicitur hic, ꝙ quis debet pro-
2 bare ſe filium. † Contra. probatio filiationis eſt impoſsibilis: vt l. Lucius. ff. de condi. & demon. Sol. Dico, ꝙ eſt impoſsibile probari verè: ſed probatur præſumptiuè, ſecundū formam l. filium. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. Audiui tamen do. Iac. dicentem, ꝙ erat caſus, in quo filiatio poſſet verè probari: vt puta, vir & vxor fuerūt incarcerati, & recluſi per annum, & duo ſteterunt ad cuſtodiam: nam illi poterūt teſtificari de veritate, ꝙ filius ibi natus, eſt filius illius viri: qa alius nō intrauit, nec ingredi potuiſſet, quin ipſi vidiſſent. qđ ſatis pla-
3 cet. ¶ † Item oppo. & videtur, ꝙ quis filius præſumatur: & non habet neceſſe ſe probari filium: ſed aduerſarius debet probare contrariū: vt l. non nudis. & l. nō epiſtolis. & quod ibi no. ſ. de proba. Solu. Hic filius nō erat in quaſi poſſeſsiōe filiationis: aliàs præſumeret̃ filius, vt in cōtrarijs. Et ideo cauti aduocati faciunt duos articulos. In vno dicunt ipſum eſſe filiū: in alio ꝙ eſt in poſſeſsione filiationis, ꝙ ſic habebatur, ſic reputabat̃, ſic tractabatur: ſic eſt vnū de proprietate. Aliud eſt de quaſi poſſeſsione: vt l. j. §. ij. ff. de quæſtio. ¶ Oppo. acta fa-
a cta [a] in vno iudicio, faciunt fidē in alio, inter eaſdē perſonas: vt no. in l. is apud quē. ſ. de eden. Sed iſte in primo iudicio, qñ petit bonorū poſſeſsionē contra tabu. probauit ſe filiū: ergo in hoc ſecundo nō habet probare neceſſe. Solu. Quidam dicunt ꝙ in hoc ſecundo iudicio probat ſe tunc probaſſe. Glo. dicit, ꝙ imò habet neceſſe probare plenè: nec obſtat quod probauit in primo: quia illa probatio nō fuit facta in figura iudicij, lite cū alio cōteſtata, ſed cā nō plenè cognita: vt l. ſeruus. de bo. poſſ. & de leg. præſtā. l. filiū. §. ſi quis. vide gl. Iſta gl. videtur contra l. iij. §. ſi cauſa cognita. ff. de bo. poſ. vbi dicitur ꝙ bono. poſſeſ. datur cauſa cognita: ergo parte citata. & l. in cauſę. §. cauſa cognita. ff. de mino. Solu. Quidam hoc fatent̃: & iſtud videt̃ tenere Rofr. in ti. de bo. poſ. & in ti. de bono. poſ. contra tabu.
4 Eius opi. † ego nō teneo, per l. ſeruus. ff. de bo. poſ. vbi dicit̃ quod bo. poſ. pōt dari nemine petente ergo multo magis parte nō citata. Non obſtat quod dicitur, dat̃ cauſa cognita: quia intelligo cauſę cognitionē fieri ad informationē iudicis: vt plenè dixi in d. §. cauſa cognita. vbi plenè examinaui. Sed cū hodie non ſit neceſſe quod bo. poſſeſ. petatur, ſed agnoſcatur: vt l. fi. ſ. qui admit. ad bo. poſ. do. Iac. But. dicebat ꝙ triplex eſt actus. Primus enim eſt agnitio bo. poſſeſ. cōtra tabu. ſecundū formam d. l. fi. & per hunc, teſtamentū nō rumpitur: ſed cō-
5 ſequitur quis ius rumpendi. † Secundus actus, eſt ius, quod petatur per cōtra tabu. teſtamentū rūpi, dato libello, lite cōteſtata, ſicut in querela: vt l. filio. §. j. ff. de inoffic. teſta. & ſ. de col. l. vt liberis. tñ in hoc iudicio nō fiēt plenæ probationes: nō quia
b fieri ſperantur [b] in interdicto quorum bonorum, vel in petitione hæreditatis. ita loquitur hæc lex. ¶ Tertius actus eſt, interdictū, ſeu iudiciū quorū bonorū vel petitio hęreditatis. & de hoc loquitur hic. Dico, hoc non placet: † quia in interdicto quorum bonorū, plenæ probationes nō requiruntur, imò fit cognitio ſummaria: vt hic nota. in glo. ij. & j. dicam. Dico ergo quod per ſolā agnitionem factam corā iudice, rumpit̃ teſtamentū ſi agnoſcens habeat ius rumpēdi. quod examinabitur poſtea in

a ¶ Acta facta. An ante agnitionē bonorum poſſeſsiōis requiratur citatio partis: & an per ſolam agnitionem bonorum contra tab. ſi teſtamētum rumpatur? Bal. in rubri. qui admit. in iiij. q. & Barto. in d. §. ſi cauſa cognita. & in l. illud in prin. ff. de contra tabu.

b ¶ Fieri ſperantur. Adde Bal. in l. fi. in pe. col. ſ. vnde legitimi. & vbi non reperitur ſpeciale interdictum adipiſcēdo, datur remediū. de quo per Cy. in l. ſi nulla. ſ. de acquiren. poſſ. vbi omnino. vide.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

interdicto quorũ bonorũ ſummariè,& in peti.hę-
redi.plenariè: & ita loquiẽ hic. Habes de hoc text.
expreſſum s.de cur.furi.l.fi.§.ij.¶ Opp. ſententia
lata ſuper filiatiõe facit ius vt l.j.§.fi.de libe.agno.
& ff.de ſtatu homi.l.ingenuũ.cùm ergo in primo
iudicio fuerit pronunciatũ ſuper filiatione : ergo
&c.Sol.Dicit gl.ꝙ in primo iudicio nõ fuerit pro
nunciatũ ſuper filiatione. Vel dic melius ꝙ illę le-
ges loquunẽ qñ eſt pronunciatũ lite agitata, à con
tradictore legitimo, aliàs nõ facit ius: vt l.cũ nõ iu
ſto.ff.de collu.detegen.ſed hic in primo iudicio cõ
7 tradictor nõ fuit.ergo &c.¶ †Quæro, in quo dif-
a ferat[a] hoc interdictũ à petitione hæreditaris. Gl.
hoc tangit ſuper rubri.ſed non plenè. Tu dic ple-
nius ꝙ differant in origine. Nam petitio hæredi-
tatis, eſt ciuilis inducta à Senatu: vt l.vlti.s.de pe-
ti.hæred.& l.itẽ veniunt.§.præter hæc.ff.eo.tit.
Iſtud interdictũ eſt de iure prætorio: vt l.j.ff.e.Et
ex hoc ſequitur alia differentia : quia hæreditatis
petitio directa datur hæredi de iure ciuili. Vtilis
datur hæredi de iure prætorio. In interdicto econ
uerſo: quia directũ datur hæredi, de iure prætorio
vtile datur hæredi de iure ciuili. Item differunt in
natura. Nam petitio hæreditatis eſt bonę fidei: vt
Inſtitu.de actio.§.actionum.& s.de petitio.hęre.
8 l.fi.†Iſtud interdictum eſt ſtricti iuris. Item diffe
runt in modo proponendi. Nam petitio hæredit.
quis petit ſe pronunciari hæredem: vt l.licet.ff.de
9 peti.hæred.† In hoc iudicio, ſeu interdicto, quis ſe
petit poſſeſſorẽ conſtitui, vel poſſeſsionẽ ſibi tra-
10 di: vt hic, & l.j.ff.eo.† Item differunt in modo pro
nunciandi: nam in hoc interdicto fit ſummaria co
b gnitio.[b] Ita tenet gloſſ.hic, in prin.quam vide. Et
iſtud eſt maioris vtilitatis, quã ſit in hoc interdi-
cto: nã in peti.hæred.requiruntur probationes ve
ræ, & liquidæ: in iſto interdicto ſufficerent proba
tiones nõ ita claræ: quia ſemiplenæ vel præſum-
ptiuæ cõcluderent. Et eſt ratio quia cùm iſta cauſa
ſit modici præiudicij, quia venit retractãda in peti
torio: meritò admittitur ſummaria cognitio, & ſe-
miplena probatio.arg.l.iij.§.ibidem. ff. ad exhib.
Facit ad hoc quod videbitis j.tit.ij.l.momentarię.
c Sed cõtra[c] hoc videẽ quod hic dicitur in gl.mag.ibi
tu dic ꝙ plenè, & non probat. Et ſic videtur velle
ꝙ requiratur plena probatio. In hac ergo eadem
lege videtur glo.ſibi contradicere: nam in ſecunda
gl.dicit ſummatim: hic dicit plenè. Intellige illud
quod hic dicitur plenè, nõ ꝙ requiratur plena pro
batio omnino, ſicut in petitione hæreditatis : ſed
ideo hoc dicit, vt oſtendat probationes factas, cũ
agnouit bono.poſſeſ.nõ ſufficere. Pro cuius decla-
ratione potes dicere tria verba: ſcilicet ꝙ quędam
eſt probatio legis, debilis, nec plena: vt illa, quę ſit
parte abſente, nec citata, nec in figura iudicij: & il-
la ſit cũ petebaẽ bo.poſ.olim corã iudice: licet ho-
die ſufficiat agnitio tantũ. Quædã eſt alia proba-
tio ſummaria: & fit parte citata, & lite conteſtata:
& iſta fit in hoc interdicto, quæ põt dici plena re-
ſpectu illius, quæ fit parte nõ citata. Ita loquiẽ gl.
mag.hic. Quædã eſt alia probatio plenior, vt quæ
fit parte citata, & probationibus ad liquidum ex-
quiſitis: & iſtud fit in petitione hęreditatis. Itẽ dif
ferũt in effectu: quia petitio hæreditatis datur ad
11 corporalia, & ad incorporalia: †interdictum verò
ad corporalia tantùm: vt l.ij.ff.eo. Item differunt
ſecundũ quoſdam: quia petitio hæreditatis datur
pro omnibus rebus, quas defunctus etiã nõ poſsi-
debat ſeu detinebat: vt l.& non tantũ.in princ.ff.
12 de peti.hæredi.†Sed hoc interdictum non datur,
niſi pro rebus, quas defunctus poſsidebat : vt j.l.
proxi. quod nõ placet per tex.in l.j.in prin.ff.eod.
in eo quod dicit de bonis quæ important etiã res,
quas quis nõ poſsidebat.vt l.ij.§.hac actione.ff.vi
13 bo.rap.& no.in l.rẽ in bonis.de acqui.re.do.†Itẽ
differunt: quia à ſentẽtia lata in petitione hæredi-
tatis appellatur: in iſto interdicto non appellatur:
quia eſt quodã modo quæſtio momentaneæ poſ-
14 ſeſsionis.¶ †Quæro, in quo concordant? Reſpon-
deo, in duobus modis. Primò, quia vtrunq; eſt ge-
15 nerale.† Item quia vtrunq; datur contra eum qui
titulo non poſsidet: ſi tamen nihil eſt vſucaptum
vel præſcriptum: quæ verba qualiter intelligan-
tur, dic vt no.in l.j.§.j.ff.eo.

LEX II.

SI ex edicto. Qui habet bo-
norũ poſſeſsionem, debet intẽtare hoc interdictum,
vt conſtituatur poſſeſſor.h.d. Per hãc
legem dicunt quidam, ꝙ interdictum illud nõ ha
bet locum: niſi pro rebus quas poſsidebat defun-
ctus: ſed aliter eſt veritas. vt dixi s.l.proxima.

SVMMARIVM.

2 ☞ In doli exceptione habet locum iſta regula, do
lo facis, quia petis quod reſtituturus es : ſi aliquis
eſt paratus illam incontinenti probare.

LEX III.

1 COnſtat. Hęc eſt notabilis lex.
† Exceptio dominij, quæ requirit altiorẽ indaginẽ, nõ ob-
ſtat agenti interdicto adipiſcendę poſ-
ſeſsiõis: ſed ei debet ꝑ iudicẽ reſeruari.h.d.¶ Opp. c
d de regula[d], dolo facis.ff.de doli except. & de regu.
iur.in vj.c.dolo. Dicunt quidam, ꝙ illa regula non
habet locum in poſ. Ita no.gl.in l.j.j.tit.j.& ibi di
2 cam.hic gl.dicit melius †ꝙ in doli exceptione ha-
bet locum illa exceptio, dolo facis ſi aliquis eſt pa d
ratus incontinenti probare, ſecus ſi illa exceptio
requirit altiorem indaginem: quia tũc reſeruatur.
Ita loquitur hic: & hoc probat tex.hic manifeſtè:
vt omnibus fruſtrationibus, &c.quaſi dicat, reie-
ctis omnibus, quæ dilationem inducerent, & fru-
ſtratoriam. Ideo no.bene hanc legem. Pro hoc fa-
cit quod not.ff.de iudi.l.ſi de vi. & s.de edict.diui
Adria.tol.l.fi. Facit l.ſi is, à quo.in principio.vt in
poſ.leg.& quod dicam in l.j.j.tit.proximo.

## *Quorum legatorum* Rubrica.

¶ Dictum eſt s.de interdicto adipiſcendæ poſſeſ-
ſionis, quod eſt generale: ſequitur de alio interdi-
cto adipiſcendæ poſſeſsionis, quod eſt ſingulare:
& denominatur à principio interdicti, ſcilicet quo
rum legatorum.

SVMMARIVM.

2 ☞ Hæredis aſſenſus ante aditam hęreditatẽ non
impedit interdictum, quorum legatorum.
3 Legatarius ſi accipiat ſua authoritate poſſeſsionẽ
rei legatæ vacantem, non amittit ius ſuum.
4 Regula, dolo facis &c.non habet locum in interdi
cto recuperandæ poſſeſsionis.
5 Quid in interdicto adipiſcendæ poſſeſsionis, & in
interdicto retinendæ.

LEX VNICA.

1 HAeredi. †Hęres contra
legatariũ poſsidentem habet hoc interdictũ, vt
ſibi poſſeſsionẽ reſtituat, vt poſ-
ſit Falcidiã retinere.h.d.¶ Opp.
& videtur ꝙ hoc interdictũ com
petat etiam ſuccedentibus ab inteſtato: vt ff.quan
do di leg.ced.l.fi.& l.j.§.ad eos. ad legem Falcid.
Solu.fateor, & quod hic deficit ſuppletur per illã.
2 ¶ †Opponi.hic innuitur, quòd hæredis conſenſus
impedit hoc interdictum. Contra.ff.eo.l.j.§.quod
ait. Solut. Fateor quòd hæredis conſenſus, poſt
aditam hæreditatem impedit. ſecus ſi ante : vt in
contrario. ¶ Opponi.de l.j.§.ſi quis ex morte.ff.
eod.Solu. Aliud in donatione cauſa mortis, quàm
in legatis, & fideicõmiſsis. Ratio ibi patet. ¶ Op-
3 ponitur, & videtur †quòd legatarius accipiendo
poſſeſsionem ſua authoritate, amiſit ius ſuum : vt
s.de lega.l.non dubium. Solut. Si legatarius acce-
pit poſſeſsionẽ ſua authoritate: poſt eam apprehẽ
ſam per hæredem, perdit ius ſuum : vt in contra-
rio. Secus ſi acceperit eam vacantem. Ita loquitur
hic. ¶ Opponi.non eſt dubium quòd lex Falcidia
reſecat legata in totum: vt l.j.in prin.ff.ad leg.Fal
cid. Malè ergo facit hæres, qui vult reuocare totã
poſſeſsionem, vt retineat partem : reuocat enim
quod

a ¶ Differat. Aduerte ꝙ iſtud interdictum ſit adipiſcendæ, non datur hęredi, qui ſemel poſsidet res hæreditarias: & dixit tex.in inſtitu.de interdic. in §. adipiſcendæ. & no.glo.in c.ij. de cõfeſ.in vj. quod debet intelligi quando poſsidet poſt aditam hæreditatẽ: ſecus ſi ante : tunc enim ipſe non poſſidet vt hæres, ſed vt alius : quia non debet ſibi hoc nocere.arg.in l. delictis. de noxa.& idem in remedio l.j.C.de edic.diui Adria. tol. Et ad hoc vide Inſtitu.de act.§.actionum.circa fi.& hoc eſt dictum Math. notabi.lxxiiij.

b ¶ Summaria cognitio. No.ꝙ in iudicijs poſſeſſorijs, & vbi agitur de leui præiudicio, ĩ cauſis ſummarijs, ſufficit ſemiplena probatio per famam, vel per vnũ teſtem. Adde Bar. in l.ij.§.fi.s. vbi in rem actio.& in l.de minore.§.tormenta.de quæſtio.in q̃ſtione de effectu famæ, licet ipſemet in l.admonendi.in vlt.charta.& in extrauagan.ad reprimendum.in verbo, ſummariè. videaẽ aliter dicere. Vide quod habetur in c. præterea.de ſponſ. in c.ſuper eo.de eo qui cogno. conſan. vxo.ſuæ. & vtrum in iudicijs poſſeſſorijs procedatur ordinariè, vide Bal.in l. j.in prin.j.de ſer.in verſi.in tex.ibi.more ſolito. & vide Bart.in extrauagã. ad reprimẽdum in verbo ſummariè. Et quod no.do.Io. in c.j.in ij.col. de li. conteſt. & Bart.in §.nihil cõmune.in xvij.col. Et hic adde Bar.in l.j.ff.e.& dixit Bal.in l.præſcriptione. in xiij. colũ.s. ſi contra ius vel vti.publi.ꝙ licet regulariter requiratur probatio plena, tamẽ vbi cõcurrit fauor probãtis, & modicũ prę iudicium ſufficit iuramentum. l. iij.§. duæ.ad Carboni. Item bene nota ꝙ iſtud interdictum eſt vtile : vt notat Barto.in l.fin.s. de edicto diui Adria. dum ponit differẽtias inter remediũ illius legis & hoc interdictum.

c ¶ Sed contra. Vide quod habetur in l. ij.C.vbi in rẽ actio. quia alleg.Bar.contrarius in hoc.

d ¶ Oppo.de regula. vbi hic gloſſ. dicit melius. Nota ꝙ in interdicto adipiſcẽdæ poſſeſsionis, admittitur exceptio dominij, ſi incontinenti vult probare & idem Bar.hic.& vide in d.l. ſi idem. hic alleg.in gloſ.& Imo.in d.l.ſi ſocer. §.Lucius.ff.ſo.matrimonio.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

a ¶Exceptio. An in poſſeſſorijs habeat locum exceptio, dolo facis: adde Bal. poſt glo. in l. j. in prin. ff. eo.

b ¶Rectè. Quid in foro conſcientiæ, vide gl. in l. vt vim. de iuſti. & iu. Inn. in c. ſi vero. el j. de ſen. excom. an liceat clericis. gl. xxiij. q. j. in fi. & quod no. in c. cùm voluntate. de ſent. excom.

c ¶Se defendere. Nota ꝙ quando poſsidenti ꝓ poſſeſsione licitũ ſit vim vi repellere. & vide quod j. ꝓxi. ſequitur. & Bald. hic in prin. adde ꝙ ſi, ſola pars poſſeſsiõis eſt occupata, inuaſa ratione reſidui ſemꝑ poſſum totũ recuperare: vt no. Bald. in l. data opera. in vlt. col. j. q accuſ. & ibi etiã quid ſi naturalis tãtũ eſt inuaſa. & quod proximè ſequitur.

4 quod reſtituturus eſt: & ſic obſtat †exceptio[a], do-
a lo facis. Gloſſ. dicit ꝙ illa regula non habet locum
in poſſeſſorijs. Idem tenet glo. in l. ſi quis condu-
ctionis. ſ. loca. & ff. de vi & vi arma. l. j. §. qui aũt à
me. Dic quòd in interdicto recuperandæ poſſeſ-
ſionis, non habet locũ regula, dolo facis: quia ſpo-
liatus ante omnia debet reſtitui: vt l. ſi quis ad ſe
fundum. j. ad l. Iul. de vi. not. in l. j. in princip. ff.
5 de vi & vi arma. †In interdicto verò adipiſcendæ
poſſeſsionis, eſt diſtinguẽdum: aut ille, qui oppo-
nit, eſt paratus probare incontinenti: aut non. Ha
buiſtis ſ. proxi. & ibi dixi. In interdicto verò reti
nendæ: dic vt l. ſi de fundo. §. fin. de acquir. poſſeſ.
& plenius in l. naturaliter. §. nihil cõmune. eodem
titu. & ibi per me.

## *Vnde vi.* *Rubrica.*

¶Dictum eſt ſ. de interdicto adipiſcendę poſſeſ-
ſionis: ſequitur videre de interdicto recuperãdæ.

*SVMMARIVM.*

2 Vnicuiq; licet ſe defendere, non ſolum perſo-
nam, ſed etiam res. & nu. 7.
3 Iniuſtè poſsidens quòd eum, qui vim incontinen
ti infert, non poteſt vi repellere. & nu. 1.
4 Si precariò poſsidens denegat rem reſtituere, po-
teſt ſtatim per vim repelli.
5 Si quis clàm occupauit poſſeſsionem vacantem,
non licet ſibi vim inferri.
6 Si verò non vacantem occupauit, poteſt dominus
reuerſus vim inferre.
7 In quo conſiſtat moderamen, inculpatæ tutelę. &
numero 9.
8 Si ab aliqua perſonali iniuria aliter euadere non
poſſum, niſi ſolùm à morte per fugã, poſſum tunc
reſiſtendo alium occidere.
10 Quando dicatur percuſsio facta ad defenſionem,
& quando ad vindictam.
11 Si quis me expulit, & ego eum expuli ex interual
lo: tunc dolus cum dolo non compenſatur.
12 Propter plura maleficia commiſſa in vna rixa, po-
teſt fieri vna inquiſitio de omnibus, & vna denun
tiatio quaſi vnum factum reputetur.
13 Recuperans poſſeſsionem ſuam incontinenti, per
vim ab eo qui vim intulit, non punitur.

LEX I.

c* RECTÈ. [b]†Pro defendendis
b rebus, licet vim vi re
1 pellere cum moderamine incul-
patæ tutelæ. h. d. ¶Not. ꝙ licet
2 vim vi repellere. ¶No. ꝙ † licet
c vnicuique ſe defendere[c], non ſo
lum perſonam, ſed etiam res: vt ff. ad leg. Aquil. l.
ſcientiam. §. qui cùm aliter. ¶Oppo. quòd etiam
poſsidẽti nõ, rectè, licet vim vi repellere: vt l. j. §.
qui autem me. ff. eod. titu. Gloſſ. hic ponit multas
ſolutiones, quarum quædam ſunt veræ: & pro ea-
rum declaratiõe dic. Aut quis poſsidet iuſtè quo
ad omnes: & ſine dubio licet vim vi repellere quo
3 ad defenſionem: vt hic, & ff. eo. l. j. §. vim vi. †Aut
poſsidet iniuſtè quo ad eũ, qui vim infert: & tunc
aut infertur incontinenti: & non licet reſiſtere: vt
l. iij. §. cùm igitur. ff. eo. Aut ex interuallo: & licet
reſiſtere: vt l. j. qui autem à me. ff. eo. Aut vis infer
tur ab alio, à quo iniuſtè non poſsidet: & tunc in-
diſtinctè licet reſiſtere: vt l. j. in fine. ff. vti poſ. & l.
ſequen. eo. titu. Ex hoc habes expeditam primam
gloſſ. excepto vno verbo, quod tibi recitabo per
quæſtiones. ¶Opp. de l. ſcientiam. §. qui cum ali-
ter. ad leg. Aquil. Solu. Licet vim repellere ad de-
fenſionem, vt hic: non ad vindictam, vt in contra-
4 rio. ¶†His præmiſsis venio ad quæſtiões: & quę
ro, vtrum ille, qui poſsidet, vi, clam, vel precariò,
d poſsit vim vi repellere.[d] Gloſ. quæ hic eſt, videtur
dicere ꝙ non. Et vide gl. j. alibi tenet iſtud expreſ-
sè, ꝙ qui poſsidet vi, clam, vel precariò, poſsit vim
vi repellere, vt l. j. §. interdictũ aũt. ff. vti poſſ. In-
ſti. de interdi. §. retinendæ. quas gl. Dy. reprehen-
dit: quia nulla lege reperitur cautũ. Et ita hic per-
tranſit Cy. Mihi videtur ꝙ in eo, qui poſsidet pre-
e cariò, [e]non eſt dubium: nã eo ipſo ꝙ mihi denegat
reſtituere, videtur me ſpoliare: & ideo poſſum eũ
ſtatim repellere: vt l. cùm fundum. ff. eo. & l. j. §. ſi
ue aũt. ff. eo. & quod ibi no. & l. clam poſsidere. §.
qui ad nundinas. & l. ſeq. de acqui. poſ. & hoc etiã
5 dicti docto. ſentiũt. Sed † in eo qui poſsidet clàm,
eſt aduertendum. Quandoq; quis occupauit poſ-
ſeſsionem clàm vacantem: tunc non licet ſibi vim
inferri: & ſic poſſet reſiſtere: vt l. ſequitur. §. item
6 ſi occupaueris. ff. de vſucapionibus. † Quandoq;
quis occupauit poſſeſsionem non vacantem clàm
tunc quandoq; per occupationem priuat dominũ
naturali tantum: tunc dominus reuerſus, ſi nõ ad-
mittatur, poteſt inferre vim: nec licet ſibi reſiſtere.
Ratio, quia qui eũ non admittit, videtur tunc ſibi
facere vim in ciuili: vt d. §. qui ad nundinas. & l.
ſeq. Ita intelligo gl. in §. interdictum. & in §. reti-
nendæ. Quandoq; per occupationem clandeſtinã
f quis occupat poſſeſsionẽ naturalẽ & ciuilẽ, quod
contingit in fure[f], qui accepit rem mobilẽ: & tunc
licet inferre ſibi violentiã: & poteſt ab eo res auſer
ri: nec licet ſibi reſiſtere. Hic eſt caſus in l. iij. ff. de
fur. & l. itaq;. ff. ad leg. Aquil. ¶Venio ad glo. ma
gnam. videtur hic ꝙ licet vim vi repellere cũ mo-
7 deramine inculpatæ tutelæ. †Quæro, in quo con-
ſiſtat illud moderamen. Gl. hic dicit, circa tria. Pri
mo circa modũ. Secundò circa tempus. Tertiò cir-
ca cauſam. Primo modo, ſi infertur vis cum armis,
g debet reſiſtere cum armis. Subdit tamen gloſ. in fi.
multum notabiliter, ꝙ ſi inferẽs erat ita fortis[g], ꝙ
plus poterat cum pugno quã ego cum enſe: tũc li-
cet me etiã cum enſe tueri: vt l. j. §. vim vi. ff. eo. &
l. vt vim. de iuſti. & iu. Ego circa hoc breuiter do
regulã, quam ponit tex. in l. ſciẽtiã. §. qui cum ali-
ter. ff. ad leg. Aquil. vt dicatur tũc fieri cũ modera
mine, quãdo aliter ſe tueri nõ poterat. Et intelli-
go aliter ſe tueri, ſ. ab iniuria. Hoc probo ſic: Pro
defenſione rerum, mihi licet hominem occidere, ſi
aliter mihi res ſalua eſſe non poteſt: vt l. itaq;. ff.
ad leg. Aquil. & ad leg. Corne. de ſica. l. furem. Sed
omnis iniuria corporalis maior eſt quauis reali: vt
l. in ſeruorũ in fi. de pœ. Si igitur ab iniuria corpo-
h rali me aliter defendere nõ poſſum, niſi occidã:[h] li
cet occidere. Et eodẽ modo ſi me aliter defendere
8 nõ poſſum, niſi percutiã: licet percutere. ¶†Et ex
hoc determino quæſtionẽ, quã hic formãt doct. Si
ego potui euadere fugiendo, & nolui, ſed volui re
ſiſtere: an liceat? Et videtur ꝙ non: quia poteram
me tueri aliter, ſcilicet fugiendo. Doctores hic di-
ſtinguunt: Aut eſt perſona cui fuga eſt verecũdia,
aut non. Mihi videtur indiſtinctè dicendũ, quem
non debere fugere. nam aliquem fugatum eſſe,
eſt iniuria: vt l. item apud. §. j. ff. de iniur. ergo pro
pulſanda iſta iniuria licet reſiſtere. Et ex his habes
quomodo deponere debent teſtes, quando volũt
i probare aliquẽ feciſſe ad ſui defenſionẽ.[i] Nõ enim

c* Pro concordia aduerte: perſona vilis inſultata ab aliquo habens facultatem fugiẽdi, & nõ aufugiat, & ſe defendendo occidat inſultatorem, nõ punitur. Barto. hic in hac l. j. Sed alleg. contradicere in l. vt vim. ff. de iuſti. & iure. Tu dic, licet videat̃ cõtrarius, tñ non eſt, eo qa in d. l. vt vim. ſe refert ad not. per eum in hac l. j. Vel vt vim. diſtinguit in eo, qui timet verecundiã: vt ille nõ puniat̃. ita intelligitur hic. Si autẽ non timet, procedat ꝙ dicit in d. l. vt vim. Præterea in d. l. vt vim. non loquit̃ de ꝑſona vili. Panor. ita ſenſit in c. olim. de reſtitu. ſpol. Sed opin. illam ꝙ indiſtinctè non teneat̃ fugere, tenet dom. Iaſo. in d. l. vt vim. quam probat multis authoritatibus, & bene.

d ¶Repellere. Vtrũ qui poſsidet clàm, vel precario, poſſit vim vi repellere, per Bar. in l. j. §. interdictũ. hic allegata. & de poſsidẽte vi, vide Barto. ſ. ea. l. in princ. Et an liceat clãdeſtinum poſſeſſorem ex interuallo repellere, vide Bar. & Bal. in l. ſi quis ad ſe fundum ad leg. Iul. de vi. Sed quid ſi detinet non clàm, ſed ab alio: an poſsit expelli à poſſeſsione, vide Bal. in l. ij. §. ſi neceſſarius. ſi vẽ. nomine. & vide omnino poſt glo. & doct. in c. ſignificaſti. in ij. quinterno. in l. fi. de homi. el grande. per Modernos.

e ¶Precario. Vide Bald. in diſputatione ſua, quæ incipit, accuſatus de vi turbatiua. in iij. col. & Bal. in l. ſi quis ad ſe fundum. in verſi. opp. quartò. j. ad l. Iuliam de vi. & vide Ang. in l. à diuo Pio. §. ſi poſt edictum. ff. de re iu di. & Ro. in l. clam. §. qui ad nundinas. de acquiren. poſſeſ.

f ¶Contingit in fure. Quæ res furtiua poteſt à fure auferri: adde l. ſi quis in ſeruitute. ff. de fur. & ibi vide per gl. & Bar. & gl. no. in l. ſi quis intentione. in gl. mag. j. eo. alleg. glo. primã q̃ñ licet ſine iud. ſe vindi. & dictũ gloſ. ibi ſequitur Bal. in l. ſi quis in tantam. in vij. colum. & etiam Barto.

g ¶Ita fortis. Adde Bald. in l. furẽ. ff. de ſica. & in l. vt vim. vbi ponit cautelam quòd dicat ꝙ clamauit.

h ¶Niſi occidã. Contrarium tenet Bar. in l. vt vim. ff. de iuſtit. & iur. Sed cum opi. Bar. tenet Gemi. & Pet. de Ancha. in cle. j. de homi. cùm periculum ſit in fugiendo, propter caſuram & timorem. & ibi vide glo. & gl. in c. ſuſcepimus. de homi. & Bald. hic alleg. in fi. & Bald. in l. j. in iij. co. ſ. de ædil. acti. ꝑ docto. in c. olim. el j. de reſtitu. ſpol. & Bald. in c. Raynutius. Adde pulchrũ conſilium Bal. vbi ponit quando quis teneatur fugere: & quando quid dicatur fieri incontinẽti, conſil. ccxj. iiij. li. & per eundem conſil. ccccxxx. j. volu. in quibus conſilijs videbis claritatem iſtarum apoſtil. in hac materia.

i ¶Defenſionẽ. Quid ſi accuſatus de homicidio dicat ꝙ ad ſui defenſionem occidit, & ita probat per teſtes: an videatur ſufficiens excuſatio? Dic ꝙ nõ: ſed requiritur ꝙ dicat, ad neceſſariam ſui defenſionem: aliàs non probat. Dictum eſt ſingulare Bal. in l. j. ſ. de confeſ. Hoc allegat Ludo. not. xxix. Et vide quod in hac materia pulchrè, & notabiliter conſuluit Bal. in conſil. quod incipit, Maſsiolus. Habeo conſilium Bartol. quod incipit, quidam Maſſiolus. in l. fin. in vlti. charta. qui iſtam quæſtionem ponit. Vide etiam plenè quod ſequitur Bal. in l. ſolam. in pe. col. de teſt. videlicet ꝙ ſi teſtis dicat quòd fecit ad ſui defenſionem: probat, ſi non fuit interrogatus de cauſa ſcientiæ. Et de hoc videtur tex. in c. j. §. ſi quis vero. & c. de pa. tenen. & vide omnino Bald. in l. ſolam. de teſti. ſ. in penult. colum. & in l. ſi quando.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

eo ti.gl.& Petr.de Anch.in cle.j.de homi.per Bal.& Flori.in d.l.ſcientiã. & l.quemadmodum.§.ſi nauis.ad l.Aquil.Et ibi Bal.& facit l.ſcientiam. §.qui cùm aliter.eo.tit.

a ¶ Incontinenti.Quando dicatur incontinenti,per Bald.circa prin.qui idẽ videtur tenere.Cy.& Bal.in l.cùm antiquitas.ſ.de teſt.dicit ꝙ antequã ad actus extraneos diuertat, per doctores in c.olim.el j.de reſti.ſpo.

b ¶ Percutiatur. An quis debeat expectare vt percutiaŧ, per doct.in c.olim. el j.de reſtitu.ſpoli. vbi de hac materia: Et idem no. in l.iij. §.q armati.hic alle. & eſt text. in l.iij.ſ. qñ lice.ſine iudi. ſe vindi.& in l. multas. de libe. cau. & quæ ibi ſcribũtur. & Bal.hic.

c ¶ Secũdum dubiũ. Qñ dicaŧ fieri ad defenſam, & quando ad vindictam, vide Bal.in l.iij. per illũ tex.j.de ſica.

d ¶ Tertiũ moderamen.vide Bar.in d. §.tabernarius. glo. in c.ſignificaſti.de homici. & Salyce. in l.ij.j.de ſica.

e ¶ Doctrina. Adde, quod dicit Bald. in c.j.in princi. de paenen.quòd offenſor non præſumitur defenſor, niſi probet text.eſt ibi. Subdit tñ, ꝙ q excedit modum in defendendo ſe, puniŧ de exceſſu: & ſic mitius. Alle. Io. And. in nouella.c.ſignificaſti.de pœni. & remiſ. Et ſic videŧ inferri, ex hoc dicto ꝙ ſi defendo me: & habeo aliã facultatem vulnerandi offendentem me: tamen vltra vulnus quod ſibi intuli, ſi eũ etiã occidi: nõ debeo puniri de occiſo, ſed mitiꝰ. Et hoc clarè determinat Io. And. in addi.ad Spe.in rubr.de homi.& ibi refert Vbertũ de Bobio hãc q.diſputaſſe, & tenuiſſe, ꝙ nõ teneaŧ per l. Gracchus. j. de adul.& c. olim.

habẽt neceſſariò dicere, ꝙ ille nõ potuit aliter euadere mortẽ, niſi occidẽdo: ſed ſufficit ꝙ dicãt, ꝙ ab aliqua perſonali iniuria aliter euadere nõ poterat.
9 †Secũdò, cõſiſtit illud moderamen circa tẽpus, ſ. ꝙ fiat incontinenti: vt l.iij.§.cũ igitur.ff.eo. ¶ Circa hoc eſt ſciẽdũ ꝙ qñq; fit iniuria circa res: & tũc in-
a continẽti[a] dicitur, etiã intra tres dies, vt d.§.cũ igitur.& ibi no.Si verò iniuria inferaŧ perſonæ: tunc debet fieri incõtinenti in ipſo actu, ſeu crimine flagranti: vt l.ſi ex plagis.§.tabernarius.ff.ad l.Aquiliã.& ff.ſi qua.pau.fe.di.l.j.§.cũ arietes. Circa hoc inſurgunt dubia.Primò, an quis debeat expectare
b ꝙ primò percutiaŧ.[b] quod videtur: vt d.§.tabernarius.Gl.tua determinat cõtrariũ: quia ſufficit terror armorũ: vt l.iij.§.qui armati.ff.eo.Iſtud eſt verũ, dũ tñ præcedant ſigna, & actus manifeſti, ꝙ ille intẽdebat offendere: & iſte aliter ſe defendere nõ
c poterat.Secũdum dubiũ[c] eſt, quid ſi poſtquã quis eſt percuſſus, & incontinenti percuſſit percuſſorẽ ſuũ.De hoc dicã ſtatim in ſequẽti quæſtiõe. ¶ Ter-
d tiũ moderamen,[d] dicit gl.cõſiſtit circa cauſam: hoc eſt, ꝙ fiat ad defenſionẽ, nõ ad vindictã: vt dicta l.
10 ſcientiã.§.qui cùm aliter. † Videndũ eſt ergo, qñ videaŧ fieri defenſio, & qñ vindicta. Ioã.antiquus gloſſator dicebat, ꝙ qñ fit incõtinenti, ſemper dicitur fieri ad defenſionẽ: vt d.l.ſi ex plagis.§.tabernarius.& ibi gl.videtur declinare in iſtam ſententiam.Glo.hic videŧ dicere cõtrarium, ſ. ꝙ ex qualitate perſonarum, & factorum debet præſumi an ad vindictam, vel ad defenſionem, vt glo.dicit clare.Et ſecundùm gl.ex hoc dico, ꝙ ſi aliquis te percuſſerit, & tu poſt receptã percuſſionem inſequeris eum: hoc videtur fieri per vindictam.Secus ſi inſtaret & te vellet vlterius percutere: ita ex factorũ qualitate præſumitur: & nõ poteſt dari certa do-
e ctrina.[e] Reſtat quæſt.quæ hic formatur in fi.gloſ.
11 †Quæro quid ſi me expuliſti: & ego te expuli ex interuallo: an dolus cũ dolo compenſetur? Gl.tua dicit, ꝙ nõ: ſecus quando fit incontinenti. vide eã.
12 ¶ †Ex iſta gloſ.no.iſtud verbum, ꝙ quando illico violentia infertur: quaſi vnum factum reputatur. & ex hoc apparet, ꝙ ſi plura maleficia committantur inter aliquos in vna rixa, ꝙ contra ambos poteſt fieri vna inquiſitio, & vna denunciatio, de omnibus delictis, quaſi vnum factum reputetur: licet de omnibus puniaŧ: vt ff.de iniurijs l. prætor. §.ſi mihi plures.& l.libellorũ.§.quod ſi libelli.ff. de accuſa.& quod ibi no.ad Turpil.l.j.§.ſi plura. Itẽ ex hac gl.aduerte: quia cùm ſecunda violentia fit ex interuallo: ſecunda dicitur confirmare primam violentiam.quod dic, vt dicemus in d.l.ſi qs
13 ad ſe fundum. j. ad l.Iul.de vi. ¶ †Quando verò fit incontinenti, non dicitur dolus cũ dolo compẽſari: quia ille qui reſiſtit, & poſſeſſionem ſuam incontinenti recuperauit: facit l. permittente. & ſic non committit dolum: & ſolus primus venit puniendus.Facit quod videbitis.j.de except.l.licet.

LEX II.

VI pulſos. Hoc interdictum eſt annale, & non datur cõtra hẽredes: niſi quatenus ad eos peruenit.h.d. ¶ Opp.de l.j.in fi.ff.eo.Sol.

el primo.de reſtit.ſpo.& pro opi.Io.an.& ad prædicta videtur tex.expreſſus.in l.ſi adulterium cum inceſtu.§.Imperator.de adul. quẽ tene menti. Adde Lud.in l.cum mulier.in xxviij.col.ff.ſol.ma.& in ſingu. ſuo quarto.& ſic punitur arbitrio iudicantis.& idem videtur dixiſſe Bal.in c.j.§.ſi quis verò.de pa.iura.fir.in l.ſi.el j.vide tamen omnino Bald.in l.j.quæ ſit longa conſue.j.& ꝙ Bart.in l.iij.§.ſi.de ali.le. ¶ Et ad prædicta facit quod no.Bar.in l.diuus.maximè circa fi de ſica.& hanc q.format etiã Bal.in repe.huius l.in ix.q.alleg.d.l.ſi adulterium.Et adde hic, quod dixi ſtatim in fi.huius legis poſt Bar.ſecundùm Pet.de Anch.& quòd quis puniatur de exceſſu pœna mortis, eſt tex.& ibi Bal.in l.j.j.de emen.ſer.& vide Bal.in l.vt vim.& gl.in c.ſignificaſti.el ij.de homi.& Salycet.in l.ij.j.de ſica.Inn.

in c.ſi verò.el j.de ſenten.excom.& Bal.& Flo.in d.l.ſcientiã.Pet.de Ancha.in Cle.j.de homi.poſt gl.ibi: & dicit ꝙ probata aggreſſura, & inſultu ſi inſultatus incõtinenti percutit, ſemper non præſumitur ad defenſionẽ. Ita no.in c.ſignificaſti.de homi.& in d.§.tabernarius.& Cy. hic ſecũdùm eum dicit, ꝙ inſpicienda eſt conditio perſonarum & inſultantis inſultanti, vt modo ad defenſionem, modo ad vltionem præſumere debeamus.Et hoc tenet Bald.hic ſecundùm eum.& glo.in d.cle.j.idem ſenſit ibi: per circũſtantias. Vbi autẽ de circunſtãtijs nõ apparet, probatio inſultu cum armis, maximè ſecuta percuſſione poſt inſultũ, quicquid incontinẽti durante rixa inſultatus egit percutiendo aggreſſorem, prẹſumitur ad defenſionem. & ſic credit intellexiſſe gloſſatorem. & qđ no.xiij.q.j. in ſumma.Quid iuris ſi qs moderamen excedat, non ex propoſito? Dicit ꝙ nõ tenetur. Secus ergo ſi ex propoſito & tũc credo ꝙ non teneatur, niſi de exceſſu: vt eſt caſus no.in c.olim.de reſtit. ſpo. Petr.de Ancha. Et de hoc vltimo exceſſu, adde quod dixi poſt Bartolũ. ſ. in hac lege. Item adde Bar. hic, Inn. in c.olim.in gl. inuoluit.de reſti.ſpolia.& in iſta materia vide Bar.in conſil. Vanucius. Bal. in l.j.ſ.qñ licet ſine iudi.ſe vindi.Et ad primũ dictũ vide Bal.in l.j. j. de ſica. & ibi tex.in l.quacunq;.§.j.ad l.aql. & c.ſi pſodiens.ibi gl.in ver.legibus ſecularibus.de homi. & gloſſ.xxij.q.j.in ſum.& Bar.& Bal. in l.ſi ex plagis.§.j. ad leg.Aquil. & d. l.quacunq;.& Bal. in l. multis.de lib. cau.& in l. vt vim. de iuſt.& iu. Adde ad hoc qđ no.dixit Bar.in l.vt vim. in fi.verbis.

De eo quod peruenit, datur perpetuò: de eo, quod non peruenit, datur intra annum. ¶ Op.de l.licet. j.de excep.Solu.Ibi excipiẽdo: hic agendo. ¶ Op. ſ.ne ex delict.defun.l.j.Solu.Ibi lis erat conteſtata cum defuncto: hic non.

LEX III.

AVthoritatẽ. Per reſcriptũ principis violẽta poſſeſſio nõ cõfirmaŧ. h.d. Extra glo.op.illud, quod modicè lædit aduerſariũ, rectè põt impetrari: vt l.quoties de preci.Impe.offe.Sed hic per reſcriptũ ſolũ auferebatur interdictũ, quod eſt momentaneæ poſſeſſionis: & ſic modicum lædit: vt ſ.ſi de mo.poſ.fue. ap.l.j.ergo poteſt concedi. Sol. Illud eſt in odium violenti.Et tene menti iſtam legem: quia ſi aliqs occupat aliquam terram, vel poſſeſſionẽ per vim, & facit ſibi poſtea à ſuo ſuperiore concedi: nõ pro-
f deſt[f] ſibi, quin ſpoliatus ſit reſtituendus: & fortè conceſſio non valet.quod vidi iam: vt C.de fund. pat.l.ij.vel de fund. rei priua.non recordor vbi.

*SVMMARIVM.*

2 ☞ Si res intereat eo modo penes inuaſorem, quo eſſet interitura penes poſſeſſorẽ, tenetur inuaſor de interitu.

SI de poſſeſſione. Expel-
1 lens †aliũ de poſſeſſione, poteſt accuſari criminaliter, & conueniri ciuiliter hoc interdicto: & teneŧ de fructibus perceptis &
2 percipiẽdis.h.d. ¶ †Gl.hic quærit[g], quid ſi res in-
g tereat eo modo penes inuaſorẽ, quo eſſet interitura penes poſſeſſorẽ, quid releuet. Gl.rñdet ꝙ tenetur de interitu: vt ff.e.l.pe.& l.ſi vi à me. & ſ. qđ me.cau.l.j.& ff.e.l.j.§.rectiſſimè. ¶ Sed cõtra hoc facit ff.qđ me.cau.l.ſi cũ exceptiõe. §. ꝙ ſi homo. Sol. Ibi ideo, quia tenebaŧ ad triplũ ideo releuabitur, vt nõ teneaŧ de interitu. ¶ Itẽ cõtra hoc op.de l.j.§.qui aũt.ff.eo.vbi diciŧ ꝙ prædo non tenetur, niſi ad id quod haberet poſſeſſor: ſed ſubaudi ibi: & ad aliquid plus: vt glo.mirabiliter dicit.

INuaſor. Hic eſt aduertendum, hucuſq; tractauit Imperator materiam interdicti vnde vi. In l.ac lege ſeq.ponunŧ aliquæ cõſtitutiones contra violentos: nec pertinẽt ad interdictũ vnde vi, ſed habent materiã ſeparatã: & ſunt cõſtitutiões multũ notabiles, vtiles, & ſingulares: ideo aduerte bene, ꝙ hẹc lex legiŧ duobus modis: & ſecundũ verã lec.breuiter h.d.Qui inuadit rẽ poſſeſſam ab alio, prædictarũ legũ pœna puniŧ: qui inuadit poſſeſſionẽ vacantẽ, ad eius reſtitutionẽ ex hac cõſtitutione tenetur.h.d.gl.mag.quæ eſt hic, fuit additio & libri antiqui nõ debẽt eã habere. ¶ Op.à diuiſione, ꝙ iure veteri hẹc lex nõ procedat: quia cõtra inuaſorẽ nulla pœna erat ſtatuta ꝑ interdictũ: & ſi qua erat, nõ erat legitima, ſed de iure prẹtorio. Itẽ finis nõ ꝓcedit: qa patiŧ pœnã, q occupat poſſeſſionẽ vacãtẽ: vt j.e.l.ſi. Huius timore hẹc lex legitur tribus modis principaliter. Primò, ꝙ tota loquaŧ de iure antiquo: & ſecundũ hoc in fi.ageŧ ad poſſeſſionẽ rei vẽ. Alij dicũt ꝙ tota loquaŧ de iure

¶ An ſi poteras fugere, & non fugiſti, vtrum tenearis? Et diſtinguit aliud in Piſano, ꝙ non teneatur, ſi non fugit: quia timet verecundiam: aliud in Florentino qui eſt vilis, & non timet verecundiam: quia ipſe tenetur. Et hanc opi.refert tenuiſſe Cy.hic. Adde vt per Bal.conſilijs proximè alleg.

f ¶ Non prodeſt. No. ꝙ tenens aliquam terram per vim, licet eam poſtea impetret à ſuperiore, non tenet.quod no.contra magnum Guida.& idẽ Bal. hic facit in l.j.j.de fun.li.lib.xj.& l.ij.j.de ſun.pat.Vide tamẽ Sali.& Flo. in l.vniuerſis.ſ.de præcib.Impe.offe.& Bal.in l.j.in prin.j.de Carbo.edi. & Inn.in rubri.de verb.obli.in penul.col.

g ¶ Glo.hic quærit.Quid veniat in hoc interdicto, adde ꝙ etiam iſta cauſa poſſeſſionis eſt priuilegiata, etiam in hac reſtitutione damnorũ.Text.eſt

nouo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſingularis ſecundùm Ioan. And. in l. ſi quis ad ſe. j. ad leg. Iuliam de vi. & ibi Bar. in princip.

a ¶Meminerint. Vide Bart. in conſil. incip. miſſus in poſſeſsionem. & vide do. Pet. in conſil. cxvij. videlicet ꝙ poſſeſſor nõ põt ſua poſſeſsione priuari per iudicẽ: etiam ſi ſit citatus per generale proclama, per l. ſi. C. commi. vel epiſc. vt ingrediens authorita te iudicis incidit in pœnã huius conſtitutiõis: debuit enĩ poſſeſſor inqri, & citari: argu. l. j. ff. de vent. inſpic. Adde Inno. pro iſta lege in c. cùm nomini, de cõceſ. præbẽ. & pro materia huius legis vide Barto. in cõſi. incip. in q. vertente, coram capitaneo.

a ¶Meminerint. Ad intellectũ huius legis, vide Imol. in l. à diuo. §. in ven. in pe. col. de re iudic.

❋Pro concordia aduerte, qñ violentiã fecit tutor aĩo colludendi, vẽdicat ſibi locũ iſta lex, meminerint. ſecũdùm Bar. hic cõtrari⁹ tñ allegaẽ in l. j. §. ſi qs ꝓcurator. ff. ſi quis ius di. nõ obtemp. Sol. ſecũdũ ipſum Bart. ſi bene videaẽ concorditer dicit vbiq; vnũ, & idẽ: ſed plus & clarius loquiẽ in hac l. meminerint. nam verum dicit in d. §. ſi qs procurator. Sed qñ tutor colludat cũ aduerſario, ꝑiudicat pupillo: quia etiã aduerſarius eſt in dolo, & ex dolo ſuo nõ debet cõmodum reportare. Et ita dicit ipſe Bart. hic, in l. meminerint. dum oppo. & ſoluit ſecũdũ Roſ. quia colludiũ fuit factũ inter ſeipm, nõ cum aduerſario. Sic ergo clarè ſolue. Aut colluſio fuit facta cũ aduerſario, & per prædicta nõ fiet pręiudiciũ: nec habet locum diſpoſitio huius legis: & ita procedãt dicta in d. §. ſi procurator. Aut dicta colluſio fuit facta cũ ipſo tutore ſolùm, & procedant dicta in hac l. meminerint.

b ¶Vera in ſe. Sed princeps reſcribat talem eſſe mittẽdũ in poſſeſsionem, tñ non debet propria authoritate ingredi: fortius hic Bal. in prin. & adde. l. j. ſi per vim, vel alio modo. & quæ ibi notatur, vide Bar. in l. à diuo. §. in venditione. ff. de re iudi.

c ¶Sua authoritate. Si iudex dicit in ſentẽtia ꝙ liceat actori ingredi poſſeſsionem propria authoritate: an abſq; alia citatione poſsit facere actor: hic per Bar. poſt gl. j. l. proxi. in ij. parte. & Bar. poſt gl. in d. l. in fi. in verſi. ſed pone, &c.

d ¶Pocuratore. Et ꝙ citatio poſsit incipere à procuratore, vide tex. ꝙ ibi Bal. in l. cùm clericis. ſ. de epiſ. & cler. & ꝙ no. Bar. e. tit. in auẽ. item nulla cõitas. Pau. de Elea. in cle. cauſam. de elec. per illũ dicit primò citandum dominum ſi reperitur in prouincia: aliàs citetur procurator, ſi dimiſit, quem dimittere teneẽ maxime poſt citationẽ de his qui matr. accuſ. poſ. c. j. de procu. c. j. Pet. de Anchar. ibi ſequiẽ opi. Bar. ſingu.

e ¶ Quòd ſufficiat. Adde ꝙ idẽ voluit Bal. Ang. & Sali. in l. cũ q. ſ. de procur. & Bar. in l. ſolẽt. ad finẽ. ff. de ali. leg. & in l. quãuis. in vlti. col. ff. de dã. infect. & Bal. in l. itẽ ait. in prin. ff. ex qb. cauſ. ma. & Pet. de Ancha. in d. l. cauſam. de elect. & do. Anto. in c. cauſam. de do. & contu. licet Paul. de Elea. in d. cle. cãm. dicat hoc eſſe verũ, ſi dominus fuit abſens: aliẽ ſecus. & idẽ ſequiẽ ibi d. Car. & Fulg. in d. l. cũ qui. & Hoſtiẽ. in d. c. cauſam. de do. & contu. & Bal. in l. j. verſi. ſed qũo. ſ. de ſen. & vide omnino Alexã. in d. l. cũ qui. & vide Angel. in auẽ. de hære. & fal. §. hinc nobis. & Imol. in l. ſi finita. §. Iulianus ff. de dam. infect.

f ¶Quæro diciẽ. Ad de Bart. in l. ſolent. ff. de ali. & ci. leg. & vide tex. & Bald. in l. j. ſ. de iur. & fac. ignorã. & Nicol. de Neap. in l. defendẽte. ff. de autho. tut. & quæ plenè notaui ad Bal. in l. ſi cauſam. ſ. de ex. rei iudi. & ad Bart. in l. à diuo Pio. §. in venditore. de re iudic. Andre. Barba.

nouo principiũ, ſecũdũ l. ſi quis in tantã. finis ſecũ
dùm legẽ cũ querebaẽ. j. eo. & q đ ibi diciẽ de pœ-
na, eſt ideo, qa actor hoc petebat: ſed hic actor nul
lam pœnam petebat. Tertia lec. eſt, & iſtã tene: qa
eſt magis notabilis quã principiũ, loquiẽ ſcđm iu-
ra antiqua: finis eſt cõſtitutio noua. Nam cõdictio
ne ex lege iſta, inuaſor poſſeſsionis vacantis cogiẽ
ad reſtitutionẽ. Dices tu, ad quid eſt bona hęc cõ-
ſtitutio? videtur ꝙ ad nihil. Nam iſta cõſtitutio cõ
petit domino, propter eius incuriã vel errorẽ, qñ
loca vacabãt. Vnde habet probare ſe dominũ ne-
ceſſariò, & poſſeſsionẽ vacantẽ ab eo. Iſtud enim
ſufficeret in rei vendicatione: quia probãdo ſe do
minũ obtineret? Reſpõdeo, in hoc poſſeſſorio ꝓ-
ceditur magis ſummariè: nec requiruntẽ probatio-
nes ita liquidę, ſicut in rei vẽdicatiõe, vt dixi ſ. tit.
ij. l. j. & j. eo. l. proxi. & l. momẽtaneæ. Item videẽ
ꝙ hæc cõſtitutio ſit inutilis, per l. vlt. j. eo. Reſpõ-
deo illa loquitur qñ quis dolosè occupauit poſſeſ
ſionem vacantem: hic quando non dolosè: & iſte
eſt verus, & ſanus intellectus iſtius cõſtitutionis.

*SVMMARIVM.*

2 ☞Qui authoritate ſuperioris temere impetrata poſſeſsionẽ inuadit, debet omni ſuo iure priuari.

3 Si iudex non iuſtè iudicauit, & iuris ordine nõ ſeruato, qui illam poſſeſsionem ingreditur, punitur hac conſtitutione.

4 Quod iudex legitimè facit, videtur facere pars.

5 Citatio quantum ad primum decretum, poteſt incipere à procuratore.

6 Executio quando fit in eadem re, de qua eſt iudicatum, non requiritur citatio partis.

7 Si quis ingreditur poſſeſsionẽ ſua authoritate, ex iuſta permiſsione iudicis, nõ incidit in conſtitutionem huius legis.

8 Si per executionem iniuſtam ei traderetur, quomodo ſuccurratur expulſo.

9 Forma libelli cõtra eum, qui authoritate ſuperioris temere impetrata poſſeſsionem intrauit.

10 Delictum tutoris, vel curatoris ab initio delinquẽtis, nocet pupillo.

11 Quæ ſit forma libelli, quando tutor, vel curator, deliquit, prout in hac lege.

12 In poſſeſſorijs recuperandis, non habet locum exceptio dominij.

13 Condictio ex hac lege quando ſit perſonalis, & quando in rem ſcriptam.

1 a MEminerint. †[a]Si authoritate reſcripti iniuſti, vel iniuſtę ſentẽtię, quis poſſeſſionem ingrediẽ ſuo iure priuaẽ: & delictũ adminiſtratoris nõ nocet minori: ſed ipſe punitur: & ſpoliatus iniuſtè authoritate iudicis ante omnia eſt reſtituẽdus. h. d. ¶Diuidiẽ in duas partes. Primò qñ quis ſuo iure inuaſit. Secũdò qñ adminiſtrauit nomine alterius. Secunda ibi: ſi autẽ.

2 ¶Ex prima parte no. †ꝙ qui authoritate ſuperioris temere impetrata poſſeſsionem inuadit, debet
omni ſuo iure priuari. Alia notabilia colligũtur in
proſecutione materiæ, licet glo. nõ bene tetigerit.
Sed dominus Roſ. cõmentauit, & gloſſauit omnes
cõſtitutiones cõtra violẽtos: vt habetis per eũ, &
bene. ¶Opp. ad iſtud principiũ, dicit cõueniẽdos
dominos locorũ eſſe, &c. Si erat dominus, ad quid
poterat ipſe cõueniri? Videẽ ꝙ ad nihil: quia ipſe
poſſet à quolibet alio vendicare: vt l. in rem. de rei
ven. ergo multò magis detinere. Huius timore ex
ponit gl. dominos. ſ. putatiuos. Vẽ dic dominos. i.
poſſeſſores, præſumunẽ enim domini ex eo ꝙ poſ
ſident ſecũdũ Pla. Vel dic poterat cõueniri hypo-
thecaria, vel publiciana, in realibus, vel ꝑſonalib⁹
actionibus nõ curo. ¶His præmiſsis quæro, quid
cõtinebat iſtud reſcriptum vel ſentẽtia, de quo hic
fit mentio. Tres opi. ſunt in gl. Prima, ꝙ contine-
batur aliquid pertinẽs ad litis ordinationẽ. Secun-
da, ꝙ cõtinebaẽ aliquid pertinẽs ad litis deciſionẽ.
Tertia, ꝙ cõtinebaẽ aliquid pertinẽs ad litis execu
tionem. Ad primũ dico, ꝙ reſcriptũ cõtinebat li-
tis delegationẽ iudici: vt quia cõmittebaẽ alicui iu
dici, vt de eo cognoſceret: vel citabatur pars, vt ad
iudiciũ veniret. Vide gloſſ. ſuper verbo, vulgato.
Hoc non placet: quia cũ tale reſcriptũ, ſeu ſnĩa, de
occupatione poſſeſsiõis nihil dicat: iſta iniuria nõ
oriebaẽ ex eis, ſed ex malitia occupantis. & ſic iſto
caſu hæc lex nõ videtur loqui: ſed habet locũ con-
ſtitutio ſequẽs. ¶Secũdò diciẽ, ꝙ cõtinebat aliquid
pertinẽs ad litis deciſionẽ: vt puta, dicebatur in re-
ſcripto illi eſſe poſſeſsionẽ reſtituẽdã, vel illũ ha-
bere iuſtã cauſam. vide gl. Iſtã ſecũdã lect. videtur
velle tenere gl. j. hic poſita in poſitione caſus. Hoc
idem tenet in l. miles. §. iudicati. ff. de re iud. Sed li
b cet iſta lect, poſsit eſſe vera in ſe: [b]non tamen pu-
to ꝙ ſit neceſſaria: nam licet qs habeat ius, ſi ingre
ditur authoritate ſua punitur per edictũ diui Mar
ci: vt l. extat. quod met. cau. Vnde iſta conſtitutio
nõ fuiſſet neceſſaria. Eſt ergo tertius modus legen
di, ꝙ hic cõtinebaẽ in ſnĩa, ꝙ liceret ei ingredi poſ-
c ſeſsionẽ ſua authoritate: [c]tamen hoc facere nõ de-
bet parte nõ citata: aliàs hoc cõſtitutiõe teneẽ. Hic
eſt vera lect. quæ colligiẽ ex eo quod j. ſequitur in
glo. quid ſi iudex, vel imperator, &c. ¶Sed contra
hanc lect. op. Iuſtè poſsidet, qui authore prætore
poſsidet: vt l. iuſtè. de acqui. poſ. Reſpon. Illud eſt
verũ, qñ iudex iuſtè interponit authoritatẽ ſuam
parte citata negotio legitimè diſcuſſo. & ita debet
3 intelligi opi. Hug. hic poſita. †Si aũt iuſtè nõ iudi-
cauit, & iuris ordine nõ ſeruato, qui illã poſſeſsio-
nẽ ingrediẽ: puniẽ hac cõſtitutiõe. Ita no. in l. pro-
xi. in gl. mag. in quæſtionibus, quæ fiũt ſuꝑ tẽpo-
re. & iſta eſt vera, quã omnes tenẽt. facit ad hoc ſ.
cõmi. vel epi. l. ſi. & antepe. ¶Op. pars põt cõcede
re licẽtiã ingrediẽdi ſua authoritate: vt j. de pign.
4 l. iij. †Sed quod facit iudex videẽ facere pars vt l. ſi
ob cãm. j. de euic. & l. j. ſi in cãm iudi. & de pig. act.
l. elegãter. in prin. ergo &c. Solu. quod facit iudex
videẽ facere pars: verũ eſt, ſi facit legitimè: ſed hic
non fecit legitimè: quia fecit parte nõ citata: ergo
&c. vt ſ. cõmi. vel epi. l. ſi. & antepe. ¶Quæro, di-
ciẽ hic, dominos locorũ eſſe cõueniendos: & ſi nõ
reperiunt procuratorẽ, & actorẽ eſſe cõueniẽdos,
aliàs quærẽdos. Vtrũ hoc ſit verũ indiſtinctè, vi-
delicet ꝙ primò dominus debet citari, & in ſubſi-
5 diũ procurator. †An verò citatio poſsit à procura
d tore[d]incipere: tex. videtur dicere ꝙ ſic: vt l. j. circa
prin. ff. de lib. agno. In cõtrariũ videẽ ſ. de procu.
l. cũ qui res. & ibi tangiẽ per doct. tutior eſt practi
ca, ꝙ citatio incipiat à domino: vt hic vides. Gloſ.
hoc no. in c. cãm quæ. extra, de dolo & cõtu. tñ pu
e to ꝙ ſufficiat [e]ſi citatio incipiat à procuratore, quã
tũ ad primũ decretũ: quãtũ verò ad ſecũdũ decre-
tũ, q đ affert præiudiciũ, nõ ſufficeret. Caſus eſt in
l. hoc amplius. §. ſi. & l. ſeq. ff. de dã. infect. ¶Quę-
f ro, diciẽ[f]hic, actores &c. de quo actore loquiẽ. Qui
dã intelligũt hic in ꝑſona, quę cõſtituebat actorẽ,
vt in vniuerſitate, vel tutore, vel curatore, q actorẽ
relinquãt. alij intelligũt in actore, vel caſtaldio-
ne. tene quã vis, nõ curo: quia vtraq; eſt bona. Pro
cedo vlterius: diciẽ hic, ad inſinuãdas ſnĩas. quęro,
quid eſt hoc dicere. gl. hic dicit in poſitione caſus,
ꝙ iſti procuratores, & actores, requiruntur in hoc
vt notificẽt domino. Roſ. dat huic legi aliã lectu-
mirabilẽ, & notabilẽ: dicit ꝙ qñ ſententia inſinua
tur, hoc eſt, corã iudice produciẽ, & petiẽ mandari
executiõi: debet citari pars, dominus, vel procura
tor eius: aliàs ſi fieret executio parte nõ citata inci
deret in hãc cõſtitutionẽ. Ita dicit ipſe quod eſt no
tandũ. Cy. in l. ab executione. ſ. quo. appel. non re
ci. diciẽ idẽ quod in executione debet pars requiri.

Inn.cõtra.de app.c.ex ratione.vbi dicit,ꝙ in exe-
cutione nõ eſt citanda pars. Ego hoc pono multũ
latè in l.à diuo Pio.§.in vẽditione.ff. de re iud. Et
6 †veritas eſt iſta:quia ſi executio fit in alio, quã in
eo,de quo eſt iudicatũ:quia quis eſt cõdẽnatus in
pecunia,& pro pecunia capiũtur res aliæ : vel pro
vna re,quæ fortè nõ reperiť capiaťalia:tũc cogni-
tio debet ibi adhiberi ſecundũ formã l.à diuo Pio.
§.in vẽditiõe.ff.de re iud. meritò pars citabiť.ſed
ſi fiet executio in illa eadẽ re de qua ſñia lata eſt:
tũc nõ requiriť ꝙ citeť pars.ita intelligo dictũ In-
7 no.qa non põt lędi.†Hoc ꝑmiſſo[a],qñ qs ingrediť
a poſſeſsionẽ ſuã authoritate & permiſsione iudicis
exequẽtis.Si quidẽ hoc faciebat licitè : qa pars nõ
debebat requiri,nõ incidit in hãc cõſtitutionẽ : vt
8 l.iuſtè.de acq.poſſ. †Sed ſi iudex faciebat iniuſtè:
tunc incidit in hãc cõſtitutionẽ,ſecundũ lect.Roſ.
notabilẽ: & hoc eſt verũ,ſi authoritate ſua ingredi
tur.ſed ſi per executorẽ ſibi tradereť nõ haberet lo
cũ hæc cõſtitutio,ſed deberet huic expulſo ſuccur
ri per appellationẽ,ſecũdũ formã l. ab executiõe.
9 ſ.quo.appel.nõ reci. ¶ †Vltimò quæro qualiter
formabiť libellus in hoc prin.Reſpõdeo ,tu debes
narrare quomodo ille authoritate reſcripti,vťſen
tẽtiæ impetratæ temere intrauit poſſeſsionẽ tuã,
te nõ citato,vel requiſito,vel ꝓcuratore tuo:qua-
re petit eũ priuari omni iure qđ habebat in illa re
ſeu pro illa re.nõ eñ eſt priuatus ipſo iure,ſed de-
b bet priuari ꝑ ſñiam.¶ Venio ad ſecũdã partẽ[b] hu-
10 ius l.& op.†ꝙ delictũ tutoris,vťcuratoris noceat
minori:vt l.Polla.ſ.de his qui.vt indig.Sol.hic ab
ipſo initio deliquit:vnde nomine pupilli non põt
dici eſſe factũ:quia delictũ nõ venit in adminiſtra
tione:vt l.ſi ꝓcurator.ff.de cõdi.indebi.ibi aũt ab
initio agebat legitimè: & ſic nomine pupilli factũ
diciť:quod tñ plenius dic vt ibi dicã.¶ Op.dicitur
hic,ſin aũt habito plerunque colludio,&c.Innuit
ergo ꝙ tutor,vel curator colludẽdo cũ altera par-
te poſſeſsionẽ inuaſit.& ſic alia pars dolũ partici-
pauit:ergo de dolo nõ põt cõqueri,nec habere cõ-
dictionẽ ex hac lege:vt ſ.de trãſact.l.cũ donatiõis
aliàs l.trãſactiõe finita.Huius timore dicit Roſ.ꝙ
hic fuit habitũ colludiũ inter ſeipſum,nõ cũ aduer
ſario.Puto ꝙ ipſe bene ſentiat.Nam hic tex. dicit
ſin aũt habito plerũq; colludio &c.No.quod dicit
plerunq;.q.d.quãdoq; fit colludiũ nõ interueniẽ-
c te parte.Ex hoc ego dico[c] ꝙ ad eſſe iſtius cõſtitu-
tiõis nõ requiriť ꝙ probeť ꝙ tutor, vel curator cũ
aduerſario colluſerit.Sed hoc timẽs Imꝑator hãc
cõſtitutionẽ facit.Et hoc etiã ſentit gl.hic, ꝗ dicit
11 idẽ ſi bona fide,ſecũdùm Pil.¶ †Quæro,qualiter
formabiť libellus in ſecũda parte huius legis. Re-
ſpondeo,vna eſt accuſatio criminalis cõtra tutorẽ
vel curatorẽ hoc faciẽtẽ: & iſta põt cõpetere pupil
lo,in cuius læſionẽ hoc factũ diceť.Itẽ poſſet cõpe
tere ſpoliato,q ex hoc diciť læſus. Alia eſt actio ci
uilis,ſ.cõdictio ex l.iſta,quæ datur cõtra ipſum pu
12 pillũ,ad quẽ peruenit poſſeſsio,vt poſſeſsionẽ re-
ſtituat.¶ †Circa hoc quæro vtrũ cõtra agentẽ cõ-
dictione ex hac lege ad poſſeſsionẽ poſsit opponi
exceptio dominij.Reſpõdet ꝙ nõ poſsit,per regu-
lam generalẽ,ꝙ in poſſeſsiõis recuperãdæ nõ ha-
bet locũ exceptio dominij:quia ſpoliatus ante oĩa
eſt reſtituẽdus:vt l.ſi qs ad ſe fundũ.j.ad leg. Iul.
de vi.& l.j.circa prin.& ibi no.ff.e.Secũdò,ꝑ text.
huius legis vbi diciť,illico qdẽ poſſeſsio ei , à quo
eſt ablata,reddať.Ex eo quod dicit,illico, apparet
ꝙ quæſtio dominij,vel exceptio,dolo facis,nõ ha-
bet locũ.Etiã hoc ſentit gl.quæ eſt ſup verbo,red
datur.In eo quod dicit,ſaluo iure pupilli in vẽdi-
13 cando : ergo illud ius debet reſeruari. ¶ †Quæro,
vtrũ cõdictio ex hac lege ſit perſonalis, vel in rem
ſcripta.Reſpondeo,inquantũ condictio ex hac le-
ge datur ad pœnam,hoc eſt,ꝙ quis ſuo iure priue-
tur,vel tutor puniatur,eſt perſonalis ſine dubio.
In quantũ datur ad recuperandum poſſeſsionem,
videť ꝙ ſit ſcripta in rem.Quod apparet : quia da-
tur cõtra pupillum,ad quem peruenit poſſeſsio fa
cto tutoris: licet nõ dicatur hoc facere tutorio no
mine. Pro hoc facit regula , quæ eſt ꝙ interdicta
omnia ſunt in rem ſcripta:vt l.ij.§.pe.ff.de inter-
dic.hoc autem relinquitur ſub dubio.

SVMMARIVM.

2 ☞ Audacia in bona parte poſita laudatur,& per-
mittitur:in mala parte damnatur.
3 Qualiter maſculinũ cõcipiat fœmininũ. & nu. 4.
4 Fœmina,quę poſſeſsionẽ rei alienæ inuaſit,puniť
conſtitutione huius legis.ſi verò rei ſuæ, an poſsit
prętendere ignorãtiã iſtius iuris ibi.& nu.6.& 16.
5 Idem in hermaphrodito.
6 Idem in milite & ruſtico.
7 Idem in adulto & pupillo:niſi ſit proximus infan
tiæ,& delinquat committendo.
8 Nec talis minor reſtituitur,ſi dolo inuaſit.
9 An pater onus inuadens teneatur liberto hac con
ſtitutione.
10 Filius & libertus qui inuadunt , tenentur patri &
patrono conſtitutione huius legis.
11 An dominus teneatur cõſtitutione huius legis de
facto ſerui,vel pater de facto filij.
12 Quando alienatio rei eſt prohibita fauore perſonę
alienantis:tunc nõ eſt prohibita propter delictũ.
13 Furioſus,& mente captus inuaſor,non teneť con-
ſtitutione huius legis.
14 Quid de adulto.
15 Si Abbas,prælatus,tutor , vel monachus inuaſit.
non tenetur eccleſia,nec collegium,neq; pupillus,
niſi factum fuerit communicato conſilio.
16 Si credens me poſsidere inuaſi poſſeſsionem alte-
rius,non teneor hac conſtitutione.
Quid ſi te reuertentem ad tuam poſſeſsionem nõ
admiſi.
17 Magiſtratus inuaſor non tenetur,niſi fecerit tan-
quàm priuatus.
18 Conſtitutio huius legis habet etiã locum in rebus
mobilibus.
19 An habeat locum in iuribus incorporalibus in vſu
fructuario,emphyteuta,& ſimilibus.
20 Si inuado rem,quã alij cõmodaui, vel apud alium
depoſui,non teneor,niſi interuerſa erat poſſeſsio.
21 Si furi furanti rem meam abſtulerim.non teneor,
niſi iam ad locum deſtinatum peruenerit.
22 Si occupaui equũ tuum,quem poſsidebas, teneor
conſtitutione huius legis.
23 Si vnus habet poſſeſsionem,alter detentationem
& alius proprietatem,dabitur condictio ex iſta le-
ge poſsidenti tantùm.
24 Si inuaſi rem,vt habeam pro pignore,vel in ſolu-
tum,habet locum iſta lex,niſi lege,vel pacto per-
mittente inuaſi.
25 Debitor auferens rem creditori eam poſsidenti te
netur hac conſtitutione.
26 Quo tempore habeat locum conſtitutio huius le
gis,& an etiam poſt ſententiam.
27 Poſſeſſor clandeſtinus tenetur hac conſtitutione.
28 Inuaſor qui incidit in pœnam huius legis,perdit
dominium rei per ſententiam.
29 Quòd acquiratur ſpoliato.
30 Forma libelli contra inuaſorẽ poſſeſsionis rei ſuæ
apud alium conſtitutæ.
31 Inuaſor rei alienæ eam reſtituit , & in æſtimatiõe
proprietatis eius rei condemnatur.
32 Si eſt expulſus fructuarius tantùm vel proprieta-
rius tantùm,quid æſtimabitur.
33 Si inuado rem communem mihi alteri ſocio poſsi
denti,quomodo teneatur.
34 Si deijcio eum,qui poſsidet vſumfructum meum,
perdo ius vſuſtructus,& deiecto applicatur.

d SIquis[d] in tantã. Hæc eſt lex mul
1 tùm famoſa:†Qui poſſeſsionẽ rei ſuæ
apud aliũ cõſtitutæ inuaſerit,eam reſti
e tuet[e],& dominio priuabiť.Si verò rẽ alienã inua-
ſit,eã reſtituit,& in æſtimatiõe cõdemnatur. h.d.
¶ Gl.diuidit hãc legẽ in quinq; partes.Tu verò di
uidas in duas partes principales. Prima loquiť qñ
quis inuaſit poſſeſsionẽ rei ſuæ.Secũda qñ inuaſit
poſſeſsionẽ rei alienę.Secũda ibi:ſi verò alienarũ.
Itẽ prima ſubdiuidiť.Primò loquiť de perſona in
uadẽte.Secũdò de re inuaſa.Tertiò de tẽpore inua
ſionis.

a ¶Hoc præmiſſo.
Adde quæ no.Bar.
in l.j.ſi per vim vel
alio modo. & quæ
not.doct.in l.iuſtè.
de acqui.poſ.& vi-
de ſ.etiã in ij. lect.
ſed cõtra hãc l. j. in
hoc facit c. ad peti-
tionẽ.de acc. ſed Sa
li.hic ſaluãdo gl.ali
ter loquiť. & vide
mod.Inſtit. de act.
in §.quadrupli.an-
tepen.char. ad hoc
lege Iulia.

b ¶Secundã partem.
Vltra iſta,& ꝗ no.
Bar.in l.j.§.ſi ꝓcu.
circa fi.ff.ſi quis ius
di.nõ obtẽp. Adde
quod dixit.Spec.in
fi.de cõt.§.fi.in fin.
ꝙ licet minor non
cõpareat purgando
cõtumaciã ſui ad-
miniſtratoris:tamẽ
non poterit ex illa
cõtumacia ei indici
vel pro debito ca-
pi.Ad quod l. neq;
impuberes. & qđ
ibi docto. maximè
per Angel.ff.de in
ius vocan.
¶ Itẽ expenſę quę
imponuntur rõne
contumaciæ veræ
ceſſabũt:tũc in per
ſona minoris , niſi
eſſet doli capax.qn
poſsit mulctari:ſed
veniret reſtituẽdus
vt no.in Spe.& no.
in d.l. neq; . ſed ex
cõtumacia ipſius tu
toris,& amicorũ &
cognatorũ, de qui-
bus fit mentio in l.
hoc aũt §. & quod
no.in l.apud Iul.ff.
ex qui.cau. in poſ.
ea.& in l. ſi minor.
ff.de bo. author.iu.
poſ.poſsit perueni-
ri ad miſsionem in
poſſeſsionẽ ex pri-
mo decreto, in bo-
nis minoris. ad qđ
vide quod notant
moder.Inſt.de act.
§.fi.& Angel.l.ne-
mo carcerem. adde
Bal.conſi.liiij.ij. vo
lu. Abb.cõſi.xxix.
& xlviij.ij.lib.

c ¶ Ego dico Cõtra
videť tenere Bal.in
l.j.§.ſi ꝓcurator.ff.
ſi quis ius dic. non
obtempe.

P. P A V. P.

d ¶Si quis.Limita vt
per Feli. in c.nihil.
col.ij.extra de prę-
ſcript.

e ¶ Eã reſtituet. Con
cordat cap.placuit.
vj.q.vj. ſed Inn.in
c.olim.de reſt. ſpo.
limitat ſing.videli-
cet qñ qs nõ põt ha
bere rem ſuam fur-
to ſubtractã,vel vi:
quia tũc põt illã vel
equiualentem pro-
pria authoritate ac-
cipere. Pro quo eſt
gloſ.ſingul.in c.ius
gentium.ij.di.Facit
quod no.Ioã.an.in
c.olim.de do. & cõ
tu.gl.in l.nullus. ſ.
de iud. niſi ex illo
fortè orietur ſcãda-
lum, ſecundũ Inn.
in d.c.olim. ex quo
infertur , ꝙ ſtatutũ
loquens de furto,
non habebit locũ
in tali furto. Facit
in ſimili quod cõſu
luit Ray.cuidã ſcho
lari, qui luſerat li-
brũ in domo alte-
rius,vt alium allice
ret ad ludendum:
& librũ ſubtrahere
fecit,accuſatus fuit
de furto : dicit illũ
nõ teneri furto,per
tex.fi.in l.j.§.j.ver.
furtũ factũ domi,
ff.de aleato.ſed hęc
lex non habet locũ
de iure Canonico
ſecũdũ Bal.in ꝓœ.
feud.& doct. in c.j.
de do.& cõtu. ma-
ximè Iaco.Butr.ad
qđ benefacit c.ſuã.
de pœn.& no. Bar.
in d.§.Cato. de ver
obli.& ibi.ꝑ Alex.
cũ cõcor.in iiij. limi
tatione.Item fallit
qñ per metũ cõpu-
li debitorẽ meũ cõ-
demnatũ per iudi-
cẽ ſoluere: nec inci
do in pœnã l. extat
quo caſu text.ſing.
& ibi dicit Alber.
ff.quod met.cau.in
l.fi.§.fi.licet gl. ibi
dicat ꝙ tenetur pœ
na edicti diui Mar-
ci : tñ illã reprobat
Old.cũ fecerit iudi
ce permittente. Et
ad materiam huius
l.vide no.per Inn.
in c.cũ dilectus. de
ordine cog. & hãc
legem limita , niſi
ex præſumptione
aliqua licentia quis
ingreſſus fuerit poſ
ſeſsionem , tan-
quàm ſuã, ſecundũ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſionis.Quartò de pœna inuadētis,ſecūdm gl.& be-
ne.Partes patēt per gl.Notabilia ſunt ſatis clara.
2 ¶ †Oppo.hic damnať audacia. Contra,imò videť
ꝙ audacia permittať & laudeť:vt l.Gallus.§.vidē
dum.de libe.& poſth.Sol.Q̄ñq; audacia poniť in
bōa parte,vt qñ fit ſup bono.ita loquiť ibi.Q̄ñq;
poniť in mala pte,vt qñ fit ſup delicto.ita loquiť
hic.¶ Oppo.diciť hic,furoris audaciā.& ſic innuiť
ꝙ furor puniť.Cōtra l.diuus.ff.de offi.præſi.& l.
infans.ad leg.Cor.de ſica.Sol.Expone hic furoris,
id eſt temeritatis.Nō em̄ erat ita furioſus,ꝙ intel-
lectu careret:ſed erat furioſus.i.ſupbus,& furibū
a dus in malo.¶ Oppon.diciť hic apud,fiſcum[a],vel
apud homines.cōtra illud,diciť apud me qđ à me
teneť:vt l.penes.ff.de verb.ſing.Sed rē immobilē
nō diciť qs poſſe tenere ꝓpriè:quia nō pōt teneri
manibus.ergo videť ꝙ iſta lex nō habet locū in re
bus īmobilib⁹,qđ eſt cōtra caſum Inſt.vi bo.rap.
§.pe.vbi habem⁹ iſtā legē magis clarā quā hic.So.
ꝙ hic diciť apud,intellige vel penes:& ſic rē mo-
bilē,vel īmobilē cōprehēdit. Poniť ergo hic apud
largè,& impropriè.¶ Oppo.diciť hic,ꝙ qs priuať
dñio.Cōtra.ff.vti poſ.l.ſi duo.§.fi.qđ met.cau.l.
ſi mulier.§.q poſſeſsionē.Solu.Q̄ñq; qs cōmittit
violētiā expulſiuā,ſeu ablatiuā:& tūc habet locū
pœna huius legis.Q̄ñq; qs cōmittit violētiā com
pulſiuā:& tūc habet locū pœna quę eſt ex edicto,
ꝙ met.cau.vt l.ſi mulier.§.q poſſeſsionē.ff.quod
met.cau.Q̄ñq; q̄s cōmittit violētiā turbatiuā:tūc
habet locū l.ſi duo.in fi.ff.vti poſ.qa cum illud ſit
min⁹ delictū,nō puniť niſi circa poſſeſsionē.¶ Su-
mus expediti de oībus gl.paruis & de prin.gloſſ.
magnæ.¶ Op.de l.qui vas.in prin.ff.de fur.& iſta
oppoſitio fit in gl.magna in fi.ſecūdę partis.Glo.
dat hic,& ibi,plures ſol.Veritas eſt iſta:ille: q au-
b fert rē,[b]priuať omni iure ꝙ habet in re. Ita loquiť
hic:nō aūt perdit actionē furti, quæ dabiť ad du-
plū,vel quadruplū.Illa em̄ nō dať ad rē,neq; pro
re,ſed ad pœnā.Ita loquiť lex cōtraria.Modò ha-
betis expedita oīa contraria in l.noſtra.¶ Venia-
mus ad q.& gl.tua diuidit ſeipſam:& ideo nō eſt
neceſſe ꝙ diuidať alio modo.& ſecūdū qđ fuit di
uiſus tex.iſta gl.quęrit primò de pſona,ſecūdò de
reb⁹:ideo primò quęro de pſonis. Diciť hic,ſi qs.
Quæro,qd de fœmina,an teneať hac cōſtitutiōe.
Gl.dicit ꝙ ſic.de verb.ſig.l.j.an maſculinū genus
cōcipiat fœmininū.Dy.& Iac.de Are.ponūt in l.
j.ff.de verb.ſig.do.Cy.ponit in l.quicūq;.ſ.de ſer.
3 fug.& ideo nō curo hic multū inſiſtere.†Sed dicā.
ſolū quātū ad præſens expedit,ꝙ ſi quidē tracta-
mus de fauore maſculinū cōcipit fœmininū:vt l.
ſi qs ita.ff.de teſta.tu.Si tractamus de odio:aut ꝓ
fertur ab hoīe:& non concipit fœmininū:vt l.j.§
quare.de ven.in poſ.mit.Si ꝓferť à lege:& tūc aut
odiū eſt rationabile:& cōprehēdit fœmininū.Ita
loquiť hic,& l.ſi qs id quod.de iuriſ.om.iudi.facit
de neg.geſt.l.iij.Si verò tractamus de odio irratio
nabili,vt ꝙ qs ex facto alterius puniať:tūc ſec⁹:vt
ſ.ad leg.Iul.maie.l.qſquis.§.ad filias.Et iſta ſunt
vera,qñ ꝓferunť in materia indifferenti,quæ cō
gruit maſculino,& fœminino.Nā ſi cōgruit ma-
ſculino tm̄,nō eſt dubiū ꝙ nō cōtineť mulier:vt in
officio tutelę,ꝓcuratoris iudicādi,& ſimilia:vt l.
fœminę.de reg.iur.Prędicta vera,niſi aliud de mē
te proferentis appareat.Iſta ſunt multū notabilia.
4 †Sed dubitať qualiter maſculinū cōcipiat fœmini
nū:vtrū hoc ſit ex ꝓpria ſignificatiōe,vel ex īter-
pretatiōe extēſiua.gl.in l.j.de verb.ſig.dicit,ꝙ eſt
ex interpretatiōe extenſiua.Ita etiā Dy.ibidē.&
Cy.in d.l.qcūq;.Idē dicebat do.Iac.But.hic.Ego
aūt dico ſic.Nos habemus quędam nomina merè
maſculina:exemplū,vt laborator,fructuari⁹:tūc
maſculinū ꝓlatū eo caſu nō cōcipit fœmininū ex
extēſiōe:vt l.ꝓnunciatio.in princ.de verb.ſigni.
in eo quod dicit,porrigiť. quaſi dicat extēdiť per
nos.Q̄ñq; habemus quoddā nomē cōe,vt homo:
tunc ſine dubio cōprehendit maſculinū & fœmi-
ninū ex ꝓpria ſignificatiōe:vt l.hominis.de ver.
ſigni.Habemus quædā q̄ ſunt ſigna,vt quis.quiſ-
quis,qcquid,quicūque,& ſimilia:iſta ſigna de ſe
nihil importāt,niſi rōne adiuncti. Aut ergo iſtud
ſignū proferť cū adiuncto maſculino,aut cū adiun
cto nomine cōi,aut ſimpliciter.Si cū adiūcto maſ-
culino:eſt idē qđ dixi de maſculino,vt porrigatur
ad fœmininū ex interꝑtatiōe.Si cū adiūcto nomi-
ne cōi,ex ꝓpria ſignificatiōe cōplectiť maſculinū
& fœmininū.Iſtud probať in l.quiſquis.de verb.
ſig.Q̄ñq; ꝓferť ſimpliciter:vt fuit in caſu legis no
ſtræ,ſi qs in tātā.& tūc in dubio recipit determina
tionē à nomine cōi:vt cū dico,ſi qs,ſ. homo.& ſic
de propria ſignificatiōe:vt l.j.de verb.ſig.in eo qđ
dicit cōplectitur,qđ ſignificat ꝙ natura vocabuli
hoc cōprehēdatur nō extēſione.Ita dicit tex.clarè
5 in l.ſi qs id qđ.de iuriſd.om.iud.¶ †Quęro,qd de
hermaphrodito?Dico,amodo nō eſt quęſtio:quia
ſiue incaleſcat in ſexu maſculino,ſiue in ſexu fœ-
6 minino cōprehēdiť hac leg.¶ †Quæro,quid de mi
c litæ[c],& ruſtico?Dicit gl.ꝙ hac lege tenentur nec
poſſunt prætēdere ignorātiā:qa inuadere eſt con-
tra ius naturale:vt l.venia.ſ.de in ius voc. Ita di-
cit gl.& Roſ.& do.Iaſ.ſequēdo eā dicit,ꝙ inuade
re poſſeſsionē rei alienæ,eſt cōtra ius naturale , &
ꝓcedit gl.nrā:ſed inuadere poſ.rei ſuę,& credere
ſibi hoc licere,nō eſt cōtra ius.qđ apparet:qa non
puniebať añ legē iſtā:vt Inſti.vi bo.rap.§.pen.&
ſic milites,& ruſtici,q pñt ius ignorare,ꝓbatis p̄-
ſumptiōibus,ex qb⁹ iſta iura ignorātia p̄ſumereť,
excuſanť,vel excuſari deberēt ab hac cōſtitutiōe.
7 & idē ī muliere.¶ †Quæro,qd de pupillo[d] & adul
d to?Gl.dicit,ſi quidē eſt proximus infantiæ,nō te-
neť:qa talis ętas qđ videt ignorat:vt l.j.in prin.de
fal.mo.poſtea verò teneť:vt l.impuberem.de fur.
nec reſtituiť:vt l.ſi ex cā.§.nūc videndū.de mino.
Ita dicit gl.Roſ.hic,& etiā Ia.de Are.& etiā Iac.
But.intelligūt iſtā gl.dicere verū in delicto,quod
cōmittiť cōmittēdo ſeu faciēdo. Si verò delictum
cōmittiť omittēdo,ſeu negligēdo tūc minor xviij.
annis excuſať:vt in auť.ſi captiui.ſ.de epiſ.& cle.
8 qđ eſt notādū.†Itē qđ gl.hic dicit,ꝙ minor nō re
ſtituiť:intellige qñ inuaſit dolo,ſed qñ inuaſit cre-
dēs ſibi licere:tūc haberet reſtitutionē in integrū:
9 vt l.j.ſ.ſi aduer.delic.¶ †Quæro,an patron⁹ inua
dens teneať liberto hac cōſtitutiōe.Dicit gl.ꝙ nō:
quia infamat ſaltē de facto.Tu dic,aut agiť contra
eū,quaſi dolo occupauerit & verùm dicit glo.aut
quaſi occupauerit culpa,credēs ſibi licere:tūc cùm
nulla infamia cōtineať de iure,nec de facto, dabiť
10 cōtra patrē & patronū.¶ †Quęro,qd ecōuerſo an
patri & patrono deť cōtra filiū & libertū.Gl.ꝙ ſic
& bene.ff.de fur.l.ſi qs vxori.§.ſed ſi fili⁹.¶ Quę
11 ro,†an dominus teneať de facto ſerui,vel pater de
facto filij.Gl.dicit ꝙ dñs teneť tm̄ noxaliter,pater
de peculio,non in eo qđ ad eū peruenit. In eo qđ
hic diciť,ꝙ pater hic teneť de peculio,an ſit verùm
etiā de peculio aduētitio?Iac.de Are.dicit hic,ꝙ ſi
filius inuaſerit rē ſuā aduentitij peculij,ꝙ priuatur
proprietate.Nec obſt.l.cū nō ſolū.§.filijs.ſ.de bo.
quæ libe.vbi videť ꝙ filius nō pōt alienare:qa hic
nō alienat filius,ſed lex.ar.ad hoc in l.iij.in fi.cum
l.ſeq.ff.de re.eorū.Ego fui tātę audacię,ꝙ cōſului
12 cōtrariū in q.de facto.†Debes enim ſcire,ꝙ q̄ñq;
alienatio ꝓhibeť fauore perſonæ alienātis:& tūc
alienatio quæ fit delinquēdo,nō eſt prohibita.Ra
tio:quia ꝓpter ſuū delictū perdit fauorē ſeu priui
legiū ſuū.& ita loquiť qđ ſ.dixi,de minore delin-
quente qui hac cōſtitutiōe puniť:quia eius fauore
alienatio eſt prohibita nō fauore alteri⁹.Quādoq;
alienatio prohibita eſt in fauorē alterius : tūc etiā
delinquēdo qs nō alienat.Hoc ꝓbat in muliere,q̄
nō pōt alienare dotē,cū etiā hoc ſpectet ad fauorē
tertij:tūc etiā delinquēdo,dos nō publicať, niſi in
aliquibus caſibus:vt l.quinq;.ff.de bo.dā. hic etiā
caſus eſt in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.de dā.in-
fect.& ibi dixi pleniſsimè,& in l.Statius.§.fi.ff.de
13 iure fiſc.¶ †Quæro,qd de furioſo,& de mente ca
14 pto.Dic vt in gloſſ.¶ †Quæro,quid de prodigo[e].
e Hæc eſt notabilis.q.quā neſcio alibi gl.hic dicit,
ꝙ videť nō teneri.vide gl. Eam reprobant omnes
doc.cōmuniter.Primò reprobāt eā dominus Frā.
Accur.Ia.But.Iac.de Are.& Cy.& omnes.Nam

Bal.ī auť.licētia.in
ij.col.& hic p gl.in
auth.habita. Et an
habeat locū ī reb⁹
eccleſiaſticis:p glo.
& doct.ī c.j.de do.
& cōtu.& formā li
belli vide in Spe.đ
reſti.ſpol.§.j.verſ.
quātū eſt &c.& ſ.
per Bar.in hac l.ad
tex.ibi:ante euētū
iudicis.ſubdit Inn.
maximè ſi poſt ſen
tentiā:vt hic,& di-
xit glo.ſup verbo,
euētū.& vide Bar.
j.in iij.pte.vñ dicit
ꝙ ſi venditor occu-
pauit ſibi rē p ſentē
tiā adiudicatā,pri-
uať iure ſuo: & idē
in oī ſnīa.In incor
poralibus verò vbi
nil corporalis attin
giť,vt electio,& iu
riſdictio,& ſimilia
ſtatim lata ſentētia
actor pōt ingredi
poſſeſsionē,ſecun
dū Inn.in c.cū no-
ſtris.de cōceſ.p̄bē.
ꝙ aſſumpſit Bal.in
l.traditionib⁹.ſ.de
pac.& ī l.j.ī fi.cōia
vtriuſq; iudi.& ī l.
quoties.ſ.de rei vē.
Sed an hæc lex ha-
beat locū cōtra ex-
pulſorē,q incōtinē
ti fuit expulſus,vi-
de in l.poſſeſsionē
ff.de vi & vi ar.& ī
l.ſi qs ad ſe ſ fundū.
ſ.ad le.Iul.đ vi.Itē
hāc legē limita ī ca
ſu hui⁹ legis,ſi con-
ſtiterit.ſ.fin.reg.&
ibi no.glo.hic ma-
gna. Itē limita vbi
qs impetraſſet con
tra debētē : ſecus ſi
cōtra nō debētē:qa
punitur in quadru
plū:& cadit à iure
ſuo,auť.& oī not.
& ibi glo.& Bal.ſ.
ne vxor pro mari.
vbi in fin.dicit ꝙ à
pœna priuatiōis ex
cuſat error,p gl. in
auť.habita. adde ꝙ
hęc lex habet locū
in occupante ſeruū
ſuū q ſe pro libero
gerebat.ſecundùm
Guid.de Suza.hic,
quē ſeqť & refert
Ioan.And.in add.
ad Spe.in tit.de re-
ſti.ſpo.§.j.ver.qui
tū.Et an habeat lo
cum in muliere,co
lono , depoſitario,
& ſeqſtro,vide per
Io.And.in d.addi.
a ¶ Apud fiſcum.De
dictione apud , &
penes,adde etiā gl.
& Bar.de dictione
penes,in l.j.in prin
ci.de libe.exhi.
b ¶ Aufert rem.Qui
aufert rē , priuatur
oī iure , ꝙ habet in
re , vide Bart.in l.ſi
quis.in pen.col. C.
ad leg.Iul.de vi.
c ¶ Quæro qd de mi
lite.Bar.putat non
habere locū hāc le-
gem.fortè pōt dici
verū , niſi ruſticus
eſſet ſagax:vt ſunt
ruſtici Bononię . l.
athletæ.§.de ruſti-
cis.ff.de excuſ.tut.
Idē in milite , ſi eſt
doctor , vel ſi fuit
ſcholaris in iure,iu
xta no.per Bar.ī l.
j.ſ.de iure. & fact.
igno.& fortè indi-
ſtinctè pōt dici ꝙ
tenetur : qa debuit
cōſulere peritiores,
iuxta no. p Bal.ī l.
iuris ignorātia.ſ.q
admit. And. Barb.
c ¶ De milite.An er-
ror iuris excuſet mi
litē & ruſticum ab
hac pœna:ī fi. hui⁹
col.vide poſt gl.ad-
de gl.in l.regula.in
prin.ff.de iu.& fac.
igno.& p hoc vř di
ci poſſe in fœmina.
cuius cōtrariū tñ di
ctū eſt ſ. Et ad iſta
vide Bal.in q.accu-
ſatus de vi turbati-
ua.in xxiij. colū.&
quę ſcripſi poſt Lu
do.in l.iuſtè . ff. de
acquiren.poſſeſ.
d ¶ Quæro, quid de
pupillo. Vide qđ
notať in l.excipiūť.
ff.ad Syl . & Bald.
hic.tñ glo. in c.j.de
do.& cōtu.tenet in
diſtinctè ꝙ hęc lex
nō habet locū ī mi-
nore.d.Io.ibi trāſit
opi.Bar.inter Legi
ſtas.& gl.ibi.&etiā
dic,ꝙ non habet lo
cum in eccleſiaſti-
cis.And.Barba.
d ¶ De pupillo. An
pupillus & adultus
excuſenť à delicto
iſto : & adde quod
not.Bart.in l.is cui
bonis.de verb.obl.
Sed ꝙ minores re-
ſtituātur aduerſus
hāc pœnā & etiā ec
cleſia,tenet gl.ī c.j.
de do.& cōtu.quæ
incipit , argumētū.
& qđ no.Bal.ī l.ac
cuſat⁹ de vi turbati
ua.ī v.q.cūſequēti.
& Roma.in l.iuſtè.
de acqui.poſ.& ibi
poſt eum ſcripſi.
e ¶ De prodigo. An
prodig⁹ obligeť ex



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

delicto. Et tangit Bar.in l.ſi curatorẽ habens. Alex.

a ¶ Abbate.in eo qđ dicit de Abbate, & niſi ratum habuerit, vt no.gl.in c.cũ dilecti.de ord.cog. in iij. gl. tangit etiã in l.iubemus.ſ̃.de ſacroſan.eccl.in vlti.gl.& ibi Bar.

b ¶ Credens.ad hoc vide glo. & quę dicta ſunt in princi.ſ̃. poſt Bar. & gloſ.& Bar.in l.ſequit̃ §.ſi fundũ.ff.de vſufca. Et quod dixi ſ̃. in princ.huius l. & an hæc l. habeat locũ ſi tu me expuliſti: & ego te incõtinẽti expuli:an tu & ego incidamus in hanc pœnam, vide gl.in l.ſi quis ad ſe fundum.& ibi Bart.in vlti.col.C.ad l.Iul. de vi.

c ¶ De magiſtratu. Circa iſtam partem quęro, vtrũ habeat locum in rebus eccleſiaſticis, vel minorum, & vide quę ſ̃.dixi.in princ.huius legis.

d ¶ Superficiarius, & ſimiles. Quidam in feudo. vide Bald.in l.pen.ſ̃.ſi à non cõpe.iudi.

e ¶ Extraneus abſtulit. Vide Bart.in l. iij.§.Nerua.ff.de acquiren.poſſ. & ibi docto.

f ¶ Prædicta vera. Vide in l.cùm creditor.ff.de fur.

g ¶ Ante aduentum. Et vnũ ſcias, ꝙ ſi qs auſert mihi rẽ meã, & alteri dat, poteſt abſq; partis citatione reuocari. ſecundũ Inno.in c.quærelam.de elec. dicit Spe.contra in ti. de primo decreto. §. reſtat.ver. quid.ad quod vide, quæ dixi poſt Bart.in l.de vno quoque. de re iudi.

prodigus æquiparatur pupillo, & adulto:vt l.ſi curator.ſ̃.de in inte.reſti.expreſsius in l.certi cõdictio.§.idẽ quęri.ff.ſi cer.pe.ſicut ergo pupillus, & adultus delinqẽndo alienãt;ita ipſe prodigus. Cũ enim ſit interdicta alienatio ſibi fauore ei⁹.de hoc
15 dixi in l.is cui bonis.de ver.obli. ¶ †Quæro, quid
a de Abbate,ᵃ prælato, tutore, monacho, & ſimi.gl. dicit nõ teneri eccleſiã, vel collegiũ:niſi factũ fuerit cõmunicato conſilio:vt habetis in ea. In eo, ꝙ dicit de monacho:dic idẽ qđ dixi ſ̃.de ſeruo. In eo ꝙ dicit de Abbate, & tutore faciẽte ſine cõſilio capituli, vel pupilli, dicit verũ. In eo quod dicit, ꝙ factum eſt cõmunicato cõſilio omniũ. Intramus in aliã quæſtionẽ, Vtrũ vniuerſitas poſsit delinquere, & ſi delinquat, qualiter puniatur. Doct.hic, aliquid ponũt. Ego pleniſsimè in l.aut facta §.fin.ff.
16 de pœnis. ¶ †Quæro, qđ ſi credensᵇ me poſsidere,
b inuaſi poſſeſsionẽ alterius.gl.dicit, ꝙ non teneor: quia neminẽ ſua poſſeſsione priuare volui:vt habes in ea. ¶ Sciendũ eſt ergo circa hoc, ꝙ ad hoc vt hæc cõſtitutio locum habeat, requiritur ꝙ quis inuadat poſſeſsionẽ: & habeat animũ inuadẽdi poſſeſsionẽ alterius, vtrũ autem credat ſibi licere, ſiue ſciat ſibi nõ licere, tenet̃.dic vt inſti.e.§.pe. ¶ Quæro, quid ſi reuertentem te ad tuam poſſeſsionẽ nõ admiſi. ¶ Item, quid ſi poſtquã fui ingreſſus, tu ſu
17 ſpicatus fuiſti te poſſe repelli?dic vt in gl. ¶ †Quę
c ro, quid de magiſtratu,ᶜ qui ingreditur poſſeſsionem alterius.gl.dicit ꝙ nõ tenetur, niſi fecerit vltra officiũ, tanquã priuatus:tñ ſi alius hoc facit authoritate magiſtratus, habuiſtis ſ̃.l.proxi.& j.dicam. ¶ Sumus expediti de prima parte gloſ.venio
18 ad ſecundã minus difficilẽ ſuper rebus. ¶ †Quæro, an habeat locum in rebus immobilibus. tex.di
19 cit ꝙ ſic, inſti.vi bono.rapt.§.pe. ¶ †Quęro, an habeãt locũ in iuribus incorporalibus. Hic aduerte. quædam ſunt iura incorporalia, propter quę non poſsidetur res in qua habetur illud ius: ſed dicitur haberi quaſi poſſeſsio illius iuris:tunc cũ iſtæ vere poſsideantur, nõ põt habere locum directa condictio ex hac conſtitutione:vt l.quoties.ff. de ſerui. Quædam ſunt iura, propter quæ poſsidetur ipſa res in qua habetur illud ius. Exemplum in vſufructu:nam vſufructuarius naturaliter poſsidet:em-
d phyteuta, ſuperficiarius & ſimiles,ᵈ poſsident fundum in quo habent iſta iura:tunc ſi poſſeſsio inuadatur, non eſt dubium, ꝙ habeat locum hæc conſtitutio directa, ſeu pœna eius. & vide gl.quæ hoc valde notabiliter dicit. ¶ Quæro, quando iſti qui habẽt iſta iura in re, inuadunt poſſeſsionem, vtrũ puniãtur tanquam domini inuadentes:an tanquã
20 non domini?dic vt in gl. ¶ †Quærit gl.quid ſi inuado rem, quam alij commodaui, vel apud aliũ de-
21 poſui?dic vt in gl. ¶ †Quid ſi furi furanti rẽ meam abſtulerim, an tenear?dic vt in gl. ¶ Quærit gloſſ.
e pone, ꝙ extraneusᵉ abſtulit alicui rem, quam ſibi commodaueram vel depoſueram?dic vt in gloſſa.
22 ¶ †Quærit gl.quid ſi equum tuum quem dimiſiſti in paſcuis, ego occupaui? Breuiter, aut poſsidebas: & teneor hac conſtitutione. aut poſſeſsio illius equi erat vacans. & habet locum condictio ex
23 l.vltima j.eodem. ¶ †Quærit gl.quid ſi vnus habet poſſeſsionem, alter detentionẽ, alter proprietatem, cui dabitur cõdictio ex lege iſta?Certè poſ-
24 ſidenti tantum:vt hic dicitur. ¶ †Quæro, quid ſi inuaſor non habet ius in re, ſed erat ſibi debita res: an ei dabitur condictio?glo.dicit ꝙ ſic, etiam licet
f habeat locum edictum diui Marci. Prædictaᶠ vera niſi inuaſerit lege, vel pacto permittente. & vide
25 gloſſam. ¶ Quærit gloſſa, †quid ſi debitor remanſerat creditori?Certè tenetur hac conſtitutione, ſi creditor poſsidebat rem. Sumus expediti de ſecunda parte veniamus ad tertiam partem de tempore.
g ¶ Quæro, dicitur hic ante aduentumᵍ iudicialis ar
26 bitrij. ¶ †Quæro, quando habet locum hæc conſtitutio. breuiter, propter multa tene menti hoc. Iſta lex habet locum, ſiue aliquis inuaſit antequã eſſet lis mota:ſiue poſt eam motam lite pendente: ſiue etiam ea finita, dum tamẽ iniuſtè inuadat. Circa quod gloſſa, dicit tria verba notabilia multum.

Quandoq; nulla pręcedit ſententia, ꝙ liceat inuadere: & habet locũ iſta lex ſine dubio. Quandoq; præcedit ſentẽtia, ꝙ inuadere liceat:tũc ſi quidem ſententia fuit iuſtè lata, & rectè, nulla conſtitutio punĩs locũ habet. Si verò nulla pręceſsit ſentẽtia rectè lata tũc habet locũ cõſtitutio l.meminerint. ſ̃.eo.& iſta eſt veriſsima opi.quã dixi ſuper l.me-
27 minerint. ¶ †Quæro, an hæc lex locũ habeat in poſſeſſore clãdeſtino. Gl.dicit ꝙ ſic: & dic vt in ea. ¶ Sumus expediti de tertia parte gloſſ. venio ad
28 quartã. †Dicitur hic, dominiũ rei amittat. Quęro an ipſo iure, vel per ſentẽtiã. Breuiter per ſentẽtiã quod apparet: qa dicit, amittat, non dicit amittit, vel amiſerit: & ſic nõ vtit̃ verbo præſentis, vel pręteriti tẽporis. Ita loquit̃ hic. Quod dic vt dixi in l. iubemus.§.ſanè.ver.æconomus.ſ̃.de ſac.ſan.ecc. Et no.gl.& doctrinã quã ponit, & ibi dixi pleniſ-
29 ſimè in l.Imperator.de iur.fiſ. ¶ †Extra gl.quęro cui acquirat̃, Glo.hic innuit ꝙ ſpoliato, Idẽ tenet Rog.& oẽs. Pro quo facit l.fi.ff.de lit.& qđ no.in d.l.iubemus.§.ſanè.facit etiã ad hoc ſ̃.de legatis.l.
30 pe. †¶ Et ex hoc habes qualiter debes formare li-
h bellũʰ in hac prima parte huius legis. Nã debes petere vt condẽnet̃, & ꝙ tibi poſſeſsionẽ reſtituat, &
31 ꝙ dominio ſuo priuet̃ & tibi adiudicet̃. ¶ †Quęro dicitur hic, ꝙ inuaſor rei alienæ cõdemnat̃, vt reſtituat poſſeſsionẽ, & in æſtimatiõe. ¶ Quæro, quid æſtimabit̃, vtrũ poſſeſsio, an proprietas? Gl.dicit
32 ꝙ proprietas. ¶ †Quæro, quid ſi eſt expulſus fructuarius tantũ, vel proprietarius tantũ, qđ æſtimabit̃?Gl.diſtinguit: Aut ego expuli vnũ, credẽs totum ius habere: & teneor in totũ:quia expellẽdo vnũ, videor expellere vtrũq;. Aut habui ſolũ animum expellẽdi vnũ tantũ: & tãtũ illũ videor expellere, & illi tantùm teneor. Et ſic ex gl. habes ꝙ expulſo vſufructuario tantũ, nõ videat̃ expelli pꝛoprietarius: & ecõuerſo. Cõtrariã gl.habetis. ff.vſufru.quẽadmo.ca.l.j.in fi.& de vi & vi ar.l.iij. §.vti frui.& illę gl.ſunt veræ. Non obſt.l.iij.§.qđ ſi ſeruus.ff.de acqui.poſ.& alię, quæ hic allegant̃ in gl. quia ibi loquit̃, qñ expellit̃ colonus:tũc eñ certũ eſt, ꝙ videt̃ expulſus dominus: qa colonus poſsidebat pro dño, & eius cõtẽplatiõe:vt l.peregrè.§. quibus.de acqr.poſ.ſed vſuſfructuarius habet ſuã naturalẽ cõtẽplatiõe ſui, non cõtẽplatiõe domini: & dominus habet ciuilẽ ſui cõtemplatione tantũ: ideo vno expulſo nõ videt̃ alter expelli. domino aũt expulſo nõ eſt dubiũ, ꝙ nõ videt̃ expelli colonus, vel vſufructuarius:vt d.§.quibus. Ex his concluditur, ꝙ ſi expellat̃ dominus tantũ, vel vſufructuarius tantũ, ipſi ſoli cõpetit condictio ex hac le-
33 ge, nõ alteri. ¶ †Quęro, quid ſi inuadã rẽ cõmunẽⁱ
i mihi, & alteri. Dic vt in gl. ¶ †Quærit glo. quid ſi
34 aliquis poſsidet vſumfructũ meũ & ego eũ deijciã debeone perdere ius vſuſfructus: & cui applicabitur, an domino proprietatis, an expulſo? Gl.dicit, ꝙ domino proprietatis applicabit̃ vſuſfructus: expulſo, æſtimatio dabit̃. Tu dic ꝙ domino proprietatis nihil applicabit̃:quia aduerſus eũ nõ eſt delictum commiſſum. Et ſi dicis, qualiter hic priuatur iure ſuo, cùm nõ poſsit trãſferri in alium niſi in dominum proprietatis? Reſpondeo, fiet ſecundũ formam l.vſuſfructus.ff.ſol.ma. Cætera dic vt in gl.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Contra violentos proceditur ſummatim, & non obſtante aliqua exceptione, & ſine libello.

MOmentaneæ. Aliàs, Momentariæ. tu debes ſcire, ꝙ præcedẽtes cõſtitutiões, & ſequẽtes, excepta hac lege & ſeq. tractãt de modis agendi cõtra violentos: & de modis puniendi eos. hæc lex tractat de modo procedendi: lex verò ſequens de modo probãdi. Hæc cõſtitutio legitur in prin. duobus modis. Primo modo, ꝙ loquatur qñ cõtra poſſeſſorẽ tantũ cõmiſſa eſt violẽtia: ſecũdò ꝙ loquat̃ in quolibet interdicto. ſecũdum primũ
1 h.d. †Violẽtia cõmiſſa cõtra poſſeſſorẽ nõ ſemper punit̃ accuſatus lege Iul.de vi publica, vel priuata ſed qñq; ciuiliter agit̃ p interdictũ, in quo ꝓcedit̃ ſummariè, & ſine inſcriptiõe & ſpoliatus ante oĩa eſt reſti-

h ¶ Libellum. De libello in interdicto vnde vi, qualiter libellus formetur ex ſententia, vide qđ no.Bald.in l.pe.de ſen.quæ ſi cer.quã. & in §. quadrupli. Inſtit. de interdic. & per Specu.in tit. de reſtitu.ſpolia.§. j.& Bal.hic in prin.

i ¶ Rem communẽ. Adde per doct.in l.ſi quis poſthac.j. de bo.præſcript.& per Ludo.in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.de dã.infect. Ad hoc vide no.q. Bald.in l.antiquitas.ſ̃.de vſufruc.dixi poſt Bartol.in l. Statius.§.Cornelio.ff.de iure fiſc.ꝑ Bal.hic in viij.col. & Bald.in l.j.ſ̃.de oper.liber.per Ange.& Imol.in l.eorum.de dam.infec.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

fundum. imò videtur ꝙ nõ habeat locum, niſi pro
ædibus: vt ff. eo. l. j. in prin. Solu. quod ibi dixit, in b
ædibus: dixit cauſa exempli. ¶ Opp. de l. j. §. j. ff. e.
Sol. Speciale eſt hic in cloaca: ꝙ pro illa non cõpe-
tat interdictũ: quia propoſitũ eſt interdictum ſpe
ciale de cloacis. ¶Venio ad recitandã iſtã materiã
2 per quæſtiones. ¶ †Quæro, an hoc interdictũ ha-
c habeat locũ[c] pro rebus incorporalibus. Gloſ. dicit
ꝙ ſic, vtile, nõ directũ: vt l. ſicuti. §. Ariſto. ſ. ſi ſer.
vend. Ratio, quia non poſsidentur propriè: vt l. c
ſeruus. §. incorporales. de acqui. re. do. Ita dicit gl.
hic, & bene. quod tamẽ latius examinaui in l. j. in
prin. ff. eo. vbi examinaui pro quibus rebus cõpe-
3 tat hoc interdictũ. vide hanc glo. ¶ †Quæro, diciẽ
hic, vti poſsidetis, &c. Quæro, quo tempore requi
d ratur, [d] ꝙ quis poſsidat in hoc interdicto. Gl. dicit d
ꝙ tempore lit. cõteſ. vt Inſti. de interdic. §. hodie.
& vide gl. ¶ Modò venio ad gl. mag. dicitur hic, cũ
ab altero nec vi, nec clam, nec precariò poſsidetis.
quæro exempla iſtorum. do. Azo multum labora-
uit in ponendo iſta exempla hic. & gl. hic ponit. &
do. Inn. dicit, neſcio breuiter quare Azo tantũ la- e
borauit, quia vi poſsidet à me, qui vi me expulit:
clã poſsidet à me, qui clam poſſeſsionem meã in-
greditur: precariò poſsidet à me, qui à me preca-
riò rogauit. Parcat mihi do. Inn. Ipſe nõ inſpexit
intelectũ Azo. quia do. Azo habuit de neceſsita-
te laborare. nam interdictum vti poſsidetis datur
poſsidenti: vt l. j. §. hoc interdictũ. ff. eo. Sed ſi ali-
e quis poſsideat [e] à me clàm, vi, vel precariò, ſecun-
dùm exempla Inn. ego non poſsideo: igitur ego
agendo non poſſum vincere in hoc interdicto: qa
non poſsideo. ideo Azo iuit quærendo exempla,
vt alius poſsideat à me vi, clã, vel precariò, & ego
poſsideam vt poſsim in hoc interdicto obtinere.
ideo ſunt factæ iſtæ gl. Sed ad vnũ aduerte, ꝙ iſtæ
gl. quæ hic ponuntur, non reſpiciunt tex. directè:
ſed reſpiciunt materiam. Nam tex. loquitur de iu-
ſtitia actoris, ꝙ actor ipſe poſsideat non vi, nõ clã,
non precariò ab aduerſario. Et reſpiciendo tex. o-
ptimè procedũt exempla Inn. quia ad hoc vt poſ-
ſeſſor obtineat agendo hoc interdicto, eſt neceſſe
ꝙ ipſe nõ poſsideat à me vi, clam, vel precariò ab
aduerſario. Si enim ipſe poſsideat à me vi, clã, vel
precariò, & ego moleſtarem eum, & turbarem in
illa poſſeſsione, ipſe contra me non poſſet vince-
re in hoc interdicto. quod eſt mirabile. Licet enim
quis me vi, clam, vel precariò, expulit de fundo:
ego non poſſum eum expellere ex interuallo: poſ
ſum tamen inquietare & turbare eum in poſſeſ-
ſione, & ipſe non poterit contra me vincere inter-
dicto vti poſsidetis: quia à me poſsidet vi, clam,
vel precariò. & vide gl. ſuper verſi. præcariò. quæ
videtur hoc velle: & hoc etiam videtur velle glo.
in l. j. in ſi. cum l. ſeq. ff. eod. & ibi dixi, ſecundũ do.
Azo. & iſtæ gl. reſpiciunt iuſtitiam, vel iniuſtitiã,
ex parte rei: quia ponit pro cõſtanti ꝙ actor poſsi
deat iuſtè, reus iniuſtè ab aduerſario. Quęro, quo-
modo iſtud poſsit procedere: tractant iſtæ tres gl.
4 ¶ †Quęro ergo, quomodo poſsit hoc eſſe ꝙ aduer
ſarius poſsideat à me vi, clã, vel precariò, & ꝙ con

a ¶Differt hæc lex.
Videquod legitur
& no. in l. j. in prin.
ſi mulier vẽtris no-
mine.
b ¶In plurali. Impe
rator ſcribit ſum-
mo ponti. in ſingu-
lari. ad quod ſolen-
nis gloſ. quam alle.
hic Bal. quam vide
in l. j. in princ. de ſu
perficie.
c ¶Habeat locũ. Et
adde Bal. hic, in iiij.
col. & adde qđ ha-
betur per gloſſ. &
Bar. in l. j. in princi.
ff. eodem.
d ¶Requiratur. Ad-
de Bart. in l. j. §. fin.
ff. eod. quod ſi pro-
bet ſe ante poſſe-
diſſe, vide Bal. hic,
in vlti. col.
e ¶Poſsideat. Et no.
mirabile: quia licet
non poſſum expul
ſorem meum ex in-
teruallo expellere:
tamen impunè poſ
ſum eum turbare.
quod bene not. &
no. Bart. in di. l. j. §.
fi. ff. eo. & quod ibi
dixi. & Bal. dicit in
iiij. colum. ſequitur
etiam hic.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

petat mihi interdictũ:nã ſi ipſe poſſidet, ego non
poſſideo. Huius timore dicit Azo,[a] Dico ꝙ aduer
ſarius meus non poſſidet, ſed turbat me in poſſeſ-
ſione mea vi: quia in hoc interdicto nõ requirit ꝙ
quis ſe aſſerat poſſidere, ſufficit quod me turbet:
vt l. ſi duo. §. ſi vicinus. ff. eod. Secundò verò ponit
exẽplũ de vi. qđ eſt multũ ſubtile, in eo, qui ingre
ditur tanquã fructuarius, proteſtans ꝙ animũ ha-
beat poſſidendi naturaliter. de quo dic vt in gl. Et
aduerte ad me, hoc eſt mirabile in caſu iſto, ꝙ inter
dicto vti poſſidetis, licet ſit interdictum retinẽdæ
b poſſeſſionis, tamen habet vim interdicti[b] recupe-
randæ poſſeſſionis. Non enim potes à turbatione
deſiſtere, niſi mihi reſtituas naturalem, quã abſtu-
liſti: quia per retentionẽ illius naturalis turbas me
in mea ciuili: vt l. clam poſſidere. §. qui ad nundi-
nas. ff. de acqui. poſ. & l. naturaliter. §. nihil cõmu-
ne. eo. ti. Gl. ponit hic tibi vnum aliud exẽplũ, &
vide. iſtud exẽplũ nõ videt̃ bonũ: quia ex quo nõ
ſuſpicor me poſſe repelli, nõ amiſi poſſeſſionem:
& ſic nõ habemus quod quæris, ꝙ aduerſarius poſ
ſideat à me vi. Alij dicunt, ꝙ duo poſſunt inſolidũ
poſſidere. & ſecundũ hoc exẽplũ eſt clarum. Cer-
tè iſtud exẽplum nõ eſt bonũ: quia duo inſolidum
nõ poſſunt inuicem poſſidere, eodẽ genere poſſi-
dendi: vt l. iij. §. ex cõtrario. de acqui. poſſ. ideo nõ
5 inſiſto. ¶ † Venio ad aliã gl. quæ ponit exẽplũ de
clã, q̃uo põt quis clã poſſidere à me. Certè exẽplũ
eſt clarũ, ſ. iui ad nũdinas: & tu ingrederis poſſeſ-
ſionẽ meã clã, me abſente: tu acquiris naturalẽ: vt
l. clã poſſidere. §. qui ad nundinas. de acq. poſ. Alij
dicũt, ꝙ turbat me clã, licet nõ poſſideat. & iſtud
exẽplũ in ſe procedit: ſed primũ exẽplũ eſt verũ.
¶ Sed cõtra hoc op. Si clã ingrederis poſſeſſionẽ,
voco te ad iudiciũ, tu venis: certẽ tu deſinis poſſi-
dere: qa nõ es in fundo, nec in eius cõſpectu. ergo
&c. Huius timore dicũt quidã ꝙ interdictũ debet
reddi in fundo. Tu dic ꝙ ille, q̃ habet naturalẽ tm̃
vadẽs ad iudiciũ eã retinet: vt l. iij. §. vnde vi. de vi
& vi ar. & no. in l. j. in gl. mag. de ac. poſ. ¶ Quæro,
circa hoc, ſi tu ingreſſus es clã poſſeſſionẽ meã ab-
ſentis, & ego eã poſtea ingredior clã, an naturalem
acquiro? Gl. dicit ꝙ nõ, & bñ: quia retinet̃ natura-
lis animo tm̃. Sed quæro an occaſiõe illius natura
lis cõpetat interdictũ vñ vi. Gl. dicit ꝙ nõ: & be-
ne: quia ab initio nõ eſt nata, nec poſtea naſcitur.
6 ¶ † Venio ad gl. ſuꝑ ver. prçcario. q̃uo põt eſſe ꝙ
quis poſſideat precario à me, & cõpetat hoc inter-
dictũ. Gl. ſuꝑ hoc ponit exẽplũ clarè: quia cõceſſi
precario alicui, vt poſſideret naturaliter tm̃ ſi eñ
cõceſſiſſem vtrãq;, tũc nõ cõpeteret mihi hoc in-
terdictũ. ¶ Reſtat modo qualiter ſnĩa in hoc inter
dicto debeat formari: verũ qa ſnĩa depẽdet à libel
lo ideo prius vidẽdũ eſt qualiter ſit formãdus libel
lus: quia hoc venit in examinatiõe ſecũdæ partis:
ideo venio ad ſecũdã partẽ, ad quã ſecũdũ lec. glo.
c op. q̃ poſſidet immobilia, nõ cogit̃ ſatiſdare:[c] vt l.
ſciendũ. ff. qui ſatiſ. cog. ſed hic poſſidet immobi-
lia, ergo &c. Gl. dicit, ꝙ hic loquit̃ de ſatiſdatione
iudicatũ ſolui, lex cõtraria loquit̃ de ſatiſdatiõe de
iudicio ſiſti. Certè dñi, iſta lec. nõ eſt vera in ſe. Nã
ſi ille poſſidet immobilia, nõ ſatiſdat vbi poſſidet
alia, quã ea, ꝓ q̃bus cõuenit̃: vt l. de dic. §. qdã. ff. q
ſatiſ. cog. licet gl. videat̃ aliter tenere, in d. l. ſciẽdũ.
in prin. Præterea, hic erat dubiũ, an poſſideret, vñ
etiam de ſatiſdatiõe de iudicio ſiſti poſſet intelligi
hic, ſed prout intelligit̃ de ſatiſdatiõe iudicatũ. ſol
ui. ¶ Op. Inſti. de ſatiſ. §. ſed hodie. dicit gl. fateor
ꝙ hodie corrigit̃ finis, qa hodie nemo ſuo noĩe cõ
uẽtus cogit̃ ſatiſdare iudicatũ ſolui. Licet hoc ſit
verũ in ſe, tñ lec. Iac. de Are. magis placet: qa ma-
gis vtilis, & ſecũdũ illã hęc lex remanet ĩcorrecta.
7 † Ex qua lec. habes qualiter debeat formari libel-
d lus[d] in hoc interdicto. Nã tu debes petere ꝙ te non
moleſtet, & ꝙ à turbatione, & à moleſtatiõe deſi-
ſtat, & ꝙ nõ caueat de nõ moleſtando te in futurũ:
& ꝙ præſtet intereſſe moleſtatiõis ꝑteritæ. Prima
duo probant̃ hac lege, & in legibus allegatis. ad ꝓ
bãdũ hĩc lec. Ia. de Are. vltimũ de intereſſe ꝓbat̃
8 in l. ſi duo. §. fi. ff. e. ¶ † Hoc pręmiſſo veniamus ad
e ſentẽtiã, qualiter formabit̃ ſnĩa[e] in hoc interdicto.
Glo. q̃ incipit, ſed qualiter formabit ſnĩam, iudex
multũ ſe inuoluit. Hic aduerte, qñq; cõſtat actorẽ
tantũ poſſidere iuſtè, reũ nullo mõ, vel iniuſtè, ab
aduerſario ipſe debet obtinere, & reus debet cõdẽ
nari ad omnia q̃ ſ. dixi debere contineri in libello.
Quãdoq; cõſtat actorẽ poſſidere iniuſtè ab aduer-
ſario: tũc re⁹ abſoluet̃ ſimpliciter: nõ eñ põt actor
vincere in hoc iudicio, neq; reus põt vincere, vt a-
ctor in aliquo cõdẽnet̃: quia nõ poſſidet, vt ſ. dixi
tangit̃ in gl. prçce. Qñq; cõſtat reũ tm̃ poſſidere:
& tũc ſi quidẽ iniuſtè ab aduerſario, actor ſuccum-
bit, qa nõ poſſidet reus: tñ in nullo cõdẽnabit̃, qa
f iniuſtè nõ poſſidet[f] ab actore. Si verò reus poſſi-
det iuſtè, vel iniuſtè, nõ ab aduerſario: tũc ipſe ab-
ſoluet̃, & actor cõdẽnabit̃ ſibi ad illa tria, quæ dixi
debere cõtineri in petitiõe, etiã ſi nõ ſit petitũ per
reũ, Rõ: qa iſtud iudiciũ eſt duplex, quilibet eſt a-
ctor, & reus: vt d. l. ſi defunctus. in fi. ff. de ꝓcu. &
l. ſed cũ ambo. ff. de iud. Et hoc videt̃ velle gl. tua
prçcedẽs, in vlti. q. quã format ibi. & vide eã. Non
obſtat de iureiu. l. ſed & ſi poſſeſſori. in princ. quia
illud eſt iudiciũ ſimplex, iſtud duplex. Ita tenebat
Frãc. Accur. & bñ: licet quidã Vltramõ. dicãt con
tra. Qñq; cõſtat vtrunq; poſſidere: tũc ſiquidem
poſſidẽt iuſtè, vt puta vnus eſt proprietarius, alius
fructuarius, vel vſuarius, vel emphyteuta, vel fru-
ctuarius: iudex pronũciabit vtrũq; eſſe potiorẽ in
poſſeſſione ſua: & ꝙ de hoc caueatur, & intereſſe
moleſtatiõis præteritæ præſtet̃: vt hac l. in prin. &
l. ſi duo. in princip. ff. eod. ſi vnus poſſidet iuſtè, &
alter iniuſtè, non ab aduerſario. Si verò vnus poſ-
ſidet iuſtè, alter iniuſtè ab aduerſario: ille, qui iniu
ſtè poſſidet, condẽnabitur ad ea, quæ dixi ſ. in li-
bello debere cõtineri. Et prædicta vera, qñ cõſtat
vtrũq; poſſidere diuerſo genere poſſidẽdi, vt vn⁹
ciuiliter, & alter naturaliter, vt dixi. Si verò vter-
que ꝓbauit ſe poſſidere eodẽ genere poſſidendi,
eſt aduertẽdũ: Aut vnus probat de antiquiori poſ
ſeſſione quã alius: & ille vincit: quia poſſeſſio al-
terius prçſumit̃ vitioſa. Tex. eſt in c. licet. extra, de
proba. Si verò vterq; probat de eodẽ tẽpore: tunc
ſiquidẽ vna pars habeat idoneiores teſtes, illa vin-
cit: vt l. ob carmẽ. §. fi. ff. de teſtib. Sed ſi probatio-
nes eſſent hincinde æquales: tũc dicit Ia. de Are. ſi
quidẽ vnus probat de titulo, alius nõ, ille præfert̃
g qui de titulo ꝓbat. arg. in l. j.[g] & l. vlti. de edi. diui
Adri. tol. & d. c. licet. extra, de proba. & iſto caſu
ſolo reperio ꝙ allegatio dñij prodeſt in interdicto
vti poſſidetis: aliàs ſecus, vt vidiſtis ſ. tit. j. l. j. Si ve
rò neuter probat de tit. vel vterq; probat: de hoc
ſunt opi. hic in gl. Quidã dicũt ꝙ iudex habet pro
nũciare, vti poſſidetis, ita poſſideatis. Quã opi. gl.
reprobat: qa hæc ſentẽtia eſt incerta. De hoc tãgit
gl. in l. ait prætor. §. j. de re iudi. Alij dicũt ꝙ iudex
debet abſtinere à iudicãdo: ſed debet ſequeſtrare
poſſeſſionem, ne partes veniãt ad arma, & rixas.
Ego cõſueui dicere, ꝙ primò iudex debet pronun-
ciare vtrũq; eſſe poſſeſſorẽ pro parte dimidia, pro
indiuiſo. Nã cũ vterq; pariter, ſiue æqualiter poſ-
ſideat, faciẽt ibi partes per cõcurſum: vt l. ſi finita.
§. cũ aũt. de dã. infec. ſicut etiã dicimus in cõiũctis:
vt l. re cõiũcti. de leg. iij. Reſtat hic vt examinemus
9 vltimã partẽ gl. hic poſitã. ¶ † Quæro primò, ali-
quis habet in fundo vſumfructũ, alius habet vſum
quæro vtrũ vterq; poſſideat. Videt̃ & nõ: quia cũ
fructuarius habeat naturalẽ: ergo vſuarius eã ha-
bere nõ põt: vt l. iij. §. ex cõtrario. de acqui. poſ. In
contrarium videtur, ꝙ ſicut vſuarius habet hoc in
terdictũ: vt l. fi. ff. eod. ergo vſufructuarius poſſi-
det. Gloſſ. fatetur quòd vterque poſſidet, ſed non
in ſolidum: ſed quilibet pro parte. & vide gloſſ.
Iſtud, quod glo. dicit, non in ſolidum, ſed pro par
te: nõ placet mihi. Nam pars incerta ratione loci,
& ratione quotæ, nõ põt poſſidere: vt l. iij. §. incer
tã. de acq. poſ. & l. locus. e. ti. & l. emptor. de vſuc.
pro emp. ſed pars vſuarij eſt incerta rõne loci: quia
omnis pars pro indiuiſa eſt incerta rõne loci: vt l.
Mæuius. §. duobus. ff. de leg. ij. Item rõne quotæ
pars vſuarij eſt incerta: vt l. vſus pars. de vſu &
habi.

a ¶ Dicit Azo. Adde a gloſſ. & Bart. in l. ſi duo. in prin. ff. eod.

b ¶ Habet vim interdicti. Adde Bar. ĩ l. j. §. interdictum in iij. co. ff. eo. & Bal. in vj. co. Adde Bar. in l. clam poſſidere §. qui ad nundinas. in fi. ff. de acqr. poſ.

c ¶ Satiſdare. Qui poſſidet immobilia, & qualiter intelligatur ꝙ poſſidẽs immobilia non teneatur ſatiſdare: adde Bart. in l. ſciẽdũ. in prin. Bald. hic in fi. dicit, non decido eo caſu: quia glo. in d. §. quidam. nõ videtur hoc tenere. ſed imò gl. in l. Iulianus. in fi. eo. titu. expreſſè contrariũ tenet.

d ¶ Formari libellus. Libellus vti poſſidetis, vide in Spec. de cau. poſ. §. ꝑmitto. verſi. & ſcias. & Bar. in l. j. §. interdictum. ff. eo.

e ¶ Formabitur ſententia. Qualiter formetur ſententia vti poſſid. adde Bar. in l. ſi duo. ff. eo. & aliquas formas huius ſententię, vide Bal. in l. j. ſ. de ſenten. q̃ ſin. cert. quã. ſed in hoc interdicto vti poſſidetis, an interponatur primum decretum, vide Cy. hic circa fin. & not. Bart. in l. ſi prius. in vlt. q. de oper. noui nun. Et Bal. in aut. ei qui. de bo. auth. iud. poſ.

f ¶ Quia iniuſtè non poſſidet. In hoc eſt gloſſ. ſing. ſecundũ Bal. in l. cùm Papinianus. ſ. de ſent. & facit ad ea quæ dixi poſt Bar. in l. ij. §. ſi publico. ff. de adulter. & in l. ſi à te. §. j. ff. de excep. rei iu. hic per Bal. in pen. colum.

g ¶ Arg. in l. j. Sic no. quod in caſu huius interdicti admittũtur articuli, & probationes, de dominio: pro quo omnino vide Bart. in l. ſi de eo. §. fi. de acqui. poſ. Et de articulis in hoc interdicto vide Inn. de renũ. in c. ſuꝑ. & quod not. Bart. in l. ordinarij. de rei vendi. & ibi dicit Bal. in v. colũ. id quod Bar. hic, vide licet ꝙ in hoc interdicto admittit̃ probatio proprietatis. & Bal. hic in fi. nota.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

habi.Nam pro vſu meo plus volui vno tempore,quàm alio : ideo dico ꝙ vterq; poſsidet inſolidũ naturaliter,diuerſo tamen iure:vnde illud,quod
10 gl.hic ſubdit,vel non eodem iure,&c.iſtud eſt verum.¶ †Quęrit gl.quid ſi feudatarius facit alium feudatarium,vtrum iſte feudatarius primus poſ ſideat.Gl.dicit ꝙ non,ſed poſsidet dominus,& tertius feudatarius tãtùm
11 naturaliter:& vide gl.¶ †Quærit gl.qualiter retineatur naturalis poſſeſ- ſio.Gl.dicit,donec quis eſt in fundo,vel in conſpectu.Plenius dic vt ff. de
12 acqui.poſſ.l.j.in gl.mag.& dic vt ibi.¶ †Vltimò quærit glo.ᵃQuid ſi ego
a poſsideo naturaliter,& tu ciuiliter,tertius ingreditur:quis poſsideat.Dicit glo.ꝙ tertius poſsidet,quando vſufructuarius deponit animum poſsidendi.Ego verò,qui cõſueui tenere ꝙ triplex eſt poſſeſsio,dico ꝙ iſte tertius poſsidet,etiam antequàm iſte vſufructuarius deponat animum poſſidendi:vt dixi in d.l.j.de acqui.poſſ.& l.clàm poſsidere.§.qui ad nundinas.eo.titu.&c.

## *De tabulis exhibendis.* *Rubrica.*

¶Dictum eſt ſ.de interdictis adipiſcendæ,recuperandæ,& retinendę poſſeſsionis.Sunt quædam alia interdicta exhibitoria:ideo de his ponit.Ita potes continuare iſtam rubricam.

*SVMMARIVM.*

2 ☞Legatarius poteſt petere hoc interdicto ſibi exhiberi illam particulam teſtamenti,quæ pro ſe facit.

3 Viuo pupillo non poſſunt peti tabulæ teſtamenti pupilli.

LEX VNICA.

1 SI in poteſtate. †Poſt mortem pupilli, tabulæ pupillares poſtulant̃ ex-
2 hiberi,hoc interdicto.h.d.¶ †Opp.& videt̃ ꝙ legatarijs detur hoc interdictũ:vt l.iij.§.ſolent.ff.eo. Sol. Concedo iſtud quod dicit gl.vnde hic ſubaudi maximè.Tu dic
b aut quis vult petere ꝙ exhibeantur totæ tabulæ,ᵇ& totum teſtamentum,& hec non poteſt facere niſi hęres ita loquitur hic.Sed ſi vult petere ſibi exhiberi illã particulã,quæ pro ſe facit:tũc poteſt quilibet legatarius:vt ff.de edẽ.l.argẽtarius.§.j.¶ Op.& videtur ꝙ debeat agi ex edicto,quemad.teſta.ape.ff.quemad.teſta.ape.l.j.in prin.Huius timore gl.intrat in illam materiam,quæ ſit differẽtia inter hoc interdictum,& illud edictum,& actionem ad exhibendum:& vide gl.tuam,quæ eſt cla-
3 ra.¶Quærit glo.†vtrum viuo pupillo poſsint peti tabulæ teſtamẽti pupilli.Tex.hic innuit ꝙ nõ,& eſt verũ.arg.l.ij.§.planè.aliàs , interdum.ff. de vulg.& pupil.¶Quęro,ego peto mihi exhiberi tabulas pupillares:opponitur mihi ꝙ ille,qui fecit illas ſubſtitutiones,non habebat filios in poteſtate:an iſta exceptio exhibitionem tabularũ impediat?Hic innuit tex. ꝙ ſic.hoc autem an ſit verùm,qualiter procedat,dixi ff.eo.l.j.

## *De liberis exhibendis.* *Rubrica.*

¶Iſtud eſt interdictum exhibitorium,&c.

*SVMMARIVM.*

2 ☞Ciuitas,quæ vult repetere aliqua ſua caſtra,quæ tenentur ab alia ciuitate,contra quem diriget libellum.

LEX I.

1 SI vt proponis. †Si inter patrem & filium eſt cõtẽtio de poteſtate propter res hoc interdicto expeditur.h.d.¶ Oppo.& videtur ꝙ officio iudicis debeat expediri iſta cauſa:vt ff.e.l.iij.§.hoc autem. Huius timore gl.ponit hic vnam diſtinctionem,quam tamen latius ponit in l.j.§. per hanc.ff.de rei vendicatio.Finaliter tota virtus eius conſiſtit in hoc,ꝙ interdictum dicitur quaſi inter duos redditum,de re tertia. Si igitur eſt cõtentio inter patrem & filium de ſeipſo filio,non habet locum interdictũ: quia nõ eſt de re tertia.Sed ſi eſt contentio propter aliud , vt puta propter hæreditatẽ:& tunc recurritur ad interdictum.Hic eſt caſus hic,vt l.pe.ff. eo. Idem ſi filius poſsideatur ab alio inuitus,poteſt eſſe contẽtio inter me &illum de filio meo:& tũc recurremus ad interdictũ:quia eſt inter duos contentio de tertia re.Secus ſi ſponte ſua retinetur.Et hoc eſt, quod vult
2 dicere tota iſta glo.quam vide.¶ †Vltimò no,iſtam gl.& leges,quas alle-
c gat ad vnam quæſtionem:Ciuitas iſta detinet aliqua caſtraᶜciuitatis Caſtellæ,ciuitas Caſtellæ vult repetere,contra quẽ diriget libellum.Diriget ne libellum contra illa caſtra,vel cõtra commune Perufij. Materia iſta eſt argu.ꝙ debemus hic diſtinguere,aut illa caſtra detinentur ab aliquo voluntariè aut non,aut à nemine,prout hic diſtinguitur.

LEX III.

d SI ad inſtar. Breuiter dicit ſecundùm iſtam gl. Ad ſimilitudinẽ huius interdicti , poteſt agiᵈ de vxore exhibenda.h.d.Gl.vt hic vides, intelligit hanc legẽ de illo interdicto de vxore exhibẽda:vt dicitur in l.j.§.fi.& l. ſeq.eo.ti.ſed hic,vt videtis in tex.nulla fit mentio de vxore:vnde fortè nõ erat vxor,ſed erat cõcubina.Qualiter ergo tunc ponemus caſum in ſcholari habente concubinam.quæ fuit &c . & tunc hæc lex faciet mẽtionem de ſecunda parte rubricæ,ſed prima lect.eſt magis clara.

## *De precario & Saluiano interdicto.* *Rubrica.*

*SVMMARIVM.*

2 ☞Quomodo differt Saluianum interdictum ab hypothecaria.

LEX I.

1 SI te non. Breuiter dicit, † Pro pignore vendito cõtra emptorem,nõ cõpetit interdictũ Saluianum directum:ſed ad hypothecariã actionem eſt recurrendum.h.d.¶ Oppo.ff.eo.l.j.vbi cõtra actorẽ datur hoc interdictũ. Solu.Fateor de hoc interdicto vtili,vt ibi : non directo,vt hic. Sed tũc inſtatur,cùm omnia interdicta ſint ſcripta in rem,vt l.j §.pe.de interdic,videtur ꝙ iſtud interdictũ directum debeat dari cõtra quẽlibet poſſeſſorem. Glo.hic videtur fateri ꝙ ſit in rẽ & ad cõtraria nõ reſpõdet. Vnde ſuſtinendo a gl.debemus dicere ꝙ hypothecaria eſt quid acceſſoriũ ad actionẽ perſonalẽ:& ſicut pſonalis actio nõ ſequitur fundũ,ita hoc interdictũ nõ ſequitur fundũ. Vel aliter,& melius dico , ꝙ iſtud interdictũ nõ eſt ſcriptũ in rẽ:ideo directũ nõ datur cõtra tertiũ poſſeſſorem. ¶ Quæro , an hoc interdi-
e ctũ cõpetatᵉpro alijs rebus,quã pro rebus coloni, b & ſic an detur locatori fundi vrbani,vel creditori. Certè de hoc eſt contentio.Certè credo ꝙ ſic. Caſus eſt hic in eo quod dicit debitor tuus,& ſic ſimpliciter:& in fi.dum dicit,quæ ad exemplũ eius in
2 ſtituit̃,&c.¶ †Quæro,quid differt hoc interdictũ Saluianũ ab actione hypothecaria Gl.mirabiliter c loquitur,& dicit ꝙ differt in natura.Item in modo probandi.Natura differt quia iſtud interdictũ eſt poſſeſſoriũ,ſed hypothecaria eſt petitoriũ iudiciũ.Et vide gloſſ.in fi.licet hypothecaria nudã poſſeſsionẽ auocet,tñ dicitur petitoriũ iudiciũ.Ratio quia ſicut rei vendicatio auocat poſſeſsionẽ ratione dominij:ita hypothecaria auocat poſſeſsionem ratione hypothecæ, de qua debet conſtare : & ſic
f eſt petitoriũ iudiciũ. Vnde à ſentẽtia lataᶠſuper hypothecaria appellatur : ſed hoc interdictum eſt poſſeſſorium,cum in eo non habeat dicere rẽ eſſe obligatam,ſed poſſeſſam ab eo . qui obligauerat. d Et ex hoc inſurgit alia quæſtio:quid habetis probare in hypothecaria?Gloſ.dicit ꝙ debet probare e obligantem tempore obligationis eſſe dominum. Glo.dicit aliter in l.cùm res.j.ſi ali.res pig.dat.ſit. & ibi dicam.& l.rem alienam.ff.de pigno.actio.

LEX II. f

HAbitantis. Contra hæredes eius qui rogauit cõpetit interdictum de precario.h.d.

a ¶Quærit glo. Adde glo.& Bart.in l. iij.§.ex contrario. & de acqui.poſſ.& iſtam glo.no.Bald. in aut.niſi rogati.in iiij.col.ad Treb.

b ¶Totæ tabulæ.qñ legatarius petit ſibi exhiberi protocollum teſtamenti per Bart.in l. argentarius.§.j.

c ¶ Aliqua caſtra. Si commune Peruſij tenet caſtra ciuitatis,& ciuitas Caſtellę vult repetere:an debeat agere cõtra caſtra vel contra Commune Peruſij,adde Bar.in l.de inde ait prætor. §. hoc aũt.ff.eo. & in l.j.§.j.ff.de rei vẽd.

d ¶Poteſt agi.Et vide Bar.in l.j.ff.eod.

e ¶Cõpetat.De materia hic tacta vide in l.j.ff. eodem vbi plenè per Bar.

f ¶A ſententia lata. Et vide Bart.in l.j. ff.eodem.

## *De pignoribus.* *Rubrica.*

¶Rubrica iſta poteſt continuari duobus modis: Vidiſtis ſ.de Saluiano interdicto , vbi mentio fit de pignore : ideo meritò ſubnectitur hic rubr . de pigno. Vel ſic:Dictum eſt ſ.de obligatiõibus principalioribus,& etiam dicitur j. in pluribus partibus:ſed quia principalibus obligationibus accedunt pignora,idcirco ſubnectitur rubr.de pignoribus,&c.

*SVMMARIVM.*

2 ☞Pignus , licet minus valeat quàm ſit pecunia debita,non tamen præiudicatur creditori.

LEX I.

1 DEbitor. †Licet debitor cedat pignori non tñ liberat̃.h.d.¶ No.ꝙ licet debitor velit cedere pignori , ꝙ nõ iõ liberat̃:vt hic. Ad idẽ ſ. de
2 acti.&ob.l.aduerſus.†Et ex hoc habetis aliđ īferre,ꝙ licet pign⁹ min⁹ valeret,quã

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

eſſet pecunia debita, non tamen præiudicatur creditori: vt l. creditor. ff. ſi certum petatur. & ibi nota. licet Veneti ſeruent contrarium, vt dicit gloſ. Hic non ſunt alia.

LEX II.

1 QVamuis. †Habens ſpecialē hypothecā, ac etiā generalē, non recurrit ad generalem in præiudicium ſecūdi creditoris, ſi ſpecialis ſibi ſufficiat ad debitū. h. d. ¶ Not. quod dixi in ſummario. ¶ Op. dicitur hic φ iſte creditor primus non pōt proſequi quæcunq; pignora velit. Cōtra ff. de diſtra. pig. l. creditoris arbitrio. Solu. Dicunt quidam φ illa lex loquitur de rigore: hæc de ęquitate. Vel verius, ibi erat vnus creditor tantū: hic plures. Sed cōtra iſtam ſolu. inſtatur de l. qui generaliter. in prin. ff. qui po. in pig. hab. vbi indiſtinctè primus præfertur ſecundo. Solu. Ibi tam primus creditor, quàm etiam ſecundus, habebat generalem hypothecam: tamen hic primus creditor habebat ſpecialem hypothecā & generalē. & ideo ſi poteſt ſatiſfieri ex ſpeciali, nō recurritur ad generalem in præiudicium ſecūdi creditoris. Sed cōtra prædicta inſtatur: & videtur φ indiſtinctè ſecundus non ſolùm ſit potior, ſed ſolus in tali hypotheca. ¶ Vnde op. de prædicta l. qui generaliter. in fi. pro cuius ſol. breuiter ſic dicas, φ qn̄q; eſt vnus ſolus creditor habēs plura bona hypothecata: & tūc proſequi poteſt quæcunq; velit. Ita intelligitᷣ pręallegata l. creditoribus. ff. de diſt. pig. Si verò ſunt plures creditores: tūc aut primus habet tantū generalem hypothecam, & ſecundus etiā generalem tantū: & primus præfertur. Ita intelligitur præallegata l. qui generaliter. in princ. Aut primus habet ſpecialem, ac etiam generalem, & ſecundus alterā tantū: & tunc aut habet eas purè, aut ſub conditione. Si purè tūc licet de rigore iuris poſsit proſequi quancunq; hypothecam velit, tamē de ęquitate nō: & ita intelligitur lex noſtra. Si verò habet ſpecialem hypothecam purè, & generalē ſub conditione, videlicet ſi non poſsit ſibi ſatiſfieri ex ſpeciali: tūc ſufficiēte ſibi ſpeciali hypotheca, ſecūdus creditor nō ſolū eſt potior, ſed etiam eſt ſolus in illa hypotheca. Et ita debet intelligi præallegata l. qui generaliter. in fi. ſecundū Ia. But. ¶ Modò pro declaratione legis noſtræ, & gl. quæro quid ſi primus creditor, vel alia extranea perſona, poſsidet iſta pignora. nunquid habeat locum iſta lex? Breuiter habetis dicere φ ſic. Nam eadem eſt ratio, & per conſequēs debet eſſe eadem iuris diſpoſitio. argumen. l. illud. ad l. Aquil. & l. milites. arg. de re mili. cum ſuis ſimilibus.

a ¶ Secundū Dy. An ſi creditor ingreditur poſſeſsionē rei ſibi obligate, præſumatur in dubio hoc facere cauſa ſui iuris, conſeruandi, Adde Bal. in d. l. in poſſeſsionē. & Bar. in d. l. cum creditor & cum glo. allega. in materia Bal. j. e. l. j. in v. col. in prin.

b ¶ Determinationē. Non valet pactum debitoris dantis licentiam creditori ingrediendi eo inuito. Adde Bart. in l. alia. §. eleganter. ſolu. ma.

*SVMMARIVM.*

2 ☞ Pactum, per quod datur licentia creditori de ingrediendo poſſeſsionem rei ſibi obligatę valet.

3 Creditor faciens ſecundùm pactū, non dicitur inferre vim. & nu. 4.

4 Quod poteſt fieri ſine iudice, vrbanius fit cum iudice, quàmuis ſi fiat ſine iudice, non punitur.

5 Si debitor, qui dedit licentiam creditori ingrediendi poſſeſsionem ſua authoritate, reſiſtat creditori volenti ingredi: an creditor dicatur vim inferre.

6 Si debitor poſt talē licentiam alienauit, an creditor poterit ingredi poſsidente emptore.

LEX III.

1 CReditores. Iſta eſt optima lex & habet optimā gl. quā vide, & ſigna. † Creditor ſecūdū formā pacti, ſua authoritate, & ſine iudice pōt ingredi poſſeſsionē rei ſibi obligatę: vrbanius tn̄ fit cū iudice. h. d. ¶ Not. † φ pactū, per quod datᷣ licētia creditori de ingrediēdo poſſeſſionē rei ſibi obligatę tenet, & valet. Secūdò habetis notare, φ † creditor faciens ſecūdū pactū, nō dicitᷣ inferre vim. Tertiò habetis notare † φ licet qd poſsit fieri ſine iudice, vrbanius tamen fit cū iudice: quāuis ſi fiat ſine iudice, nō punitur, vt hic colligitᷣ, in l. iij. §. non perpetuæ. ff. de ſepul. vio. ¶ Modò oppo. dicitur hic quòd creditor ingrediēs poſſeſsionem rei ſibi obligate, nō infert vim. Contra, in l. in poſſeſsionem. j. ad l. Iuli. de vi pub. vel pri. vbi tex. expreſse dicit, contra. Solu. Hic per pactū data fuit creditori licentia ingrediendi poſſeſsionem & tamen ideò dicitur vim committere, quia fit ſecundū pactum. in lege cōtraria nullū pactum fuit appoſitum. Sed contra iſtam ſol. inſtatur de l. cū creditor. ff. de fur. vbi indiſtinctè creditor ingrediens poſſeſsionem non dicitur committere vim.

a Solu. Dicas ſecūdū Dy.[a] φ quandoq; creditor ingreditur poſſeſsionem rei ſibi obligatæ, cā ſui iuris cōſeruādi: vt puta, quia pactū præceſſerat: & tunc non dicitur inferre vim, vt hic. Quandoq; ingrediᷣ poſſeſsionē cā iniuriādi aliū: & tūc habet locū l. in poſſeſsionē. j. ad l. Iul. de vi pu. vel pri. Quandoq; dubitaᷣ, & in caſu dubio præſumiᷣ creditorē magis ingredi gratia ſui iuris cōſeruādi, quā cauſa inferēdi alij iniuriā. & iſto caſu loquiᷣ l. cū creditor. ff. de fur. ſecūdū Dy. arg. l. meritò. & φ ibi no. ff. pro ſo. ¶ Modò, pro declaratione legis noſtræ

5 quærit gl. † debitor dedit licētiā creditori ingrediēdi, poſſeſsionē ſua authoritate: creditor vult ingredi: debitor reſiſtit: nunquid creditor diciᷣ vim inferre? Primò videtur φ nō dicatur vim inferre, neque debitor poſsit reſiſtere, cū ſemel pactū ſibi placuerit. arg. l. in diem. ff. de aqua plu. arcē. & l. ſicut. c ſ. de actio. & obli. cū ſi. In cōtrarium op. fuit Mar. & pro eo facit l. nō eſt ſingulis. ff. de re. iur. Ad idē l. æquiſsimum. in prin. de vſufru. Gl. approbat primam

b partē. Sed cōtra determinationē[b] gl. poſſet inſtari de l. colonus. & l. cū fundū. ff. de vi & vi ar. quare ſecundū do. Ia. dicas ſic: Nā quandoq; debitor facit pactū creditori, vt etiam eo inuito creditor ingredi poſſeſsionē poſsit: & iſtud pactū non valet: vt l. cōuenire. ff. de pac. do. l. ſi vnus. §. illud. ff. de pa. Qn̄q; debitor facit pactū creditori ſimpliciter, vt poſsit ingredi poſſeſ. authoritate ſua: & tunc per iſtud pactū videᷣ agi, vt creditor etiā non citato nec requiſito debitore ingrediatur: quo caſu ſi creditor ingrediaᷣ poſſeſsionē iuſta cā adeptꝰ eſt: qa ſecūdū formā pacti, & nō diciᷣ inferre vim, & ſi vellet creditorē expellere, nō poſſet: quia rectè poſsidet: vt l. j. ſ. vnde vi. & iſto caſu eſt vera opi. hic poſita. Qn̄q; creditor vult ingredi poſſeſsionē cōtra omnimodā volūtatē debitoris reſiſtentis: & tūc nō pōt imò diciᷣ inferre vim. Sicut aliàs dicimus in colono. nā colonus mutādo voluntatē priuat dn̄m poſſeſsione, licet dn̄s poſsideat: vt in præalle. l. colonus. & l. cū fundū. ff. de vi & vi ar. ſe

6 cūdùm Ia. Bu. ¶ † Itē quærit gl. j. circa mediū: Ecce debitor in inſtrumēto dedit licentiā creditori ingrediēdi poſſeſsionem authoritate propria: poſtea eam alienauit: nūquid creditor poterit ingredi poſsidente emptore. Glo. noſtra hic determinat φ ſic, per l. Titius. de ſer. expor. Cōtra determinationē gl. poſſet inſtari: quia iſtud pactū, qn̄ datur licētia creditori ingrediēdi, nō tribuit aliquod ius reale neq; perſonale: ſed quandā licētiā cōcedit. Imo plus: quia poſito φ aliquod ius perſonale tribueret, tamē actio perſonalis, ſiue ius perſonale, nō in

c tenditur cōtra ſingularē ſucceſſorē:[c] vt l. j. §. ſi hæres. ff. ad Treb. & l. ſi fideicōmiſſum. §. tractatū. ff. de iudi. Quid dicemus? Dicas ſecūdùm Ia. But. & ſunt optima verba: quia quādoq; debitor facit pactum creditori ſolū dando ſibi licētiam ingrediēdi: & tunc ſicut reſiſtendo creditori volenti ingredi, dicitur mutare voluntatē, vt dixi in præcedēti queſtione: ita & alienādo. Quo caſu eſt dicendum idē in debitore, quod in colono: quia colonus mutando volūtatē priuat dominū poſſeſsione: vt pręallegata l. colonus. & l. cū fundū. & ſic creditor ratione poſſeſsionis nō poterit ingredi, nec etiā ratione pacti: quia nō afficit ſingularē ſucceſſorē, vt prædixi. Quandoq; debitor non ſolū facit prædictum pactū, ſed cōſtituit ſe poſsidere nomine creditoris, per quod ipſe creditor videtur poſsidere: vt l. quædam mulier. ff. de rei vēd. & l. quod meo. ff. de acqui. poſ. Et in iſto caſu dices, vt præcedēti mēbro, ſecūdùm Ia. But. Quandoque debitor impetrat poſſeſsionē præcariò ab ipſo creditore, & creditor ſibi concedit: & tūc an nulla poſſeſsio eſt

translata

c ¶ Succeſſorē. Aut eſt corruptus, aut malè dicit. Nam in iſto caſu naturalis, & ciuilis, eſt apud creditorē: licet debitor interuertat, & priuet creditorē naturali: tamē propter naturalem remanentem penes eū, debet poſſe ingredi. Etiam dicit Bar. hic, j. prox. dū alleg. l. clam poſsidere. & ita tenet Bar. infrà in iij. quęſtione princ. Cogita, quia fortè eſt verius quod hic dicitur: quia ſi per talē alienationē priuatur ciuili & naturali: vt no. in l. peregrè. §. quibus. de acqui. poſ. ergo nimirum ſi amiſit poſſeſſionem, non poteſt propria authoritate ingredi: niſi faceret incōtinenti, per ea, quæ not. in d. l. cū fundum. de vi & vi arm.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

a ¶Debitor alienet. Adde quod idem tenet Bart.in repe. huius l.in fin. v.q. principalis. in ver. ſed pone quod debitor quem ſequitur hic Sal.In contrarium tamen tenet Bar.in l.interdum.§. fi.ff.de acquiren.poſ.& in l. Celſus.iiij.colũ.in ver.ſed pone ꝙ debitor.ff.de vſuſca. quem ibi ſequitur Imo. & communiter omnes.quod verius eſt.

b ¶Ingreditur.Et tene menti perpetuo quod per licentiã de ingrediẽdo poſſeſſionem in bonis,videtur hypothecata,ſecundum Bal.hic ſingulariter in fin.

c ¶Verbũ debet.nota hic de verbo debet,an ĩportet neceſſitatem, not.j.l. ſolet hic alle.in gl. Adde gl.in verbo, debeat hic,in cle.j. de ſta.mona & legitur & nota.in c. j.de ſpon.impube. xxv.qõ.j.confidimus.in gl.quod autem in verbo,ſolet vide Barto.in l.j.§. quomodo & quando iudex.nec ſemper verbum,debet, importat neceſſitatem,ſed aliquando honeſtatem:vt ꝓbatur in c.intellexi mus.de iudi.

translata in debitorẽ præcariò rogantem, ꝙ fieri poteſt:vt l.certè.§.ij.ff.de preca.Et in iſto caſu ẽt dicas vt in præceden.Quãdoq; in debitorẽ precario rogantẽ ſolũ naturalis poſſeſſio eſt translata,quod præſumitur in dubio:vt l.& habet.§.eũ qui.& ibi no.ff.de preca. Et iſto caſu ſi debitor
a alienet[a] in emptorẽ,tranſit ſolum naturalis poſſ. quã debitor habebat:& ſic creditor ratione ciuilis poterit ingredi illam poſ.niſi ſit repulſus,vel ſuſpicetur ſe poſſe repelli.argu.l.clam poſſidere. §.qui ad nundinas.ff.de acqui.poſ.Quãdoque in debitorẽ ꝓcario rogantẽ,oĩs poſ.eſt trãslata qđ fieri poteſt:vt l.in rebus.§.j.ff.de preca.& not.in præalleg.l.& habet.§.eum qui.eod.tit.& iſto caſu creditor poterit ingredi poſſeſ.rei ſibi obligatæ,& ab emptore poſſeſſæ.Primò ratione poſſeſ. non,quia nullam habet.vt prædixi.Secundò ratione pacti nõ:quia pactũ iſtud nõ afficit ſingularem ſucceſſorẽ:vt præalleg.l.fideicommiſſum.§. tractatum.ff.de iudi.& in l.eũ.§.de actio.& obli.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Creditor ingrediens vel occupans rem debitoris ſua authoritate,dicitur cõmittere vim.
2 Dictio debet,quãdoque exponitur pro poteſt,& recipit limitationem de vrbanitate.& nu.3
4 Quod fit contra vrbanitatem,vel ciuilitatẽ, quæ non ſunt præcepta,ſed conſilia,non punitur.
5 Tutor,vel pupillus.cum eius authoritate ſit data licentia creditori ingrediendi eius authoritate, quando valeat.
6 Qui in alijs perſonis,& in caſibus,in quib⁹ trãslatio poſſeſſionis eſſet ꝓhibita rõne pſonę,vel rei.
7 In rebus eccleſiæ poteſt creditor vigore talis conuentionis ingredi,ſi valida cõuẽtio præceſſit.
8 Vel niſi res eſſent ſacratæ.
9 Talis licentia ingrediendi ꝓpria authoritate,poteſt concipi in vltima voluntate.
10 Et tam in alijs contractibus,quã in pignore,talis conuentio,& licentia valeat.
11 Conſtituens ſe creditoris nomine poſſidere,vt eius conductor transfert in eum & naturalem,& ciuilem poſſeſſionem.
12 Si verò conſtituat ſe eius precario nomine poſſidere,trãsfert in eũ ciuilẽ poſſeſſionẽ tñ,retenta naturali:& tunc debet adijci ꝙ licet ingredi &c.
13 Pactum ꝙ licet creditori non ſolum ingredi poſſeſſionem,ſed etiam in ſolutum accipere ſua authoritate,an valeat.
14 Tale ius intrandi,& retinendi poſſeſſionem propria authoritate,non competit ante debitum liquidum,ſeu in notorium deductum.
15 Liquidatio debiti fit parte citata ſolenniter libello dato,& lite conteſtata.
16 Remedium quod creditor ex pacto poſſit ingredi poſſeſſionem,negotio non liquidato.
17 An tunc poſſit creditor ingredi ante moram ſuper obligatione principali.
18 Per talem conuentionem licet debitor reſiſtat ſolo verbo,poteſt creditor ingredi:niſi debitor offerat debitum.& nu.19.
19 Si de facto reſiſtit,& conſtituit ſe creditoris noĩe poſſidere,poteſt creditor per vim ingredi,iudex poteſt cõmittere parti vt ingrediatur ſine vi.
20 Per talem conuentionem ingrediẽdi propria authoritate,poteſt creditor ingredi clam,ſeu debitore ignorante.
21 An tale ius poſſit exerceri contra vniuerſalẽ ſucceſſorem.
22 An contra ſingularem ſucceſſorem & an ſine iudice dicatur debitum liquidum contra eum,ſicut erat contra principalem.& nu.24.
23 Quando iſtud ius exequendi imploratur à iudice contra ſingularem ſucceſſorẽ,an debeat fieri nouus proceſſus.
25 An poſſit adhiberi remedium,ꝙ indiſtinctè contra ſucceſſorem habẽtem cauſam à debitore poſſit exerceri talis conuentio.
26 Quando ex vrbanitate aditur iudex in caſu conuentionis,de qua in hac lege an debeat pars citari,libellus dari,& ordinariè procedi.
27 Si in inſtrumento fuit tantùm data licẽtia de ĩgrediendo:tunc neceſſarius erit libellus ad acqſitionem poſſeſſionis.
28 Quando creditor implorat officium manus militaris contra debitorem,qui armata manu reſiſtit, debet præcedere ſummaria cognitio.
29 Cùm iudicis officium imploratur,vt declaretͬ iuſtum pretium rei,expeditur res ſummatim cauſa cognita,& quõ eligãtur ęſtimatores.& nu.13.

※ CReditores. Hæc habet materiam quotidiana, & malè explicatã:& ideo placuit mihi aliqualiter eam contingere. Et primo ponã lec.gl.cõem,& eã explicabo.Poſtea ponam lect.meã nouã.Tertiò ponam aliàs.Vltimò ponam materiã per q.Hæc lex diuiditur in duas partes.Primò,ponit quid poteſt facere creditor,qui pactus eſt ingrediendo ſecundũ iuris rigorẽ.Secũdò ponit quid debet facere de vrbanitate.Secunda ibi:attamen & breuiter hoc intẽdit.
b Creditor ſi ex pacto poſſeſſionem ingredit[b] ſine iudice:non tamen vim committit:ſed vrbani⁹ facit ſi cũ iudice.h.d.cũ gl.¶Ad euidentiam præ-
1 mitte,ꝙ†creditor ingrediẽs,vel occupans rẽ debitoris ſua authoritate,dicitur committere vim. & incidit in edictum diui Marci,in l.extat.ff.qđ met.cauſa.Hoc præmiſſo pone caſum per te, & collige notabilia:ſed ꝙ ex pacto licet ĩgredi poſ. vt hic,& l.pe.de pig.ac.& l.qui ratiario.§.illo.e.ti.
2 Secũdò no.†ꝙ dictio debet,exponitͬ pro poteſt: vt l.obſeruare.de officio procon.circa fi.& in concor.ibi poſitis.Tertiò nota.ꝙ dictio debet recipit limitationẽ de vrbanitate.¶ Opp.& dicitͬ ꝙ hæc l.ſibi iuicẽ cõtradicat.nã in prin.dicit,ꝙ licitè poteſt ſine iudice:& hoc probãt cõcor.poſitæ in gl. ſed in fi.dicitur ꝙ hoc debet facere cũ vrbanitate: vel iudicis authoritate:& ſic ĩnuit,ꝙ nõ licet face
3 re ſine iudice.Sol.gl.duobus modis†.Primò, vt exponatur dictio debet,i.põt.Secũdò,vt determinetͬ dictio debet,ex vrbanitate.Sed cõtra hoc op. ꝙ ſol.iſta nõ ꝓcedat,nã hoc verbũ debet,importat neceſſitatẽ:vt l.prętor.in prin.ff.de eden.& l. j.§.ꝙ quiſque iur.ff.de ver.ſig.l.debitor.Ad hui⁹
c declarationẽ diſtingue,aut hoc verbũ debet[c], ponitur affirmatiuè,aut negatiuè:vt,nõ debet.Primo caſu,aut diſpoſitio reſpicit fauorẽ eius,ad quẽ refertur hoc verbum debet:& tunc exponitur, id eſt,põt:vt ff.de offi.procon.l.obſeruare.§.fin. de interro.act.l.qui interrogatur.Aut nõ reſpicit fauorem ipſius:& tunc ſi importat neceſſitatẽ,rẽſultat prauus intellectus,ſeu alterius legis cõtradictio:& tunc ponitur debet,pro poteſt.vel determinatur cũ hac dictione ex vrbanitate:vt l.ſi quis ſeruum.§.ſi inter.ff.de leg.ij.& de iudi.l.& poſt edictum.circa prin.Aut non reſultat prauus intellectus,ſeu contradictio l.& tunc ſtat ꝓpriè & neceſſitatẽ importat:vt d.l.prætor.de eden.& in concor.ibi allegatis.¶Secũdo caſu,qñ ponitͬ negatiuè:& tunc importat neceſſitatem:vt l.non debet.ff.de dolo.& de reg.iur.l.non debet.Fallit vbi ſic intelligendo,reſultat iuris contrarietas:qa tunc determinatͬ nõ debet,ſ.ex vrbanitate,vel honeſtate:vt ff.de offi.procon.l.ſolet.§.ſicut.¶Tertiò contra hoc opp.ꝙ iſta expoſitio nõ tollit con
d trariũ,Nam dictio poteſt[d],importat neceſſitatẽ, ſicut dictio debet:& ponitur poteſt ꝓ debet:vt §.ſine ſenſu,vel reli.autͬ.ſed & periculũ.Sol.Regula eſt ꝙ dictio põt,nõ importat neceſſitatẽ:vt l.ſępe,de offi.præſi.& de iud.l.nõ quicquid.Fallit in quibuſdam caſibus notatis in d.l.obſeruare.§.fi. Cũ ergo aſſumitur hæc dictio debet pro põt;intelligitur ſecũdũ ſuã propriã naturã,& regularẽ, vt neceſſitatẽ nõ ĩportet;vt voluit hic ſentire gl. De ſignificatione tñ huius verbi põt,nõ dico:qa eſſet nimis longum:nec eſt de noſtra materia.Dixi vobis,anno,in d,l.ſæpe,¶Opp,quartò ad aliã exceptionem,prout exponitͬ hic,debet,ex vrba-
4 nitate.¶†Contra,nam quod fit contra vrbanitatem,vel ciuilitatem,venit puniendũ:vt ff.de leg. l.j.&ij.& hic non punitͬ,ſi fiat in ciuiliter & ſine

d ¶ Dictio poteſt. An verbũ,poteſt, importet neceſſitatem. adde quod not.in l.j.ff.de iniuſto teſta.

※Pro concordia aduerte ꝙ ingredi poteſt propria authoritate poſſeſſionẽ dominus rei emphyteutæ præſuppoſita ipſa caducitate emphyteuſis ipſo emphyteuta contradicente. Ita do.Iaſ.in l.ij.§.expediẽdo gl.in ver. repellere.col.ij.C. de iure emphy.alle.Bart.tenere in l. certa forma. C. vt impo.lega.Contra alle.Bart.tenere in d l.ij.& cõtra principium diſtinctionis,vbi tenet negatiuam & ibi.alleg. Bartol. contrariari in hac repeti.l.creditores.in iiij. qõ. princi.in verſic. & prædicta vera &c. quando in inſtrumento inueſtituræ adeſt cõſtitutum, vel precarium poſitum in pacto de ingrediendo bona debitoris propria authoritate : quia ſaltem ciuilis poſſeſſio eſt penes creditorem:ideo incõtinenti poſſet propria authoritate: quia dicitur poti⁹ defenſio.quã occupatio,tãquã ſpoliatus ab illa ciuili ſaltem poſſeſſione quem habet poſſe incontinenti, vim vi repellere:vt contingit in ſimili in l.cũ fundum. ff.de vi & vi arma. vbi amplè per docto. & ſic in duobus videtur cõtraria : ſed quia aptas accommodat ipſe ſolutiones in dic.l.ij. ideo dicendũ vt ibi per eũ qui valde ſubtiliter, & copioſè loquitͬ.poſt Imol. in c.potuit.de loca.Alia etiam poſſet colligi ſolutio. vt in apoſtil.dom. Alex.ad Bartol.in d l.ij.

a ¶ In pupil. Imol. in d.l.§.ſi à pupillo. tenet ſecus gl. ibi: ſecunda ſolutiõe, & melius.

b ¶ Hoſti. dicit contra hoc. no. in c. verũ tenuit cõtrariũ. & cõiter ſequunt̃ ibi docto. facit l.ſi qs curialis. & qđ ibi not. Bald. C. de epi. & cler. & bald. in l. neminem. ſ. de ſacroſanc. eccle. Cũ Barto. tranſit dominus Anto. & Imo. in c. verum.

c ¶ Secundò principaliter. Adde Bal. in l. legis. qui bo. cedere poſ.

d ¶ In inſtrumento. Vide barto. in l. interdũ. ff. de acquir. poſ. & vide Bal. in l. quiſquis. viđ do. & Bar. ibi.

e ¶ In ſolutũ accipere. Et vide Bart. in l. Titius. j. alleg. de pigno. act. & latius in l. quamuis. aliàs, Callipodi⁹. de ſol. & ꝙ not. Bald. in l. legis. qui bo. cede. poſ. & quid in do te vide Bald. in l. ij. ſi in cau. iudi. pign.

f ¶ Iudicis. Et vide Bar. in l. fi. j. de pac. pig. & j. in fi. huius l. & ĩ l. quãuis, al̃s, Callipodi⁹. de ſolut. de practica j. vide & no. ꝙ licet pretium poſſit cõmitti in arbitrium tñ fallit in caſu l. ſi fundus. §. fi. ff. eod. allega. hic. & adde Baldus. poſt in l. in ementis. de contra. empt. & Bal. in l. ſi fundus. §. fi.

g ¶ Competere tale ius. Et an requirat̃ liqdatio, vide Bar. in l. j. ff. ſi ſer. vend. & in l. ij. in verſic. quæro vtrum dominus. de iure emphi. & adde Bald. in l. per diuerſas. ſ. mand. in x. q.

iudice ergo &c. Soluti. Sicut in ſacra pagina, quę-
dã ſunt pręcepta, in quib⁹ cõtra faciẽs peccat mor
taliter, vt ĩ nõ dilectione ꝓximi, & ſimi. Quędã
ſunt cõſilia, vt illđ: vẽd: oĩa quę habes, & da pau
perib⁹: in illis cõtra faciẽs nõ tenet̃. Ita in iure ciui
li, ſi quis facit contra ciuilitatẽ, & vrbanitatẽ, quę
non ſunt præcepta, ſed conſilia, nõ punitur, vt hic
quia illud de ingrediendo cũ iudice, eſt cõſilium,
nõ præceptũ. Sic ff. de ſolu. l. ſi ſtipulatus ſum. §. j.
& de re. co. l. ſi pupillorũ. §. ſi pupill⁹. ff. de rei vẽ.
l. is qui. Si verò quis facit cõtra ciuilitatẽ, ſeu vrba
nitatem, quæ ſunt præcepta: tunc punitur: vt d. l.
j. & ij. de legibus. Tamen qñque punitur ordina-
riè, ſi pœna ordinaria eſt ſtatuta: qñq; & extraor-
dinariè. ar. l. at ſi quis. §. idẽ Labeo. ff. de relig. &
l. fi. in fin. ff. quod met. cau. licet ibi gl. ſimpliciter
alleg. Non eſt ergo verum dictũ gl. quæ indefini-
tè dicit, ꝙ inciuiliter factũ non punitur, & hoc ſu
ſtinent lec. gl. Dices ergo ꝙ hic ponit̃ debet, i. põt
& hoc propter euitãdã cõtrarietatẽ legũ. Sed ego
oſtendo, quòd hæc lex poteſt legi propriè, prout
iacet: & ſic dicta expoſitio non eſt neceſſaria, &
non debet fieri. Lego ergo eã alio modo, & ſic vos
ſcitis, ꝙ eſt differentia inter eũ, qui poſſidet, ſiue
eſt in poſſeſſione, & eũ, qui intrat poſ. vt l. iij. §. fi.
ff. de acqui. poſ. & ex qui. cau. in poſ. ea. l. cum le-
gati. & l. ij. in prin. ꝓ hærede. Itẽ aliud cõſequit̃,
qui intrat poſ. & aliud qui poſſidet, ſiue poſſeſſio
nem acquirit: vt l. is cui. in prin. & §. q legatorũ.
ff. vt in poſ. leg. Hoc p̃miſſo pone caſum ſic: Cõ-
uentũ eſt inter creditorẽ, & debitorẽ, vt liceat cre
ditori ingredi poſ. authoritate ſua, non ſoluta pe-
cunia creditor ingreſſus eſt: q̃ro nunquid incidat
in edictũ diui Marc⁹, & ingrediẽs poſ. committat
☞ vim. Rñ. ꝙ non facit vim. Secundo quærit̃ an ex
vigore talis pacti poſſit poſſidere & poſſeſſionẽ
ſibi acqrere. Rñ. ꝙ hoc non debeat fieri ſine iu-
dicis authoritate: & hæc eſt vera ſi ponas præceſ-
ſiſſe ſimplex pactũ de ingrediendo : & plana eſt
lec. & ratio eius eſt, quia hoc nõ venit in pactum:
quia fuit ſolum actũ ingrediendo poſſeſſionem.
Probatur hæc caſus poſitio expreſſè per l. ſi quis
ante. ff. de acqui. poſ. & hoc nouũ tene mẽti. Lec.
tñ gl. in ſe põt eſſe vera, ſi ponamus cõuẽtionẽ p̃-
ceſſiſſe de vtroque. ſ. de ingrediendo. & poſ. acq
rendo. hoc faciũt notarij hodie, q dicũt in inſtr̃o,
quã poſ. ingrediendi, & accipiendi, & retinendi
ſua authoritate &c. ꝙ bñ aduertas, rogo te. ¶ Nũc
venio ad materiã legis noſtræ, quã examinabo ꝑ
quinque qõnes principales. Primò q̃ro de perſo
nis debitorũ hoc promittentiũ. Secundo de for-
ma ſeu modo cõſtituendi tale ius ingrediẽdi. Ter-
tiò de tempore, qñ incipiat cõpetere effectualiter
tale ius. Quarto quæro, cõtra quas perſonas cõpe
tat. Quintò de officio iudicis, qñ ad hoc adit̃: de
quo tangitur in fi. gl. noſtræ. ¶ Primò ergo q̃ro,
5 †qd ſi tutor vel pupillus eius authoritate, dat hãc
licentiam creditori: vr̃ ꝙ non valeat: qa pupillus
poſſeſ. aĩo perdere nõ põt. vt l. pupillus. de acqrẽ.
re. do. & l. poſſeſſionẽ. de acqui. poſ. Hoc videtur
magis expreſſum in l. magis puto. §. j. de reb. co.
E contra vr̃ ꝙ valeat: quia poteſt trãsferre poſſeſ
ſionẽ: vt l. ij. §. ſi à pupillo. ff. ꝓ empt. Rñdeo, aut
creditor vult vti pacto, tñ ad executionẽ iuris rea
lis; ſ. ipſius pignoris: & tunc ſi pignoris conſtitu-
tio valuit, valet iſtud pactũ: vt ff. de reb. co. l. ſi pu
pillorum. §. j. Aut nõ valuit: & tunc nõ valet pa-
ctum: vt j. ti. ij. l. curator. & l. pe. & l. cũ principalis
ff. de reg. iur. Aut creditor vult vti pacto ad exe-
cutionẽ iuris perſonalis: & tunc aut fit pactũ cum
creditore, ꝙ liceat ingredi tantũ: & valet: qa con-
ditio perſonæ pupilli non eſt impedimento: vt l.
apud Iulianum. in prin. & . §. ſequen. ex qui. cau.
in poſ. ea. Aut fit pactũ ꝙ liceat ingredi, & poſſeſ
ſionem adipiſci, & retineri: & tunc quantum ad
res, quæ ſeruari nõ poſſunt, valet: qa res quę ſer-
uari non poſſunt. per tutorem alienari valent: vt
l. lex quæ tutores. ſ. de admi. tu. ſed quantum ad
alias res, non valet ſine iudicis decreto: quia ſua
voluntate non poteſt poſſeſſionẽ in alium trãſ-
ferre: vt d. l. pupillus. & l. magis puto. §. j. de reb. cor. Nec obſtat l. ij. §. ſi à
pupillo. quia ibi debet intelligi ꝙ poſ. erat penes emptorem. Vel loquit̃
6 in re mobili, cuius alienatio ſecundũ illã tẽpora nõ erat ꝓhibita. †Quod
a modo dico in pupillo[a], idem dico in oĩbus perſonis, & in omni caſu, in
quo tranſlatio poſſeſſionis eſſet prohibita, vel ratione pſonę, vel rõne
7 rei. ¶ †Quæro, quin in rebus eccleſiæ, an creditor poterit ingredi vigore
talis conuentionis. Inno. no. ꝙ nõ: extra de fo. cõpe. c. verũ. & ibi per eũ:
no. ꝙ nõ licet ingredi ſine authoritate iudicis eccleſiaſtici. Nam cũ ſemel
dñium rei tranſlatũ ſit in eccleſiã, ſanctũ ſanctorũ eſt Dño: & in eã com
b mittitur ſacrilegiũ. ar. xij. q. ij. nulli liceat. & c. j. Sed hoſt. dicit cõtra[b] hoc
per. c. cum dilecti. de dolo. in quo reſidet Io. And. in d. c. verũ. & hoc, cre-
do, ſi valida conuentio præceſſit: vt ſ. de epi. & cle. l. ſi quis curialis. & fa-
cit: quia executio iuridica excuſat à ſacrilegio: vt l. quãquã. in princip. de
aqua plu. arc. Ad qđ facit ꝙ no. per Dy. in d. l. ſi pupillorũ. §. j. vbi dicitur
ꝙ creditor poteſt vendere res eccleſie: non ſeruatis ſolennitatibus, quæ
8 aliàs requiruntur†. Prædicta vera, niſi res eſſent conſecratæ vel ſimilia: vt
c in c. ſemel Deo dedicatũ. de re. iur. lib. vj. ¶ Secundo principaliter[c] quæ-
9 ro circa modum conſtituendi†: an talis poteſtas conſtituendi cõcipi poſ
ſit in vltima voluntate. Breuiter dico ꝙ ſic in contractu: ergo in teſtamẽ
to: vt l. ſeruum fil ij. §. eum qui. ff. de leg. j. & maximè cũ ex vltima volun
tate, transfertur dominium recta via: vt l. à Titio. ff. de fur. & hæc opin.
ꝓbat̃. ff. de pig. ac. l. nõ eſt mirũ. & de ali. & ci. le. l. Lucius. & eſt caſ⁹ ex-
p̃ſſus. ff. de le. ij. l. Titia cũ teſtamẽto. §. j. ſecundũ tertiã lec. ¶ Iuxta p̃di-
10 cta †quæro, an in alijs contractibus quã in pignore, valeat talis cõuẽtio?
Breuiter dico ꝙ ſic: vt l. Titius. ff. de ſer. expor. & ſ. ſi ſeruus extero. l. j.
& ij. & ſi manc. ſu. ita alie. l. j. Et ſic illud pactũ eſt vtile, tã in pignore, vt
hic, quã in alijs cõtractibus: alias occupans poſſeſ. ſua authoritate eſſet p̃-
do. vt ff. de acqui. poſ. l. ſi ex ſtipulatione. & ſ. de acqui. poſ. nec ex vera.
11 ¶ Itẽ quęro, †qd ſi in inſtrumento[d] pignoris apponatur ꝙ cõſtituit ſe cre
d ditoris vel emptoris noĩe poſſidere, velut eius cõductor, ſeu precario no-
mine ipſius, & adijciat hãc. l. ꝙ licet ingredi & adipiſci poſ. ſua authorita-
te: aut alia pacta: an valeant, & quid operentur? Rñ. Primo caſu, qñ cõſti
tuit ſe alieno nomine poſſidere velut cõductor, trãſtulit in alium omnẽ
poſ. quæ erat apud cõſtituẽtẽ: vt l. ꝙ meo. & l. re pignoris. ff. de acq. poſſ.
& l. ſi pignus. de pig. act. & l. quædam mulier. ff. de rei ven. & iſto caſu il-
la adiectio, ꝙ liceat mihi ĩgredi & adipiſci poſſeſſionẽ, modicũ operatur,
cum iam poſ. habeã, ſed poſſet operari talis adiectio. ſi cõtingeret ꝙ talis
conſtituẽs interuerteret poſ. creditori, quia tũc fortè illud pactũ remanet
ꝙ liceat ingredi, & adipiſci ſua arthoritate: vt l. j. in iiij. q. principali dicã.
12 †Secundo caſu, quando conſtituit ſe præcario noĩe poſſidere: & tũc etiã
valet talis cõuentio. l. ꝙ meo, ff. de acqui. poſ. & operat̃ hoc ꝙ ciuilis poſ.
videatur transferri in creditorẽ, ſeu aliũ cõtrahẽtẽ: naturalis aũt remanet
penes illum qui conſtituit ſe precario nomine poſſidere. & hoc in dubio
vbi aliud nõ eſt actum: vt l. & l. habeat. §. j. ff. de preca. ibi no. & hoc te-
nebat Iac. But. in terminis noſtris: & tunc illa adiectio, ꝙ liceat ingredi,
13 operatur ſuũ effectũ p illã naturalẽ. ¶ Vlteri⁹ iuxta prædicta q̃ro† vtrũ
illa conuentio poſſit vltra extẽdi, vt nõ ſolum liceat creditori ingredi, &
e adipiſci, & retinere poſſeſſio. ſed etiam liceat ſibi in ſolutũ accipere[e] Bre-
uiter iſta materia expeditur j. de pac. pig. l. j. per gl. & doc. ideo ſic diſtin-
gue: quia aut tale pactum apponitur inter debitorem, & eũ qui fruct⁹ eſt
creditor, & pro debitore fidẽ ſuã adſtrinxit: aut cũ alio creditore. Primò
caſu valet: vt ff. de contrahen. emp. l. fi. in prin. Sc̃do caſu, aut audit̃, vt ha
beat in ſolutũ ꝓ debito. aut ꝙ habeat emptum pro iuſto pretio. Primò
caſu, aut pactũ ab initio apponit̃, & non valet ſecundũ Pet. vt l. j. j. de pac.
pigno. & l. quãuis. in prin. aliàs Callipodius. ff. de ſolu. Aut ex poſt fa-
cto, & ab interuallo: & valet: vt l. Titius. ff. de pig. act. & j. co. l. cũ dñam.
Sicut enim põt dare inſolutũ pure: ita ſub cõditione: quia ceſſat ratio quę
eſſet tempore contractus, vt no. per Cy. ĩ d. l. j. Si vero ſit pactũ ꝙ habeat
in ſolutum: aut ꝙ ſit empta iuſto pretio, valet: vt l. ſi fundus. §. fi. ff. codẽ
no. in d. l. j. de pac. pig. Quod aũt ſit iuſtum pretium, intelligitur arbitrio
f boni viri, viri, hoc eſt iudicis[f]: vt l. cõtinuus. §. cũ ita. ff. de ver. ob. & exp̃ſ
ſum in caſu iſto. j. de iure do. ĩpe. l. fi. in fi. qđ eſt mirabile. aliàs rei p̃tiũ
ꝙ cõmittitur in arbitriũ tertij. non valet: vt l. ſi merces. in prin. ff. loc. hic
verò valet fauore creditoris ꝙ eſt notandũ. & hoc explico j. in v. quæſt.
¶ Iuxta prædicta, apponunt quidam creditores ꝓpter præmiſſa tale pa-
ctum: Tu obligas mihi bona tua. & vt eligant vnam rem, faciunt eã æſti
mari per iudicẽ. quod eſt valde vtile: & eſt pulchra cautela. Et aduerte: qa
non confertur in poteſtate ipſius pretiũ, ſed res: vt no. l. in vendentis. ſ.
de contrahen. emp. & l. in perſonã. §. generaliter. ff. de reg. iur. ¶ Tertiò
14 principaliter† quæro, de tempore. ſ. qñ incipit effectualiter competere
g tale ius[g] intrandi, & retinendi propria authoritate: qa iſta lex loquit̃ qñ
debitum eſt liquidum tempore contractus ex partium conuentione: po
ne quod non fuit liquidũ ex partium conuentione: vt ecce, promiſiſti mi
hi non venire cõtra aliquã promiſſionẽ ſub pœna mille, pro quibus obli-
gaſti mihi omnia bona tua: & adiecta clauſula iſtius legis: nunc ego repe
rio te veniſſe contra: an potero ingredi poſſeſſionem, an debeo petere ꝙ
poſt hoc liquidetur à iudice? Et videtur ꝙ non requiratur iudicis liquida
tio: vt l. j. & ij. de ſer. expor. E contra ꝙ ſic; vt l. j. ſ. ſi man. ita fue. alic. Re-
ſpondeo ſic. Quandoque liquidatur debitum tempore contractus: vt lo
quitur lex noſtra. Quandoque debitum tempore contractus non liqui-
datur

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

datur:ſed in notorium deducitur per ipſum exercitiū.ita ꝙ intētio acto-
ris eſt fundata,niſi per aduerſarium probeť aliud:vt qñ capio in ipſo loco
in quo prohibitum eſt morari: & tunc non requiritur liquidatio iudicis:
vt l.j.ſi manc.ita fue.alie. Ita intelligo iſtud ꝙ non erat notorium ancil-
lam proſtitutam:aliàs poſsit abducere ſine iudicis authoritate : vt ff. de
contrah.emp.l.ſi quis ſub hac.Si enim non præceſsit aliqua liquidatio iu
dicis vel partis,non video qualiter poſsit ſuſtineri iſta lex.Facit ſ.de exe
cu.rei iudi.l.j.ff.de re iud.l.ſi cū nulla.Hoc etiā videmus in compenſatio-
ne,ſi quis ſua authoritate cōpenſat quod ſibi debetur,cum eo, quod ipſe
debet:tamen hoc non habet locū,niſi in debito liquido:vt l.ſi.ſ.de com-
pen.& ſic hæreditatis aditio non poteſt fieri,ſi dubiteť de viribus teſta-
15 mēti:vt ff.de acqui.hære.l.ſed & ſi de ſua.& l.cùm falſum.eo.tit. ¶ †Sed
qualiter liquidabitur hic? R̃ñdeo,parte citata ſolēniter,libello dato,& li-
te conteſt.vt ff.de mino.l.in cauſæ.& l.iudices.ſ.de iud.& auť.offeratur.
16 ſ.de lit.cōteſt.Sed an †poſsit adhiberi remediū ꝙ poſsit ingredi poſ. ne-
gotio nō liquidato.R̃n.ſic,vt dicat expreſsè in cōuentione, & liceat in-
gredi poſſ.& eam retinere ante declarationem ſeu liquidationē pro dicta
quātitate,ſeu pro alia,qua apparebit ipſum debitorē debere ex cauſa prę
dicta: & ſecundū hoc poterit ante liquidationē ingredi. Sed an talis in-
greſſus habeat effectū,qui apparebit ex ſententia iudicis poſtea ſequen-
ti.ar.pro hoc.j.de pac.pign.l.ij.Et ꝓ hoc facit:quia omnia prædicta,quæ
in pignore apponuntur,valent niſi reperianť ꝓhibita:vt j.de iur.do.im-
17 pe.l.ſi.§.j.¶ †Itē quæro,qñ debitū eſt liquidatum,an poſsit quis ingredi
non præcedente mora ſuper obligatione principali. Videtur quòd non,
ſed requiritur ꝙ mora præcedat:aľs hypotheca vel mora non haberet ef-
fectum:vt l.debitores.j.e.& ibi no.In contrarium no.ff.eo.l.quæſitum.
in prin.Reſpondeo. Aut ſubeſt cauſa,quia fortè dubitat debitorē receſ-
ſurum:& poteſt ingredi ante morā:vt d.l.quæſitū.Aut nō ſubeſt cauſa,
& non poteſt,niſi præcedente mora:vt d.l.debitores.j.e.& ff.quib.mod.
pig.vel hypo.ſol.l.ſoluitur.§.j & no.in d.l.quæſitū.& ideo vt hoc impe-
dimentum tollať,debet apponi in cōtractu ex nunc,id eſt ipſo die cele-
brati cōtractus dedit licentiā. ¶ Quartò principaliter quæro, cōtra quas
18 perſonas quæritur iſtud ius.& primo videamus †vtrū poſsit exerceri[a] cō-
a tra ipſum debitorem reſiſtentē.Azo ꝙ non.Io.contra, per multas leges
hic alleg.quæ bene faciunt.Iac.But.tenet opi. Azo. nam quis nō poteſt
ingredi poſſeſsionem quā colonus poſsidet:vt l.colonus.& l.cū fundū.
ff.de vi & vi arma.Sed hoc eſt in colono,qui nullo modo poſsidet : ergo
multò magis in debitore,qui poſsidet omnimodo.Præterea,aut dices ꝙ
pactum dedit ius perſonale,& non eſt verum:quia non naſcitur actio ex
pacto. Aut dices ꝙ reale,& male:quia non conſtituitur ius in re:ſed ius
intrandi in rem propter licentiam,& voluntatem debitoris : qua volun-
tate ceſſante,ceſſat licentia:arg.l.interdū.§.ſi.de acqui.poſ.& ſic non ob-
ſtat l.in commo.§.ſicut.ff.commo.& l.ſicut.ſ.de act. & oblig. quia iſtud
eſt verum,quando aduerſario eſt ius quæſitum : ſed hic nullum erat ius,
quæſitum,nec reale,nec perſonale:vt dictum eſt.Non ob.leges allegatæ
per glo.quia in eis erat ius quæſitum in re:vel dubitabatur de voluntate
debitoris.Iſta ſunt verba ſua quæ mihi non placent:nam tale pactū incō
tinenti appoſitum veſtitur cohærentia contractus:vt ſ.de pact.l.legem.
& in lege bonę fidei.Ponamus em̃ te ſtipulatū eſſe,vt fit hodie commu-
niter in omnibus inſtrumētis emptionis:& per hoc ero obligatus ad pa-
tientiam,ad patiendū te re vti,vel rem ingredi.Si igitur contrauenio, te-
neor ad intereſſe vel ad pœnam:vt l.quoties.§.ſi.& l.pe.de ſerui.l.corru
ptionem.ſ.de vſufru.& quod ibi no.& ſic patet ꝙ eſt contracta obliga-
tio perſonalis.Præterea,licet tale pactū non cōſtituat ius in re:tñ eſt exe
cutiuū iuris realis:& in pacto executiuo quis obligatus nō pōt cōtraueni
re,ſicut nec in ipſa obligatione:vt l.aliud.ff.de ſol.Præterea, nō pōt dici
ꝙ in legibus allegatis in glo.duret voluntas debitoris:vt l.de acceſsio.in
ſi.ff.de diuer.& temp.præſcri.cum illud ius vendendi,ſit quoddam exe-
cutiuū:& ſic non obſt.l.colonus.& l.cum fundū.qa cum antè colonus in-
teruertit poſ.dñs non pōt ex interuallo poſtea ſua authoritate auferre:li-
cet habeat ius ad recuperandū poſſeſsionē:non tamē habet ius executiuū
illius iuris,nec authoritate legis,nec cōuentione pręambula:& ideo opor
tet ꝙ agat:ſed in caſu noſtro creditor habet ius petendi:& habet ius exe-
cutiuum iuris.Tene ergo ꝙ talis licentia non tollatur per reuocationem,
b per d.l.aliud.ff.de ſol.& per allegata in glo.Non tñ credo[b] ꝙ debitore re-
ſiſtente de facto poſsit creditor violenter ingredi , & armata manu : hæc
enim eſſet cauſa maioris tumultus & rixæ. Nam manu priuati non hoc
poteſt induci:vt l.non eſt ſingulis.ff.de reg.iur.& l.conuenire.ff.de pact.
do.& l.ſi vnus.§.pacta quæ turpē.ff.de pact.Iſtud enim operatur ſolum
iſta cōuentio,vt debitore cōtradicente ſolo verbo,poſsit ingredi creditor
ſua authoritate:& hoc eſt qđ vult dicere hæc lex:ꝙ licet aliàs ſola prohi
bitio faciat videri vim fieri:vt l.j.§.quid ſit vi.ff.quod vi aut clam. tñ p
hanc cōuentionē excuſať vt vim facere nō videať:vt hic dicit tex.ad quod
probandū induco in teſtem do.Odof.in alia materia:vt ibi latius. †Vos
ſcitis ꝙ eſt quæſtio,vtrū iudex poſsit cōmittere parti,vt ingrediať poſ-
ſeſsionē ſua authoritate:& gl.vr̃ tenere ꝙ ſic:vt ſ.vnde vi.l.meminerint.
qđ tenet Iac.de Are.p multas leges:& ibi no.& per Cy.Alibi tenet gl.
contrariū in l.iuſto.de acqui.poſ.qđ tenet Dy.per l.nō ſingulis.de regu.
iur.Et idem tenet Iac.de Ra.& Pe.per l.miſsi opinatores.j.de exact.tr-
bu.lib.x.& no.per Cyn.in l.ſi.ſi per vim vel alio modo. Do.Odofre.di-
cit ſic: Aut iudex vult committere parti,vt ingre a
diatur per vim,etiā ſi reperiret reſiſtētē:& nō po
teſt:vt.d.l.nō eſt ſingulis.& d.l.miſsi opinatores.
j.de exac.trib.Aut ꝙ ingrediať ſine vi:& pōt:vt
vt no.in d.l.meminerint.cū ſi.allegatis p Iac.de
Are.Ita ergo in ꝓpoſito cū licētia iudicis & ptis
æqparanť:vt ſ.de pig.act.l.pe.& eſt gl.no.Inſti.
c de lib.§.multis.Et p̄dicta vera[c] qñ †in inſtrumē-
19 to fuit pactū de ingrediēdo ſua authoritate.Sed ſi
fuerit aditum plus.ſ.ꝙ debitor cōſtituit ſe credi
toris noīe poſsidere,vel precario poſsidere:tunc
qa apud creditorē ē vtraq; poſ.vel ſaltē ciuilis, b
vt dictū eſt,ſi debitor reſiſteret,faceret vim , &
ſpoliaret eū:& ideo poſſet ipſe īcōtinenti p vim
ingredi.Erit ergo magis defenſio,quā occupatio
vt no.in ſimili in.l.cū fundū.ff.de vi & vi ar.Fa-
cit ff.e.tit.l.poſſeſsionē.Itē q̄ dixi de ꝓbatione c
ſimplici ſolo verbo:intelligo niſi ex iuſta cā ipſe
ꝓhibeat vt puta,qa debitum offerť,vel alia iuſta
cā.vt j.debi.vē.pi.ipe.nō poſ.l.ij.ſ.vñ vi.l.non ab
re.ff.de vi & vi ar.l.colonus.Diſtingue ergo ſic:
Aut debitor reſiſtit ex iuſta cā,aut ſine iuſta cā:
& tūc aut reſiſtit ſolo verbo:& nil operať,talis cō
tradictio.Aut reſiſtit facto:& tunc aut cōſtituit
ſe,creditoris noīe poſsidere:& tūc pōt creditor p
vim ingredi.Aut ſolū dedit licentiā ingrediēdi:
& tunc debitore reſiſtēte nō pōt īgredi,vt ex p̄di
20 ctis patet.Sed †an à vitio clādeſtinitatis excuſat
talis cōuētio,vt ſic poſſet ingredi debitore igno-
rante:an requirať eiꝰ ſcīa? Vr̃ ꝙ ſcīa reqrať:vt ff.
ſi ſer.vē.l.ſi à te.Ecōtra vr̃ ꝙ nō:vt hac l.cū ſimi.
Hoc tāgit Spe.ī ti.de emp.& vē.§.j.ſup illo ver.
quā accipiēdi &c.Mihi aūt vr̃ ꝙ ſi excuſet à vitio
violētiæ qđ maius eſt:ꝙ apparet,qa afficit rē:vt
no.in l.vitia.ſ.de acq.poſ.multò magis excuſet à
vitio clādeſtinitatis.Pro hoc tex.ff.đ fur.l.cū cre
ditor.cū gl.nā ibi loquiť qñ qs aufert.ꝙ patet ex
ti.in quo eſt poſita:vt no.in ſimili.ff.de cōdi.in-
de.l.ſi.in prin.Facit de in diē addi.l.Impator ī ſi.
Nō ob.l.ſi à te qa illa verba cōcedo tibi in ædes
meas immittere,eſt ſolū cōceſsio iuris illiꝰ ſerui d
tutis.Nō autē cōceſsit licētiā accipiēdi poſ.vel dū
ibi dicit ſciēti.ſubaudi,maximè.Si alio mō intelli
geres,cōuentio iſtius l.nihil opareť:vt ſ.de acqr.
21 poſ.l.ij.¶ †Quid in ſucceſſore[d] vniuerſali vtrum
d cōtra eū poſsit exerceri[e] ius iſtius cōuētiōis? R̃ñ.
e aut eſt hæres eiuſdē cōditiōis,cuius eſt defunctꝰ:
& tūc idē.vt l.hr̄dē.& l.qđ ipſis.de re.iur.Aut eſt
alterius cōditiōis:qa fortè iſte eſt pupillꝰ vel ec-
cleſia:& tunc eſt dubiū,p ea q̄ dixi ſ.ī j.q.princi-
pali.tñ rōne huiꝰ ſolutiōis collige p ea q̄ not.Cy.
22 ſ.de ſa.ſan.ecc.auť,quas actiōes.in v.q.†Itē dubi e
tať,qd de ſucceſſore ſingulari,cui debitor aliena-
uit,vel ad eū poſſeſsio aliqua pu̾enit,an cōtra eū
poſsit exerceri talis cōuētio.gl.dicit ꝙ ſic,p l.Ti
tius.de ſer.exp,Itē p rōnē ꝙ ius pignoris eſt in rē
vt j.eo.l.pignoris.Itē iſtud pactū eſt executiuū
illiꝰ talis iuris:ergo &c.hoc tenet Pe.& Cynꝰ. &
Spe.ī ti.de pi.§.j.ver.itē qd ſi debitor.Alij ſunt
in cōtraria opi.vt Mar.antiquꝰ gl.p l.eū.de act.
& ob.& idē Roſ.ī ti.de edi.di.Adr.tol.qa tale pa
ctū nō afficit rē,ſed pſonā:vt l.ſi.ff.de cōtrahen.
emp.& ſ.de cōd.ob tur.cau.l.ea lege.& idē tenet
Iac.But.ad l.Titius.rñ.ꝙ ibi loqť in caſu ſpāli.
Iac.de bel.diſputauit iſtā q.& determinat idem,
ꝙ tale pactū eſt pſonale,& nō afficit rē:vt dictis
legibꝰ,& l.domū.de ſerui.& de alie.iud.mu.cau.
facta.l.iij.§.opus.& cō.p̄di.l.vēditor.in princi.&
ꝙ ibi no.& ad Treb.l.j.§.ſi hæres.ad l.Titius.rñ.
ꝙ ibi erat tale pactū ꝙ operať in reſolutione con
tractꝰ,& trāslatione dñij manu iniecta:vt l.ſi qs
ſub hoc pacto,de cōtrahē.emp.& ſ.de ſer.expor.
l.j.& ij.no.in l.traditiōibꝰ.ſ.de pac.& iō,qa habet
cōtinuū ius in re,afficit rē,& trāſit ad ſingularem
ſucceſſorē:ſecus in hoc pacto:qa nō habet ius.hęc
rñ.nō placet.Nā ſi ille q nō habet ius in re,ſed ha
biturus manu armata pōt legis cōuētionē exerce
re cōtra tertiū poſſeſſorē:multò magis creditor,
q ante habet ius,in re.itē ſicut tale pactū eſt exe-
cutiuū iuris pignoris:ita in l.Titius.illud pactum

¶ Exerceri. Vide Bar.in l.j.in penui. col.ſ.eo.in lec. no. in hac repetitione. & Bart.in l.alia.§. eleganter.ſol.mat. & in l.ij.ver.quęro vtrū de iur.emph. plenè per Sal.in l. poſſeſsionem j.ad leg.Iul.de vi.

¶ Non tñ credo. Adde Bar.ī l.alia. §.eleganter.ſolut. matri.in l.iuſtè.de acqui.poſ.

¶ Et prædicta vera.Si debitor dedit licētiā de ingrediē-do,& conſtituit ſe creditoris nomine poſsidere , pōt ingredi etiā debitore reſiſtente,& per vim : qa magis eſt defenſio,quā occupatio. Vide Barto. ſ.eo.l.j.in iij.col.& dū Bart.hic dicit: vel ſaltē ciuilis dicit,ꝙ videť tenere contrariū ipſemet in l.ij.in ver.quæro vtrū dñs.de iure emph.Pro concordia vide Imol. in c.ſi.in vlt.colū. de loca. & adde q̄ habes in l.ſi ex ſtipu.ff.de acq.poſ.

¶ Quid in ſucceſſore. Vide plenè p do.Pet.in cōſil. cxxvij.& in ca.qa V.de iudi.& in ca. cum dilecti.de dona.& allega. Bart. ſibi contrarius in l.Celſus. in iij.col. de vſuca.Andreas Barba.

¶ Poſsit exerceri. Adde ꝙ Bal.in c.j. §.ſi quis verò. de pact.in.tir.dicit, ꝙ ſi mortuus eſt ille, cui data eſt licentia per pactum ingrediendi propria authoritate, quòd tranſit ad hæredē: quia iſtud pactum nō eſt priuilegiū, ſed ius cōe.not. ff. de pig.act. l.ratiario.Itē trāſit ī ſingularē ſucceſſorē: vt puta qa ſit ceſſum:nam cedi pōt. Ita dicit Bart.in l. j. § .vſufructuariꝰ. ff.de ope.no.nun.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

manumiſsionis eſt executiuū ꝓcedētis obligationis de ſeruo exportādo, vł nō ꝓſtituēdo. ¶ Quid ergo dicem⁹? In iſta q. mihi vr̄ cōſiderādū ꝙ ex iſto pacto de ingrediēdo orit̄ primò q̄dā actio pſonalis, qua debitor tenet̄ ad patiētiā: vt ſ. dixi: & iſta nō trāſit cōtra ſingularē ſucceſſorē; & ita loquūtur oēs leges ſ. allegatę. Item ex iſto pacto oritur quoddā ius, ꝙ eſt executiuū ꝓcedētis obligatiōis: & facit ipſam obligationē habere paratā executionē, ſecūdū volūtatē creditoris: vt hic, in
23 fi. † Sicut ex ſnīa orit̄ actio iudicati, vel in factum itē officiū iudicis, ꝙ habet paratam executionem: vt l. minor xxv. ann. cui fideicōmiſſum. ff. de mi. & ſ. de exec. rei iud. l. ij. Et iſta poteſtas ingrediēdi, q̄ cōpetit creditori ex cōuētione æquiparatur illi poteſtati, & licētiæ ſibi datę ꝑ iudicē: vt ſ. de pig. act. l. pe. & ſ. ſol. ma. l. dotis. & j. ſi in cau. iu. l. j. ¶ Videam⁹ ergo, an iſtud ius exequēdi, ſeu executiuū ꝙ imploratur à iudice, trāſeat ad ſingularem ſucceſſorē, vt cōtra eū poſsit impetrari executio: an debeat fieri cōtra eū nou⁹ ꝓceſſus: & poſt hoc videamus de iſto iure exequēdi, qđ venit ex conuētione. Circa hoc aūt reperio qđ Cyn. dicit, ꝙ aliq̄n alienatio eſt facta cū dolo: tunc cōtra ſingularē ſucceſſorē[a] pōt fieri executio: vt ſ. vt in poſſ. le. l. certa. & ff. vt ī poſ. leg. l. ſi legatorū. & l. is cui §. q ī poſ. & not. ꝑ eū. ſ. de alie. iu. mu. cā fac. l. j. in ix. q. Iſtud nō placet mihi ſimplr̄: qa contra l. j. §. neceſſario. ff. ſi vē. no. mu. Pręterea, prius debet agi reuocatoria: vt Inſti. de ac. §. itē ſi qs in fraudē. ¶ Circa hoc igit̄ talē do doctrinā[b]. Aut q̄rit̄ de iure executio pſonalis aut realis. Primò caſu aut loq̄mur ī cōtractib⁹: & nō trāſit executio cōtra ſingularē ſucceſſorē non reuocata alienatiōe: vt d. §. itē ſi qs. Inſti. de act. Aut in vltimis voluntatib⁹: & tūc aut alienatio fuit facta dolo, & trāſit cōtra ſingularē ſucceſſorē: vt d. l. certa. & l. ſi legatorū. Aut ſine dolo: & nō trāſit cōtra eū: vt l. fi. ff. vt in poſ. leg. Scđo caſu, q̄n q̄rit̄ de executiōe iuris realis: aut tūc ille terti⁹ poſſeſſor n̄ habet cām ab eo, cōtra quē principaliter orit̄ ius exequēdi: & tunc cōtra eum tranſit: vt l. ſæpe. in fi. ff. de re iudic. & ſ. q res iud. nō noc. l. j. & ij. Aut habet cām ab eo: & tunc aut tale ius exequēdi erat in eſſe ꝓductū antequā trāſiret ad iſtū tertiū poſſeſsorē: vł qa iā erat lata ſnīa, aut erat ī actu ꝓducēdi, qa pēdebat litigiū: aut nō erat in eſſe, nec erat in actu ꝓducēdi: qa lis incœpta nō erat. Prīo caſu, trāſit ius exequēdi: vt l. ſi ſuperatus. §. j. ff. de pig. & de exec. rei iudic. l. ſi mater. §. fi. & l. iudicatæ. §. fi. Secūdo caſu, aut ꝑ talē actū res fuit facta inalienabilis: vt qa erat q̄ſtio de dn̄io: & ſic erat res litigioſa: & tunc cōtra talē ſucceſſorē trāſit ius exequēdi: vt j. de litig. l. ij. & ſic nō erat neceſſe vt intētaret̄ cōdictio ex illa lege ꝓ re reddēda: licet hoc poſſet fieri ſi qs vellet. & ita intelligo gl. ibi poſitā. Aut erat in actu ꝓducēdi: & tūc nō obſtāte tali litigio poterat alienari: qa erat qō in hypothecaria: & tūc nō trāſit ius exequēdi, ſed erat op⁹ cōtra ſucceſſorē nouo ꝓceſſu: vt aut̄. de liti. §. ad hæc poſita. j. eo. aut̄. hoc ita. ſecūdū ſolutionē Ro. poſitā in ea, aut̄. hoc ita ſi debitor. Tertio caſu, ius exequēdi ꝓcedēs ex ſnīa, nō trāſit cōtra talē ſucceſſorem: vt l. ſi mater. §. fi. & l. iudica. §. fi. de exec. re iu. ꝓdicta vera, niſi in vltima volūtate, in qua diſtingue, Aut cū dolo, aut ſine dolo: vt ſ. dixi. Hoc verū, niſi ꝑ ſuā ſciētiā, vel patiētiā ꝑiudicaret ſibi ver⁹ poſſeſſor, vt l. ſæpe. §. j. de re iud. & ꝙ no. j. eo. l. præſes. ¶ Hoc præmiſſo, venio ad qōne ꝓpoſitā, & dico ꝙ ſi dictū pactū fuit appoſitū ad executionē obligationis pſonalis, nō pōt exerceri cōtra ſingularē ſucceſſorē, niſi alienatione facta in fraudē reciſſa. vt inſti. de act. §. itē ſi qs in fraudē. & iō cū pactū, de quo loq̄t̄ l. Titius. de ſer. expor. & de contrahē. emp. l. ſi qs ſub hac. hāc alienationē ipſo iure reſcinderet: tale pactū, ſeu legis cōuētio pōt exerceri contra quēlibet ſucceſſorē, nec eſt neceſſe quod reſcindatur à iudice, cū reſcindatur à lege: vt ff. de condi. inſti. l. quæ ſub conditione, §. fina. Ad hoc facit quod dixi. ſ. per Iac. de Bel. Vel poſſumus ſic dicere, quòd ibi ſunt caſus ſpeciales ſecundū Iac. Bu. Si vero tale[c] pactū apponit̄ ad executionem iuris realis vt in executione pignoris tunc aut ille tertius poſſeſſor non habet cauſam à debitore: & contra eum non tranſit tale ius exequendi: vt d. l. ſæpe. in fin. & hæc gl. q̄ dicit, vel alio modo poſſeſsio eſt apud aliū, nō bn̄ dicit. Si verò habet cām à debitore: tūc ſi debitū in ipo inſtrumēto nō fuit liq̄datū, & ſic trāſit ad alium: cōtra eū nō pōt exerceri lex cōuētionis, vt dictū eſt. Sed ſi debitū tpe cōtract⁹ fuit liq̄datum, & ſic ius exequēdi fuit in eſſe ꝓductū: & tūc tranſit in ſingularē ſucceſſorē: vt d. l. ſi ſupat⁹. §. j. cū ſimi.
24 & in iſta gl. q̄ in hoc bn̄ dicit. ¶ † Aduerte tn̄,[d] qa cōtra ipſum debitorē pōt exerceri iſti⁹ l. cōuētio ſine iudice: qa oīa ſunt liq̄data: ſed cōtra iſtū tertium poſſeſſorē nō eſt ita liquidū: qa pōt eſſe dubiū, an habeat cām vel non. Hoc ergo debebit corā iudice liq̄dari, & ſummariè: ſicut dicem⁹ in l. à diuo Pio. §. ſi ſup rebus. de re iud. quo liq̄dato poterit īgredi ſua authoritate. Puto etiā ꝙ ſufficeret hoc eſſe manifeſtū ꝙ à debitore habeat cām: vt l. emptor. de act. emp. Sed cōtra ꝓdicta poſſet qs inſtare: Locator habet immiſſa & illata tacitè obligata & ea pōt ſua authoritate includere: vt ff. de dā. inf. l. vtiq;. & ff. ī q. cau. pi. ta. cōtra. l. licet. Ecce ergo ꝙ ius executiuū erat in eſſe ꝓductū tn̄ ſi ille res peruenīūt ad tertiū habētē cām à debitore, nō poſſum iure executiuo vti: ſed debeo agere hypothecaria, vel interdicto Saluiano: vt ff. de Sal. īter l. j. & ſ. de ſal. īterdi. l. j. & ibi no. Sol. Illud ius exequēdi tua authoritate eſt limitatū certo loco: vt includant̄, donec ſunt in domo. & iō ſi extrahunt̄ de domo, ceſſat dictū ius. Si vero eſſent ī domo tā q̄ alienatę, & traditę adhuc poſſet exerceri dictū
25 ius icludēdi, ꝑ ea, q̄ dicta ſūt. ¶ † Sed an poſsit adhiberi remediū ꝙ indiſtinctè cōtra ſucceſſorē habentē cām à debitore poſſet exerceri talis l. cōuētio vel fieri executio ex ſnīa lata cōtra debitorē, poſito ꝙ idē ius executiuū nō fuerit in eſſe productū tpe alienationis. Credo ꝙ ſic in cōtractu pignoris hoc mō. ſ. ꝙ adijciat̄ in alienatione ꝙ debitor ꝓmittat dictā rē nō vēdere: tūc ēt vēditio facta nō valet: vt l. ſi creditor. §. fi. de diſtr. pig. & cōtra ſucceſſorē trāſit ius executiuū. ſicut dixi in re litigioſā facta inalienabili: qa alienatione reſciſſa per iudicē, pōt fieri executio contra ſingularē ſucceſſorē: vt d. §. itē ſi qs in fraudē: ergo hic in alienatione reſciſſa ꝑ legē, ar. ff. de cōdict. inſti. l. quæ ſub conditione. §. fi. Sed pone ꝙ debitor nō ſolū dedit licentiā ingrediendi: ſed cōſtituit ſe creditoris noīe poſsidere ſimpliciter, vel precario: an ex hoc tribuat̄ creditori plus iuris cōtra ſingularem poſſeſſorē? Rn̄. ſic: & multū bn̄. Aut em̄ ex hoc creditor ſibi acquiſiuit poſſeſsionē ciuilē, & naturalē. qa ſimpliciter debitor cōſtituit ſe creditoris nomine poſsidere, ita ꝙ ſola detētio[e] remanet penes debitorē: & tunc ſi debitor tradidit alteri priuat creditorē poſſeſsione: & pōt eā recuperare. l. ex liberis. de acq. poſ. & ideo creditor pōt ingredi ſua authoritate, etiā per vim ſi inuenerit reſiſtētiā: qa magis eſſet defenſio quā occupatio: vt l. cū fundū. & ꝙ ibi no. ff. de vi & vi ar. ſupra dictum eſt in iij. q. principali. Si verò apud creditorē eſt ſola ciuilis, ꝙ eſt in dubio, q̄n cōſtituit ſe præcario nomine poſsidere, vt ſ. dixi in ij. q. principali: tunc debitor tradēdo alteri, vel ſi deijciat̄[f], nō priuat creditorē poſſeſsione ciuili: quia per ſe ſtat, nec cohæret naturali: vt ff. de vi & vi ar. in l. ſi de fundo. & ꝙ ibi no, de acqui. poſ. l. peregre. & qđ ibi no, & ideo occaſione ſuæ ciuilis poſſeſsionem poſſet etiā ingredi ꝑ vim, ſi reperiret reſiſtētiam, vt dictū eſt: & illud tenebat Iac. Bu. ꝙ eſt notan-
26 dū. ¶ † Quintò principaliter eſt videndū de officio iudicis, q̄n ad hoc aditur: de quo tāgitur in fi. noſtræ legis. Et primò, cū iudex adit̄ ex vrbanitate, an debeat pars citari, libellus dari, & ordinariè ꝓcedi, vel nō, Gl. in l. meminerint. ſ. vn̄ vi. vr̄ tenere ꝙ etiā ſine citatione iudex poſſet cōcedere licētiam, vt ibi patet in j. gl. circa fi. Alia gl. videtur te

a ¶ Singularē ſucceſſorē. An poſsit fieri executio contra tertiū poſſeſſorē, an vero contra nō alienātē, adde bar. in l. ſi qs miſſum. in §. iudex. de dā. infec. & ibi dixi. & late per do. Anto. in c. quia. de iudi.

b ¶ Do doctrinam. Idē tenet Bal. in l. à diuo Pio. §. ſi ſuper. de re iudi.

❧ Pro cōcordia aduerte, quidā debitor obligauit Sempronio omnia bona ſua, & cōſtituit ſe eius nomine ꝓcario poſsidere: & ſic præſumitur ſibi retinuiſſe corporalem poſſeſsionē tā tum in dubio: ſed cōtingit ꝙ poſtea debitor idē alteri vēdidit & tradidit vnā de ſuis rebus: an ex hoc ſit priuatus Sēpronius ſua ciuili poſſeſsione? Bar. videtur ſentire ꝙ ſic ī l. Celſus. verſic. ſed pone ꝙ debitor. ff. de vſucap. Contrarius tamē allegat̄ hic verſic. ſed pone quòd debitor. tu dic bar. in d. l. Celſus non loquitur de vera traditione in ſingularē ſucceſſorē: ſed quādo debitor ſeu vēditor conſtituit ſe ei⁹ nomine poſsidere: & caſus eſſent valde diuerſi: quia ſi nullo modo poſsidet cōſtituens, nullam trāſfert, per ea, quę habentur in l. quod meo. ff. de acquirē. poſ. Si autē omnē poſſeſsionem haberet: venditor: tunc vtrāq; trāſferret, & fieret ꝑiudiciū Sempronio. Sed ſi tantum naturalem habet venditor, & Sempronius ciuilē, vt in caſu propoſito: certe vbique concorditer tenet Bar. ꝙ Sempronio non geratur preiudiciū: quia ſine animo ſuo non poteſt priuari ſua poſſeſſione: ideo de facto intrare poſſet propria authoritate: intellige tamen ſecundū diſtinctiones, de quibus hic.

c ¶ Si verò tale. Pro quo bene facit qđ ſing. not. Bal. in l. ꝑ diuerſas. ſ. mandata. in x. q. & adde Bart. ꝑ illū tex. in l. is cui. §. in poſſeſſione. ff. vt in poſ. leg. gl. & do. Ant. in c. quia. de iudi.

d ¶ Aduerte tamen. Ego conſului Parmę ꝙ Bar. hic non dicit, ꝙ inſtrumentū non liquidū cōtra principalē poſſit liquidari cōtra particularem ſucceſſorem pendente executione, vide in illo conſil. & de iſta practica Iacob. But. vt cōſtitutio precarij operet̄ effectū, in d. l. fin. C. de acqui. poſ. vide Bal. in l. j. C. de re. no. his quæ ī fraudē cre. & in d. l. fi. Iac. Butri. in aut̄. hoc ſi debitor. C. de pig. & in l. fi. & in l. ſimili. & in l. exitus. ff. de acqui. poſ. & in l. ij. §. hæc actio. ff. vi bo. rap. & ſimiliter hic ego in illo conſil. reprobaui illā in creditore. Vide ibi, quia eſt ſubtile. Andreas Barba.

e ¶ Sola detētio. Vide Bar. hic in lect. not. in repe. iij. qō. an hoc pactū poſſit exerceri contra ſingularem ſucceſſorem: vbi videtur tenere iſtam primam partem. & vide ſ. ea. l. in. v. col.

f ¶ Deijciatur. Ad de qđ idē tenet Iac. But. & Bar. in lec. hui⁹ l. ſ. & etiā Sal. licet Bart. in l. interdum. in fin. de acqui. poſ. & in l. Celſus. in iiij. col. ver. ſed pone ꝙ debitor. ff. de vſuſca. teneat contrariū: quem ibi ſequitur Imola, & communiter omnes. & eſt verius.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tur tenere cōtrariū.ſ.& requiraꝛ libellus,& proce
datur ordinariè:vt ſ.de iur.emph.l.ij.in prin.gl.
magnæ. Alij,vt Iac.de Bel.qui diſputauit iſtā q̄-
ſtione ſic diſtinguūt: Aut iudex mittit creditorē
in poſſeſsionē reo nō citato:& miſſus in ſuo iure
debet tueri:argu.ꝙ met.cau.l.ſi.§.ſi.&ne vis fiat
ei.l.ſi quis miſſus.in prin.& ſic pōt ꝓcedere gl.l.
meminerint.& de re iudi.l.à diuo Pio.§.ſi ſuper
rebus. Aut iudex facit partē citari,ꝙ eſt pruden-
tius & rationabile:vt l.nā ita diuus.ff.de adop.&
ſ.ſi minor ſe ab hæredi.abſti.auꝛ.ſi oēs.ſi ꝑ vim,
vel alio modo.l.ij.& tūc ſi cōfiteaꝛ,nō offerꝛ libel
lus.ff.ad leg.Aquil.l.ꝓinde.§.ſi.& de iud.l.ſi de-
bitori.& no.ī l.j.C.de lit.cōte. Si vero debitor cō
tradicit,allegādo ſolutionē,vel aliud obijciendo:
quo ꝓbato repellit agentē:credo illic libellū ne
ceſſariū:vt in auꝛ.offeraꝛ de lit.cōteſt.& ꝑ alia iu-
ra ad hoc allegata. Iſta ſunt verba ſua,de oīb⁹ rō-
nib⁹ faciā mētionē j.ſingꝉr rn̄dendo.¶ Mihi autē
videꝛ,ꝙ in caſu ꝓpoſito data licētia ꝑ iudicē par-
te nō citata,nihil opereꝛ,nec dari debuerit:vt l.nā
ita diu⁹.ff.de re iud.l.de vnoquoq;.cū ſi. Sicut nec
a iudex debet mādare[a] ſentētiā executioni,niſi par
te citata ad opponendū:quare nō debet fieri exe
cutio. Multæ enim exceptiones poſſunt opponi
poſt ſnīam:vt l.j.ſ.de iur.& fac.igno.& hoc no.ꝑ
Cy.quo appel.nō reci.l.ab executore. De hoc eſt
caſus in l.meminerint.ſ.vn̄ vi.ibi:ad inſinuādum
ſentētias,&c.ſecūdū lec.Odof.vt patet in libello
ſuo in l.illa:ſi tamē iudex fecerit,nihil operatur:
ſed perinde eſt,ac ſi debitor ſua authoritate īntra-
uerit:& ideo ꝑ iudicē poſtea parte citata erit con
firmādus in poſſeſsione:vt l.iij.§.miſſum.ff.ad
Carbo.& ſ.de Carbo.edic.l.j.ſecūdū lect.Roſ.&
ſic etiā hic dicit Iac.prædictus. Sed ſi ſua authori-
tate non potuiſſet ingredi,& ingreſſus fuiſſet au
thoritate iudicis:& ſic in pœnā à iure poſitā inci
diſſet:vt l.meminerint.reprobata gl.ibi poſita,vt
ibi dixi:& no.in l.ſi qs ꝓ in tātū.ſ.vnde vi.ſuper ſe
cūdo membro. Dicit verū Ia.ſine dubio. Sup ter-
tio aūt mēbro credo ꝙ nō dicit verūm:nec debet
b dari libellus[b],ſed debet procedi ſummariè:ſicut
cū fit executio rei iudicatę:vt l.à diuo pio.§.ſi ſu
per rebus.& l.minor xxv.an.cui fideicōmiſſum.
ff.de mino. Et q̄d hoc ſit verum,probo:quia il-
lud ius exequēdi ex cōuētione & iudicis authori
tate æquiparanꝛ.ſ.de pig.ac.l.pe.& ſ.ſo.ma.l.do-
tis. Præterea,in oī iure ꝙ oritur ex ſnīa arbitri ꝓ-
ceditur ſummariè:& ſic ex ſnīa iudicis:vt d.l.à di
uo Pio.in prin.ergo & hic cū oriꝛ ex cōuētione:
vt ff.de iureiur.l.j.& l.iuſiurādū quod ex conuē
tione. Præterea,licet ex iureiurando oriaꝛ ius exe
quēdi,vt fiat ſummariè.ſicut ex ſnīa:vt l.ij.ff.de
iureiur.& l.ſed & ſi poſſeſſori.§.ſi cū de hæredita
te.e.tit.ergo idē hic in iſto iure exequendi,quod
oriꝛ ex cōuētione. Pro hoc facit ff.de pac.l.tale pa
ctū.§.qui prouocauit.& hoc videꝛ de mēte Roſ.
in d.ti.de edi.di.Marci.ver.itē quæriꝛ an illud.&
ver.ſeq.hoc idē tenet Spe.de iure emphy.§.nunc
aliqua.ver.xlix. Prædicta intelligo vera,ſi de ta-
li conuentione de ingrediēdo apparet publicū in-
ſtrumētū:ex cuius inſpectione iudici deduciꝛ ad
notitiā:ſed ſi de tali cōuētione apparet per teſtes
tūc debet dari libellus,& lis conteſtari:qm̄ aliter
nō poſſunt recipi teſtes:vt extra,vt lit.nō cōteſt.
c.qm̄ frequēter.& ſ.de teſti.auꝛ.ſed & ſi quis ab
aliquo.cū ſua gl. Ad hoc etiā facit q̄d no.in gloſ.
ſ.de edic.diui Adr.tollē.l.fi.& in l.ij.ſ.de iur.em-
phy. Sed fateor ꝙ pōt,ſi vult,dare libellū,& pro-
c cedere ordinariè[c]:vt ibi no.nō tn̄ cogitur,vt di-
xi. Et ſic intelligit Spe.in d.ver.xlix.¶ Scd̄o qa
à colono,vel inquilino interuerſa poſſeſsione,nō
licet dn̄o eū ſine libello eijcere:vt ff.de vi & vi ar
d ma,l.colon⁹.& l.cū fundū. Ratio,eſt vt dixi[d] ī iiij.
q.principali.¶ Tertiò,quia impediētē me vti poſ
ſeſsione mea poſſum authoritate mea ipſum pro-
e hibere[e]:vt ff.ad leg.Aquil.l.quēadmodū.§.j.& l.
fi.§.ſi ad iannuā.q̄d vi aut clā.& tn̄ ſi authorita-
te iudicis peto,debet offerri libellus:vt ſ.vti poſ.
l.j.ſed ibi ius illud nō pōt fieri manifeſtum ex in-
ſtrumenti inſpectione:nec tale ius eſt liquidatū
ex partiū cōuētione.¶ Quartò.quia hypotheca-
ria nūda poſſeſsione auocatur:vt l.ſi cū venditor.
in princi.ff.de euic.& tamen ibi offertur libell⁹:
vt in auꝛ.offeratur.de lit.conte.ergo & hic:ſed il-
lud quando hypotheca tantū fuit cōſtituta ſuper
pacto executionis,& ideo apparet ꝙ præcedat:vt
l.j.ſ.de execu.rei iudica.hic loquitur quando ius c
executiuum fuit in pacto cōſtitutū. Quintò q̄d
colonum,& inquilinū,non ſoluentē licet ꝓpria
authoritate expellere:vt ſ.loc.l.ædē.& l.empto-
rem.de dā.infec.l.vtiq;. Sed quādo fit ꝑ iudicē,of
fertur libellus:vt ſ.de loca.l.cōductore.& ſ.vnde
vi l.non ab re. Sed illud verum,qn̄ vult agere cō-
dictione ex legibus illis prælegatis:ſed ſi vel-
let implorare ſimplicē expulſionē,poſſet per offi
cium iudicis ſummariè:vt ſ.dixi in emphyteuſi. d
¶ Sextò,ꝑ l.de pupillo.§.qui opus.aliàs,ſub lege,
nō ſolū.ff.de no.ope.nū.l.j.§.neceſſe.ff.ſi ventr.
no.mul.in poſſeſ.mi.ſed ex illis non poteſt lique e
re iudici,ex inſtrumenti inſpectione:nec eſt liqui
datum ex partium cōuētione.¶ Septimò qa vbi
apparet legitimus cōtradictor,debet offerri libel
lus:vt l.fi.ſ.de edi.diui Adri.tol. Sed hic debitor,
vel alius habens cauſam ab eo,non poteſt eſſe le-
gitimus contradictor:licet ipſe vel alius author
ius exequēdi cōceſſerit:ideo procediꝛ ſummariè.
¶ Octauò,quia quando officium iudicis petitur,
offertur libellus:vt ff.quis ordo in bo.poſ.ſeruc.
l.ij.§.dies. Facit quod no.Inſti.de actio.in rubri.
vel in prin. Sed illud eſt verum in officio iudicis,
quod aliàs imploratur in executione:vt d.l.à di-
uo Pio.§.ſuper rebus.¶ Nonò,quia iudex iudicā
do non ſeruat formā cōuētionis:vt l.qualem.ff.
de arbi.Sol.per ea,quę no.in l.ſi conuenerit.ff.de
re iud. Decimò,quia ſi ſtipulor per fundū tuum
ire,agere licere,vel habere licere,vel ꝙ liceat:ſi ꝓ
hibeas,debet dari libellus:vt l.ſtipulatio iſta.§.j.
& §.ſi quis ita.de ver.ob.& C.de vſufru.l.corru- f
ptionem. Sed ad hoc reſpōdeo vt dixi.ſ.in iiij.q.
principali.ver.ſed an à vitio. Vel ſi intelligas ꝙ
ibi volebat agere ad intereſſe prohibitionis.eſt re
ſponſio ꝙ quantitas non erat liquidata in inſtru-
17 mento,nec ex partium conuentione.¶ †Quid ſi
de ingrediēdo tm̄ fuit data licentia in inſtrumen-
to?& ſic propter acqſitionē poſſeſsionis ad iudi-
cē venit de neceſsitate:vt hac l.ſecundū lecturā
meā:vtrum tunc neceſſarius erit libellus? Certè
cum illud ius executiuum acquiſitionis poſſeſsio
nis,non ſit actum ex partium cōuentione ad hoc
vt oriatur,debet præcedere libellus,& litis cōteſ.
vt in auth.offeratur.& ſ.de ſen.l.prolatā. Sicut vi
demus ꝙ ille,qui habet naturalem poſſeſsionem,
debet agere cōtra eū,qui habet ciuilē rei vēdica-
tionē:multò magis hic:quia per ingreſſum habet
ſolum detentionē:vt l.iij.§.j.ff.ad exhi.& de vſu-
fru.l.cuiuſcūq;.§.j.& not.de rei ven.ſuper rubri.
de acqui.poſ.l.Pomponius.§.ſi is qui præcario.&
18 ſ.vbi in rem act.l.ij.¶ Dubitari poſſet†,cū credi-
tor inuenit debitorē armata manu reſiſtentē:an
creditor implorando officium manus militaris de
beat offerre libellum? Quod videtur:quia tale ius
ingrediendi violenter,non fuit ortum extra iudi
ciū ex pacto,vt dictū eſt:ergo videtur ꝙ debeat
præcedere ſententia,vt dictum eſt:credo tamen
ꝙ debeat præcedere ſummaria cognitio:quia ius
executiuum eſt ortum extra iudiciū:auxiliū ma
nus militaris eſt coadiuuatiuū illius iuris executi
ui:nec eſt per ſe ius:vt ff.ne vis fiat ei.l.ſi quis miſ
f ſum,de rei vē.l.qui reſtituere.¶ Iuxta præmiſſa[f]
19 quæro,†an cū iudicis officiū imploraꝛ,vt decla-
retur iſtud pretium rei,debet offerri libell⁹,& or
dinariè ꝓcedi:de quo dixi ſ.ī ij.q.pri.ver.vlteri⁹.
de quo loquitur l.vl.§.j.j.de iu.do.impe. Breui-
ter dico ꝙ libellus nō eſt neceſſarius:ſed res expe
ditur cauſa ſummatim cognita:quia non petitur
contra partem aliquid:ſed ſolū res æſtimari peti-
tur:ergo non offertur libellus:ſicut quando peti
tur dari tutor:vt l.diuus.qui pet.tuto.& nota.in
Spec.de offi.iud.§.iudicis officiū,ver.porro.Præ-

a ¶ Iudex debet. No
ta ꝙ idē videtur te
nere Bald.in l.ij.in
x.q.ſ.de ſer. In cō-
trarium facit ꝙ di-
xit Inno.in c.quia
ꝓpter.in glo.illud
autē.de elec.vbi di
cit ꝙ ſi facio cita-
re aliquē,quē non
oportebat citari,
non eſt expectan-
dus,cogita.q̄d ta-
men differt.ſed cū
Bar.hic videtur te
nere Bal.in l.j.ſ.de
execu.rei iud.in j.
col.per doc.in §.a-
ctionū.Inſt.de ac.
& adde Bal.in l.ij.
in iij.col.ſ.de iur.
emph.vbi dicit,ꝙ
requiritur partis ci
tatio ſi adiꝛ iudex,
licet propria autho
ritate fieri poſsit,ꝑ
l.meminerint. Pro
quo vide Bal.in l.
nec quicquā.§.vbi
decretum.in vj.co.
de offi.procon.ad-
de Bar.in l.j.§.ſatiſ
datū.quo.legat.&
Bar.in l.iij.§.fi.de
contra tab.
b ¶ Dari libell⁹.vbi
proceditur ſumma
riè,non datur libel
lus. Adde q̄d not.
Bal.in auth.offera
tur.& legiꝛ & not.
in cle.ſæpe Bart.in
extrauag.ad repri
mendum.in verbo
ſummariè,et quod
ſcriptū eſt §.tripli.
Inſti.de act.& bar.
in l.ne quicquam.
§.de plano.de offi.
procon.& omnino
vide ꝙ no.Spe.ī ti.
de lib.ob.§.reſtat.
verſic.ſed dicitur.
tamen dicit Inno.
in c.nouit.de iudi.
ꝙ licet interdū or-
do ſolennis nō re-
quiritur:non tamē
vitiat ſi ſeruetur:
vt no.Bar.hic j.ꝓ-
xi.in xiij.col.ī ver.
idē tenet Spe.in ti.
ſi vero pro ſtatutis
volentibus,ꝙ in-
ſtrumentū habeat
executionē paratā
ſine libello:quia ī-
telligitur ſi produ-
cantur inſtrumen-
ta in ſcriptis,ſi pro c
bentur per teſtes.
Ita ſequitur Paul.
de Caſt.in l.teſtiū.
alleg.in l.nullum. d
ſ.de teſti.& vide ꝙ
no.Barto.in l.fi.in
vj.col.in ver.vlte- e
rius procedo.de
edi.di.Adria.Bald.
in l.generali.ad fi.
de ſac.ſanc.eccle.&
quod ibi dixi poſt
Bar.ī l.pe.j.de pœ.
per Bart.no.in l.fi.
in j.& ij.col.j.de fi
deiuſ.& in l.j.ſ.vt
in poſ.le.
¶ Procedere ordi-
nariè. Et ſic not.ꝙ
vbi procedendum
eſt ſummariè licet
procedatur ordina
riè,tenet ꝓceſſus.
no.Bald.in l.quod
fauore.ſ.de leg.&
ibi dixi.
¶ Ratio,vt dixi. Vi
de Barto.in l.ædē.
C.locati.
¶ Prohibere. No-
ta ꝙ impedientem
me vti poſſeſsione
mea,poſſum pro-
pria authoritate
ipſum prohibere.
Adde latius per
Bart.in l.j.§.nun-
ciatio.de oper.no.
nun.quod limita,
niſi eſſet dubium
ꝙ fieret reſiſten-
tia,ſecundū Bar.ſ.
e.l.per regulā.l.nō
ē ſingularis.de re.
iur.& per eū in l.iu
ſtè poſsidet.de ac-
qui.poſ.& larè.ſ.e.
l.in lectura.
¶ Iuxta præmiſſa.
Quæro,practicā,
qn̄ quis facit rem
æſtimari:vide bar.
in l.ne quicquā.§.
vbi decretū.ff.de
offi.procō.& bal.
in auꝛ.offeratur.&
bal.in l.j.§.fina.de
var.& extraor.co.
cog.& quod ibi di
xi. Item vbi agiꝛ
officio iudicis pro
exhibitione reuerē
tiæ non requiritur
libellus. Text.eſt,
& ibi Bald⁹ in l.ne
quicquā.§.de pla-
no.de offi.procon.
Bart.in l.ab hoſti-
bus.§.ſed q̄d ſim-
pliciter.q ex cau.
maio.& quod not.
Bal.in auꝛ.contra
q.in iiij.col.in ver.
quæro quo iure.de
non nu.pec.vbi ēt
in fi.& ſ.in princ.
huius l.in v.q.per
totum.

tercea, ꝙ hæres æſtimetur, eſt quoddam ius exe
cutiuum perſonalis obligationis, per quod qs cõ-
ſequitur quod ſibi debetur: vt ſ. de executi. rei
iud. l. ordo. & l. fin. ſi in cau. in l. ij. ſed in iſto iure
executiuo, non offertur libellus, vt ſ. dixi: ergo
&c. Erit igitur ordo, ꝙ pars citetur ſi velit aliqd
opponere, ꝙ nõ debuit fieri iſta executio: & ſi ha
bita cognitione ſummaria nil iuſtũ cõtradictio-
nis oſtendat: tũc iudex faciat partes eligere duos
bonos æſtimatores: vt ſ. de ſecũ. nup. l. hac edicta
li. §. is illud. vel ipſe iudex eligat: vt in auſ. de nõ
alie. §. quod autem. vnde ſumitur auſ. ſi quas rui-
nas. ſ. de ſacroſanc. eccl. & eos faciat iurare de eſti
matione tantũ legaliter fienda: vt dictis legibus
patet. & ſ. de fid. inſtru. l. comparationes. licet q̃-
dã gl. videantur velle ꝙ tales perſonæ nõ debeãt
iurare. & no. ſ. de teſti. l. iuſiurãdũ. & ff. de ven. ĩ-
ſpi. l. j. circa prin. ſuper ver. vel duę. & male, per di
ctas leges. Et tunc iudex ſecundũ eorũ æſtimatio
nem faciet declarationẽ. Sed ſi ex conuentione in
poſſeſsionem rei ingrediatur, & iudicis ſentẽtia:
diceť ne pignus prætoriũ, vel cõuentionale? Ro-
fred. in d. tit. de edic. diui Marci. dicit ꝙ eſt conuẽ-
tionale: arg. ff. de noua. l. ſi ita fuero ſtipulatus. §.
fi. Cum enim iudex nõ det pignus, ſed tm̃ confir-
met eum ſeu exequatur. In contrarium facit qđ
dicitur tutorem cõfirmatum eſſe datiuũ: vt ff. de
teſt. tute. l. iure noſtro. in fi. & no. per Dyn. ſuper
rubr. de cõfir. tutore. ꝑ Cy. de cõfir. tut. l. ij. tñ pu-
to Rofred. bene dicere: & illud, ꝙ de tutore dici-
tur, eſt: quia tutoris datio fuit inualida. Ad ꝙ fa-
cit ff. ſi cer. pe. l. certi cõdictio. §. quoniã. & hoc eſt
vtile ſcire propter ea, quæ notantur per Dy. in. c.
qui prior. de reg. iur. lib. vj. Deo gratias. Amen.
¶ Repetita per me Bartolum de Saxoferrato mi-
nimum inter legum doctores, in felicisſima ciui-
tate Peruſij, anno domini M.cccxlv. die Mercurij
vltimo mẽſis Martij. Laus Deo, ſaluatori nr̃o.

1 CVm te pecuniam.† Neceſsitas rei familiaris, non eſt iuſta cã
reſcindendi pignoris contractum. hoc dicit.

*SVMMARIVM.*

2 ☞ Sententia contra debitorem lata, non pręiudi
cat creditori, ſi appareat de colluſiõe debitoris &
nu. 1.
3 Pręſcriptio currẽs cõtra debitorẽ nocet creditori.
1 PRæſes. †Colluſio debitoris, vť præſcriptio, q̃ cõtra eũ
cucurrit, non nocet creditori ius ſuũ
2 proſequẽti. h. d. † No. ꝙ ſententia con
tra debitorẽ lata nõ præiudicat creditori, ſi appa-
reat de colluſione debitoris. hoc primo. ¶ Secun-
3 dò no. ꝙ præſcriptio † currẽs cõtra debitorẽ, non
nocet creditori, vt hic. Modo oppo. dicitur hic, ꝙ
ſententia lata contra debitorem non nocet credi-
tori. Contra, imò videtur ꝙ debeat nocere credi-
tori. Vnde opponitur de l. ſi ſuperatus. §. fi. ff. co.
ti. Sol. Ibi debitor primò fuit victus: poſtea obli-
gauit rem creditori: vnde creditor non poteſt ha
bere plus iuris, q̃ ipſe debitor: & ita intelligatur
contrarium. Sed contra prædicta inſtatur de præ
allegata. l. ſi ſuperatus. in prin. Sol. Ibi lis erat agi
tata per ipſum debitorem ignorãte creditore: &
ideo non pręiudicat creditori: hic autem erat agi-
tata ſciente creditore: quo caſu regulariter ſibi
præiudicat, niſi in iſtis duobus caſibus: vt hic, & l.
ſæpe. §. ſed ſcientibus. ff. de re iudi. Signetis gloſ.
circa fi. quæ colligit iſta verba.

1 INſumma. † Expenſas ne-
ceſſarias ob bo-
nũ publicũ factas à creditore, pốt cre-
ditor à debitore repetere. hoc dicit.
¶ Not. ꝙ dixi in ſummario. ¶ Quæro quo ad de-
clarationem legis noſtræ, quid de colono, qui fe-
cit iſtas expenſas, nunquid poterit repetere. Tex.
videtur dicere quòd ſic arg. l. ediles. ff. de via pu-
bli. Sed quid de vſufructuario: dicatis vt l. hacte-
nus. & quod ibi no. ff. de vſufru. & quod not. per
Dy. in l. quæro. ff. de vſufr. leg.

a ¶ Pones hũc ca. Vi de gl. & Bar. in l. j. ſ. de ſer. fu. & in alijs partibus huius glo.

b ¶ Non tollitur. Vide Bal. & Ang. circa hoc in d. l. j. C. ſi aduer. cred.

c ¶ Vide per Dyn. Et ibi Bar. ſed Barto. hic tenet hanc opi. glo. quam Bar reprobat.

d ¶ Debitores. Intelligit tamen ſecũdum l. iij. j. de nona. & declarat Bar. in l. minor. j. quæ res pig. da. poſ.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Per alienationẽ legalẽ nõ tolliť ius pignoris: ſed ꝑ p̃ſcriptionem ſic.
VSuſcapio. Hæc lex legitur duobus modis in gl. pri-
mo mõ legitur, licet ſit ſcđs modus in gl.
videlicet ꝙ aliquis vſucapiens rem alienam obligauit eam mi
hi ante perfectam vſuſcapionẽ: poſtea facta eſt vſuſcapio: &
a ſecundũ iſtũ modũ pones hunc caſum[a]. Titius poſsidebat aliquã rẽ mobi
lem Sempronij bona fide: vſucapiebat: poſtea eã pignorauit: & perfecta
eſt vſuſcapio: qui erit de iure pignoris? Certè confirmatur: qa vſuſcapio
non extinguit ius pignoris. Iſte intellectus licet in ſe ſit verus, tamẽ non
applaudit huic literæ: quare gl. in prin. ponit caſum in quatuor perſonis:
1 vt habetis in gloſ. Et ſecũdũ iſtũ intellectũ no. † ꝙ per alienationem lega
b lem non tollitur[b] ius pignoris: vt l. alienationis verbo. ff. de ver. ſig. Mo-
do contra iſtum tex. opp. dicitur hic ꝙ vſuſcapio non tollit ius pignoris.
Contra de l. j. & ij. ſ. ſi aduer. cre. Sol. ibi loquitur in præſcriptione: hic in
vſucapione. Ratio diuerſitatis eſt: quia in præſcriptione oſtenditur ma-
ior negligentia eius, cõtra quẽ præſcribitur quã in vſucapione: quia ma-
ius tempus requiritur in ea, quam in vſucapione: vt hic, & ibi no. ¶ Item
op. de l. & quæ nondũ. §. qđ diciť. ff. eo. vbi creditor debet ꝓbare rẽ fuiſ
ſe in bonis debitoris: quod non poterit probare hic: qa res eſt vſucapta.
quare malè. Sol. dicit ꝙ creditor debet probare rem fuiſſe in bonis debi-
toris tempore contractus, vt ibi: non aũt requiriť ꝙ probet rem eſſe in
bonis debitoris tempore quo agit. & ita debet intelligi hæc lex. ¶ Vlte-
rius inſtatur, & videtur ꝙ hic ſumus in circulo & ſaltabello qđ oſtendo:
creditori per vſuſcapionem non præiudicatur, vt hic: & creditor poterit
per hypothecariam auocare rem ab vſucaptore: & per conſequens debi-
tor occaſione pignoris debitũ ſoluẽdo poterit eandẽ rem auocare à credi
tore: & per conſequẽs vſucaptor dñs effectus rei vendicatione, eandem
rem auocabit à debitore: & iterum debitor ab eodẽ vſucaptore: & ſic ſu-
mus in circulo, quod eſt contra l. dñs teſtamẽto. ff. de condi. inde. §. fin. &
ff. qui po. in pig. l. Claudius. ¶ Quid dicemus? Gl. dat hic duo, vel tria re-
media. Dicit gl. & remedium erit iſtud ad euitandum iſtum circulum, ꝙ
debitor faciat ſibi cedi à creditore ius, quod habet in re aduerſus vſuca-
ptorem. Iſtud remedium non videtur bonum: quia aut tu dicis ꝙ cedať
actio perſonalis: & hoc eſt falſum: quia eidem contra eundem nõ poteſt
cedi. Aut tu dicis ꝙ cedatur hypothecaria. & hoc eſt falſum: quia iſta hy-
pothecaria eſt extincta perſonali actione, per ſolutionem. De quo vide
c per Dy.[c] in l. fideiuſſoribus. ff. de fideiuſ. quare gl. dat aliud remedium,
videlicet ꝙ creditor cedat debitori ius retentionis, quod habet ex ſenten
tia lata inter vſucaptorem, & ipſum creditorẽ. hoc eſt falſum quia poſtq̃
vſucaptor reſtituit vigore ſententiæ creditori illam rem, nullum ius re-
manet contra eum ex ſententia, quare gl. dat aliud remedium videlicet
quod debitor dimittat creditori, & det eidẽ in ſolutũ iſtam rem pignora
tam. Iſtud etiam videtur falſum: quia vſucaptor hanc eandem rem ab eo
dem creditore adhuc poterit aduocare rei vendicatione, niſi dicat ſecun-
dùm dñm Iac. det ſibi in ſolutũ, & remaneat ſibi ius ſaluũ pignoris, quo
caſu vſucaptor non poterit rem illam auocare, niſi debitum ſoluat, ſecun
dum dominũ Iaco. ¶ Vel dic, ꝙ etiã circulus iſte tollitur per ſolutionem
factam eidem creditori ab ipſo debitore, per quã ſolutionem tollitur o-
mnis obligatio: vt Inſti. quib. mod. tol. ob. in prin. & per conſequens a-
ctio tam perſonalis quam hypothecaria: & ſic creditor amodo per hypo-
thecariam non poterit auocare. & ita debet intelligi ſecundùm dominũ
Iac. ¶ Item quæritur, nunquid lex iſta habeat locum, etiam ſi res mobi-
lis ſit vſucapta per ſpatiũ decennij. Plac. dicebat ꝙ nõ: qa res mobiles triẽ
nio vſucapiuntur, non decennio. Breuiter tu dicas contrarium: & teneas
opi. gl. vt no. in l. j. ſ. ſi aduer. credi. & hic.

1 QVamuis. † Licet debitor ſit condemnatus ſi non ſol-
uit, non tollitur ius pignoris. h. d.

SI dominium. † Fructus computantur in ſortem, &
extenuant debitum. d. h. ¶ No. quod
dixi in ſummario.

*SVMMARIVM.*

2 ☞ Creditor ſi vult vendere pignus, debet debitori denunciare.
d DEbitores.[d] † Creditor poteſt proſequi ius pignoris
1 licet debitori non ſit denunciandũ vt ſol
uat. h. d. ¶ Nota ꝙ dixi in ſummario. ¶ Op. de l. ſi cõuenerit.
& ꝙ ibi no. ff. de pig. actio. & l. fi. de iure do. impe. Sol. Quan-
doq; creditor vult tantum ius pignoris proſequi: & tunc denunciatio
2 non eſt neceſſaria, ſecundùm formam: vt hic. † Quandoq; creditor vult
pignus vendere: & tunc denunciatio eſt neceſſaria ſecundũ formã dictæ
l. fi. de iure do. impe. & no. in præallegata l. ſi conuenerit. Quandoque cre
ditor vult conſtituere debitorem in mora: & tunc denunciatio eſt neceſ-
ſaria, niſi dies eſſet appoſita: vt l. magnã. j. de contrahen. & commit. ſtip.
& l. ſi ex legati cauſa. ff. de verb. ob.

*SVMMARIVM.*

2 ☞ Pignus debet reddi hæredi, licet ĩ inſtrõ nõ fiat mẽtio hæredis.
1 SIuxor. † Licet de pignore inſtrumentũ non ſit confe
ctum: nihilò minus creditor habet plenũ ius.
hoc dicit. Iſta litera licet inſtrumento eius, & cætera: poteſt
intelligi duobus modis. vno modo prout dixi in ſummario.
Alio

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

2 †Alio modo quòd licet in inſtrumento non fiat mentio hæredis, tamē hæredi pignus eſt reddendum: vt dixit gl. & iſte magis eſt notabilis: vt l. ſi. pactum. ff. de proba.

1 **CVm dominam.** †Debitor creditori poteſt cedere omne ius, quod habet in pignore: niſi obſtet ratio ætatis. h. d.

1 **DIſtractis.** †In electione creditoris eſt agere actiōe perſonali contra debitorem, vel hypothecaria contra poſſeſſorem pignoris. h. d. Not. qđ dixi in ſummario. ¶ Oppo. de l. Moſchis. ff. de iure fiſci. vbi videtur quòd primò debet agi vel conueniri perſonali actione obligatus. Sol. Ibi lquitur in tacita hypotheca: hic in expreſſa. ¶ Sed cōtra iſtā ſolu. inſtatur de §. neque. in auť. de fideiuſ. colla. j. quam habetis j. e. in auť. hoc ſi debitor. So. Domini, iſta iura corriguntur per illū §. ſed neq;. ¶ Sed contra iſtam ſol. inſtatur de §. ad hoc. in auť. de liti. vbi videtur ꝙ indiſtinctè poſſum agere contra quēcunq; ego velim. Solu. Dic ꝙ illa auť. loquiť in caſu ſpeciali: & hanc ſol. ſequitur gl. in ſi. j. eo. auť. hoc ſi debitor. & hæc eſt vera ſcđm noſtros doct.

*SVMMARIVM.*

2 ☞ Factum debitoris non nocet creditori, in iure pignoris.

2
1 **DEbitorem.** a†Alienatio facta per debitorē, nō p̄iudicat creditori vtēti iure pi-
2 gnoris. h. d. ¶ Not. †ꝙ factū debitoris nō nocet creditori in iure pignoris: vt hic. Sed op. in auť. hoc ſi debitor. j. eo. vbi ſit deterior conditio creditoris per alienationē. Solu. circa ius pignoris nullū ſit p̄iudiciū creditori, vt hic, ſed circa ordinem conueniendi ſic. & ita loquitur lex cōtraria.

a ¶Debitorē. Intelligiť tñ ſcđm l. iiј. j. de noua. & declarat Bart. ī l. neceſſariò. ff. q̄ res pig. oblig. poſſ.

1 **ET ſi frater.** † Mutuans alienā pecuniam ſuo nomine, quærit ſibi ius pignoris, & non domino pecuniæ. h. d. Bar.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Res empta ex pecunia pupilli, eſt ei obligata.

1 **QVamuis.** †Res empta ex pecunia b mutuata, nō eſt obligata: niſi de hoc ſpāliter, vł generaliter conuenerit. h. d. ¶ No. qđ dixi in ſummario. ¶ Opp. diciť hic, ꝙ res empta ex pecunia mutuata, non eſt obligata. Contra de l. idēq;. in prin. ff. q potio. in pig. ha. Sol. eſt dare regulam, & inſtātiam à regula: hæc eſt regula, ꝙ res empta ex pecunia, non eſt obligata. Fallit ſi emať ex pecunia pupilli: vt in cōtrario: ſicut & aliàs videtis in emptione, quæ ſit ex pecunia pupilli, & aliarū perſonarū, de quibus habetis in l. ſi vt proponis. ſ. de rei ven. de quo dic vt ibi not. per Cy.

b ¶Ex pecunia. Res empta ex pecunia mea, non eſt mihi obligata. Faciūt ad hoc no. per Bar. ī l. ſi cū dotē. §. ſi. ff. ſolu. ma. tñ ſi bōa fuerint gñalr hypothecata p̄ferť illa ī iſta re. l. ſi. & in auť. ibi poſita. j. q po. ī pig. ha. habēt tñ priuilegiū, licet pſonales actiōes: vt no. glo. & Bar. ī d. l. huc addе tñ gl. in auť. quo quo iure. aſs ſed nouo iure. p illū text. de act. & oblig. tenet ꝙ ſi res empta ex pecunia mea, q̄ fuit mutuata. ad hoc quod nota. de quo per Bartol. in l. interdum. ff. qui po. in pig. hab.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Pignoratitia actio eſt perſonalis: & quid de hypothecaria.

**PIgnoris.** Opp. ꝙ non c ſit realis: ſed videtur perſonalis: quia oriť ex cōtractu: vt Inſtit. quib. mo. re contra. ob. §. ſi. quod non eſt de natura realis: vt in §. omniū. Inſti. de actio.
iſto qñ plures cõueniuntur ſimul,hoc acto ꝙ vna ſolutio ſufficiat:eſt ve-
rum quod ego dixi : nec eſt neceſſe ꝙ tũc talis exceptio opponatur: quia
tunc de diuiſione facienda,prout quilibet ſoluẽdo eſt, videtur agi tam ab
actore ꝗ̃ à reo cùm lex ſic diſponit:ſed qñ fit cõuentio in ſolidũ ſimplici
citer , imputet ſibi,qui exceptionẽ nõ opponit. In hoc exemplo eſt aduer
tendũ,ꝙ ſi actor vult aliquẽ ex duobus reis ſeparatim cõuenire:eſt locus
☞ beneficio diuiſionis,pendente proceſſu:ſi in ſolidũ cõmuniter:tũc eſt lo
cus beneficio diuiſionis : proceſſu finito tẽpore executionis: & ita loquiť
26 auť.in §.pe.¶†Quintò quæro,quid in pluribus reis credẽdi. Certè in his
nihil reperiť innouatum,nec in modo cõſtituẽdi, nec in modo exigendi.
Ita not.in auť.eo.§.fi.in vlt.gl.in eo quod dicit, l.ex duobus.ff.eo.nõ eſt
27 correcta.¶†Sed quæro,an vnus ex reis credẽdi poſsit facere procurato-
rẽ aliũ?Glo.dicit ꝙ nõ,in l.licet.§.porro.ff.de procu.Contrariũ puto,ſ.ꝙ
vnus poſsit agere procuratorio noĩe alterius:vt ff de ſol.l.ſi duo rei.& gl.
28 cõtraria alleg.nõ fundat ſe bona lege,ſi bene aduertatur. ¶†Sextò quæ-
ro,dixi beneficium diuiſionis habere locum inter correos, ſi alij ſint ſol-
uendo:cui incumbat onus probandi:an actori vnũ ſoluẽdo non eſſe, vel
reo opponenti illum eſſe ſoluẽdo. Et nõ inſiſto in allegatis.Dico enim ꝙ
quoddam eſt beneficiũ diuiſionis de iure antiquo ex epiſtola diui Adria
ni,quod cõpetit fideiuſſoribus:vt Inſtit. de fideiuſ.in §.ſi plures.de con-
ſtit.pec.l.fi.& j.tit.j.l.iij. & l.fideiuſſor. cũ ſimili.& iſtorũ exẽplo benefi-
cium diuiſionis habent tutores,& curatores,& ſimiles:vt dicit tex.in l.j.
§.nũc tractemus.In prin.ff.de tute.& ra. diſt.Et in iſto beneficio diuiſio
nis eſt aduertendũ;quia ſiquidẽ ſoluendo ſunt omnes,& hoc cõſtare põt,
cõpetit beneficiũ diuiſionis.Sed ſi cõſtat ꝙ nõ ſunt ſoluẽdo, ceſſat tale be
neficium:vt dictis legibus. Sed ſi duditetur:tunc ille, qui petit diuiſionẽ,
audiť,ſi velit alium cõuenire ſuo periculo.Et de hoc dic vt habes in d.l.ſi
dubitetur ff.de fideiuſſo.& ſic ille,qui petit diuiſionem, debet oſtendere
alium eſſe ſoluendo,vel grauať illa ſatiſdatione Eſt aliud beneficium,qđ
venit ex hac conſtitutione noua, de duobus reis:& hic videtur ꝙ in cau-
ſa dubij reus nõ poſsit cõueniri,niſi pro parte:vt in auť.eo.§.j.& gloſſ.ſu-
per verbo,interim:& ſic videtur hodie ꝙ ſit onus creditoris, ꝙ non poſ-
ſit agere contra vnũ in ſolidũ,niſi facta diſcuſsione, alius reperiatur non
ſoluendo.Ratio hæc eſt:quia videnť inuicẽ fideiubere.Quod intellige,vt
infrà dicã in quadã quæſtiõe principali: & ideo vnus nõ debet conueniri
pro parte alterius,niſi alio diſcuſſo:vt in auť.de fideiuſ.§.j.j.tit.j.auť.præ
ſente.Quod autẽ ad exẽplũ illius beneficij conceſsi fideiuſſoribus,ſit cõ-
ceſſum duobus reis, apparet ex auť.eo.in prin. Qualiter aũt dicantur in-
uicem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

29 uicem fideiubere,infra dicam.¶ †Septimò quæro,poneꝙ ad vnū ex cor-
reis peruenit tota quantitas,vtrum alius poſsit petereꝙ ille prius excu-
tiatur.R̃n.ſi quidem hoc fuerit actū ab initio cū creditore,vt ad vnū tan
tūm perueniat pecunia,& ali⁹ eſſet fideiuſſor:verūtamē obligauit ſe prin
cipaliter,vt correus:& tūc ſine dubio poſsit hoc petere per tex.in aut.de
fideiuſ.§.j.j.tit.aut.præſente.Si verò nō fuit actū cum creditore,ſed tātū
inter eos:tunc videtur prima facie quod factū eorū non præiudicet credi
tori:vt in aut.eo.§.ſi verò minus idonei:ibi:nullū ſuſtinebit dānū.Finali
ter tñ dico,ꝙ ſi alter correus oſtendit hoc,ſcilicet hāc totam pecuniam ad
aliū perueniſſe,ſeu negotia ad aliū totaliter pertinere,& petit aliū diſcuti
ipſius periculo,q̃d actor cogitur hoc facere:vt l.vnde quæritur.in princi.
ff.cōmo.vbi eſt caſus:prout eſt in litera conueniri.Pro hoc facit,ꝙ tutor,
qui gerit,prius cōuenitur quàm nō gerēs:qa ad eum negotium principa-
liter ſpectat.Sed cōtra prædicta facit:quia qñ vnus tenet alio excuſſo,nō
ſunt duo correi:vt l.decē.de verb.obli.Sed id verū eſt,ſi ipſa obligatio in
illam conditionem differtur:hic verò obligatio eſt pura,ſed executio eſt
dilata.Itē facit ff.de cura.bo.dā.l.ij.in fi.Sed dico ꝙ illa lex debet intelli-
gi ſcd̃m iſtā,niſi alius,ad quē principaliter nō ſpectet,petat per eū cōueni
30 ri ſuo periculo:argu.d.l.vnde quæritur.ff.cōmo.¶ †Octauo quæro,dixi
ꝙ ad hoc vt beneficium diuiſionis locū habeat,requiritur ꝙ oēs ſint præ
ſentes:qualiter debeat intelligi,& qualiter debet cōſtare de præſentia &
abſentia. Aduertatis:vt ego iam dixi ſuprà,iſtud beneficiū diuiſionis eſt
introductū ad exemplū illius beneficij,quod dat per aut.de fideiuſ. Sed
glo.in aut.de fideiuſ.§.j.intelligit præſentes,ſcilicet ſi ſint in eodem terri
torio,ita ꝙ facilè poſsint citari.Et aduerte ꝙ gl.intelligit de eodem terri
torio.ſ.eiuſdem ciuitatis:ſecus ſi eſſent eiuſdem prouinciæ:vt ſub eodem
præſide diuerſarum ciuitatū:vt ibi patet.Et quod tenent doc.etiam text.
ibi videtur exprimere,acerbū eſt creditori mittere alicubi &c.Sed eo ca-
ſu,quo ſunt eiuſdē territorij,puto ꝙ ad hoc ꝙ contra vnum tantum pro-
cedi poſsit,debeat præcedere ſolennis excuſsio de perſona,ſicut dictū eſt
de rebus,vt citetur:& ſi non venit,mittatur familia ad capiendū & con-
ducendū eum:& ſi retulit eū ipſum nō poſſe habere,tunc procedat cōtra
31 vnū tantū.Ita videtur colligi ex aut.eod.§.pe.¶ †Nonò quæro,vtrū vni
correo ſit dandū tempus cōtradicendi inſtantiæ,ſicut fideiuſſori.Glo.te-
32 net hic ꝙ nō:vt j.tit.j.aut.præſente.& in aut.eo.§.ſi min⁹ idonei.¶ †De-
cimò quæro,quid ſi aliquis ex correis eſt ſoluēdo,& præſens,ſed non pōt
cōueniri,R̃n.quandoq; non poteſt cōueniri ꝓpter defectū prohibitiōis
in perſona ipſius:vt quia minor non habens tutorem,vel curatorem: &
opus eſſet ire alio loco,vel debeat dari cū inquiſitione,& ſic cū magno la
bore,habebit pro abſente.arg.eius quod no.in aut.de fideiuſ.in §.j.in gl.
quæ incipit,quid ſi pignus:& quia ſicut imminet periculum extra terri-
toriū pro petendo debito,ita pro petendo tutore:vt C.qui pet.tut.l.cum
à matribus.Quādoq; nō pōt cōueniri propter defectū iuris,q̃d eſt penes
actorem:vt quia alter correus,tenetur naturaliter tantū:vel eſt reſtitut⁹,
vel impetrauit reſcriptū Principis,ꝙ non poſſet conueniri,vel ſimilia: &
ſic nō eſt ius agēdi,nec etiā ſperat:tunc ſi quidē alius correus hoc ab ini-
tio ſciuit,vel ſcire debuit,ceſſat beneficiū diuiſiōis:per l.ſi Titius.in prin.
ff.de fideiuſſo.Sic intelligatur l.ſi ex duobus.§.j.ff.eo.Si verò nec ſciuit,
nec ſcire debuit:tunc videtur Cy.tenere hic,ꝙ habeat beneficium diuiſio
nis,per d.l.ſi Titius.ij.reſponſo.Contrarium credo: quia illud beneficiū
factū eſt ad exemplū beneficij,quod datur fideiuſſoribus: qa pro parte,
pro qua videt pro alio fideiubere.Primò debet alter conueniri,vt dictum
eſt:ſed fideiuſſori illud beneficiū ordinis nō cōpeteret:ſiue ponas princi-
pale tantū teneri naturaliter:vt ff.de fideiuſ.l.Marcell⁹.vbi hoc expreſsè
per Dy.ſiue principaliter ſit reſtitut⁹ in integrū:vt l.j.& ij.C.de fideiuſſ.
mino.& ff.de ꝓcu.l.minor.ſiue quod impetrauerit reſcriptū:vt ff.quod
quiſq; iur.l.iij.§.ſi is pro quo.Non obſt.l.ſi Titius.quia aliud in benefi-
cio diuiſiōis,q̃d cōpetit fideiuſſori,vt ibi not.quia pōt habere regreſſum
cōtra principalē:& ideo eſt minus periculū.in caſu noſtro ſecus,argu.eius
quod no.in d.l.ij.ſ.de fideiuſ.mino.Sed ſi poneres in caſu l.ſi Titi⁹.prin-
cipalē ſolùm naturaliter teneri,tunc inueſtiga rationē: & prædicta ſunt
vera,niſi facto creditoris hoc acciderit:tūc em̃ ſecus eſſet: qa actor correo
præiudicare non poſſet:vt ff.de admi.tut.l.ſi pupillus.& de ſol.l.Stichū.
§.pe.Q̃nq; nō pōt conueniri de præſenti,ſed ſpes eſt ꝙ poſsit conueniri
de futuro:vt qa alter ex correis promiſit in diem,vel ſub cōditione,alter
purè:iſto caſu,etiā de iure antiquo ille,qui ꝓmittit pure,poteſt ſtatim in
ſolidum conueniri:vt Inſti.eo.§.fi.& ff.eo.l.ex duobus.la j.Quod videt
tenere gl.ff.de fideiuſ.l.ſi plures.in prin.Sed glo.in aut.iſta format quæ-
ſtionē,& nō ſoluit.Dy.in d.l.ex duobus.in prin.dicit,ꝙ hodie nō pōteſt
cōueniri in ſolidū,propter beneficiū diuiſionis.arg.l.ſi plures.in princ.ff.
de fideiuſ.quod Cy.videt ſequi:& fortè cōtrariū eſt veritas:nā,vt ego di-
xi,tunc beneficium huius aut.habet locū cùm videntur inuicem fideiu-
bere:ſed ille,qui promiſit purè,nō pōt videri fideiubere pro eo, qui pro-
33 miſit in diē,vel ſub cōditiōe:vt l.Græcè.§.illud.ff.de fideiuſ.¶ †Vnde-
cimò quæro,an huic beneficio poſsit renūciari. Gl.& doc.dicūt ꝙ ſic:qa
licitum eſt vnicuiq; renunciare iuri ſuo,per regulam gñalem,cuilibet li-
citum eſt &c.Ita no.Inſti.eo.§.fi.& in aut.eo.§.j.Et aduerte tamē: qa no
tarij dicunt in inſtrumentis,ꝙ renunciauit beneficio nouarum conſtitu-
tionū de fideiuſſoribus,& de pluribus reis debendi.Et bene dicunt.Non
em̃ eſt ſolū beneficiū diuiſionis:ſed etiam illud,ſcilicet vt fiat ſummariè
cauſæ examinatio,vt dictū eſt ſ.Illud autem,quod apponitur de fideiuſ-
ſoribus, fit ad cautelam per illam opinionem,an videantur fideiubere.
34 ¶ †Duodecimò quæro,an vnus ex correis conuent⁹ poſsit petere ab agē
te caueri correum credendi rem ratam habere?Glo.tenet quòd non.ff.ſo
lu.matri.l.ij.in fi.gloſſ.magnæ,quod tractant docto.in hoc auth.aduerte
tamen ſolicitè,ꝙ licet cautio de rato,non poſsit peti:tenetur tamen caue
re de defendēdo debitorem,ſi cōuenitur ab alio correo credendi: vt l.fi-
deicōmiſſa.§.plerūq;.in fi.ff.de leg.iij.quod eſt notādū.¶ Tertiò princi-
paliter eſt quærendū,an factum vnius correi proſit,vel noceat alteri cor
reo debēdi,vel credēdi.¶ Et hic aduertendum eſt circa multa.Primò circa
ſolutionem. Secundò de acceptilatione. Tertiò de petitione.Quartò de
ſententia.Quintò de iuramento.Sextò de pacto. Septimò de nouatione.
Octauò de ceſsione.Nonò de confeſsione.Decimò de ſucceſsione in ſoli
dum.Vndecimò de mora.Duodecimò de culpa.Tertiodecimò de reſciſ-
ſione.De quolibet iſtorum eſt videndum, tam ex parte reorum debēdi,
35 quàm credendi.In primis ergo quæro,†an ſolutio facta vni ex correis cre
dendi,tollat alteri actionem? Et dic,ſi ſolutio eſt facta vni integrè,tollit
actio alteri:vt l.ij.& iij.in fi.ff.eo.de pact.l.ſi vnus.in prin.de noua.l.ſi rē.
§.ſi duo.cū ſimilibus.& hoc ſi ſolutio eſt facta ſibi,vel eius legitimo pro-
curatori.Si verò negotiorū geſtori:dic vt l.ſi quis offerēti.in fi.ff.de ſol.
Si verò pars tantū fuerit ſoluta,tunc poſſet dubitari: nam ſicut litis con-
teſtatio præiudicat alteri correo in totum vt infrà dicam:ita etiam perce
ptio.arg.l.iij.de noua.Tamen cōtrarium eſt veritas,ꝙ ſi apparet pro par-
te vni ſoluta,alia pars poteſt alteri ſolui:vt l.qui hominem.§.primo.ff.de
ſolu.Ergo apparet ꝙ alteri non erat perempta actio.arg.ff.de verb.obli.
l.ſi duo rei.Et illud argumentum,quod partis perceptio æquiparatur litis
conteſtationi,non eſt verum in materia noſtra:vt probatur in l.cùm de-
cem.in prin.ff.de ſolu.coniuncta l.ſi quis ſtipulatus fuerit decē in melle.
36 eo.tit.¶ Sed videamus† de reis debend& hoc certum eſt ꝙ ſolutio facta
ab vno,de tota quantitate,liberat alium correum:vt d.l.ij.& iij.eo.tit.Sed
37 an ſolutione partis†facta ab alio videatur facta diuiſio,ita ꝙ qlibet à do-
mino debeat conueniri viriliter iure exceptionis pacti.Dic,aut erāt duo
rei tales,qui non habebāt beneficium diuiſionis:& tunc recipiendo ſolu
tionem partis ab vno videtur diuidere: ita ꝙ per alios iure exceptionis
☞ pacti debet viriliter cōueniri:vt l.ſi creditores.ſ.de pact.Fallit fauore le
gati:vt de leg.j.l.ſi ex toto.§.j.in fi.§.Aut ſunt tales perſonę,quæ habent
beneficium diuiſionis: & tunc aut vnus exprimit ꝙ ſoluit pro parte ſua
ſpecialiter:& tunc ipſe ſolus liberatur, pro eo quod ſoluit, ipſo iure:pro
reſiduo,ope exceptionis: vt ff.de ſol.l.in his.§.j. & l.quoties vnus & ibi
de hoc per Ia.de Are.in ſol.l.ex iudicatum.ſ.iudi.ſol.ſed cæteri remanēt
in ſolidum obligati. Aut ſoluit ſimpliciter,nō exprimendo pro parte ſua:
& tunc recipiendo partis ſolutionem de rigore iuris nō videor diuidere:
& ſic in reſiduum poſſum quemlibet in ſolidū conuenire:ſed de æquita-
te iuris,ille ſol⁹ poteſt opponere exceptionem beneficij diuiſionis:& ſic
illa ſolutio primò facta ſibi proficiat: vt l.inter eos.§.j.ff.de fideiuſſor.
Licet enim ibi loquatur in fideiuſſore:tamen idem ius,& eadem ratio eſt
hodie in duobus reis habentibus beneficiū diuiſionis. Ratio eſt:nam vbi
non habent beneficium diuiſionis,creditor non tenebitur recipere par-
tem:vt l.planè.ff.famil.erciſcū. & l.tutor.§.Lucius.ff.de vſuris.Vnde ſi
recipit partem,videtur creditor ex liberalitate facere. ſic inducitur pacti
exceptio:ſed in eo,qui recipit ab vno eorum,qui habent beneficium di-
uiſionis,hoc dici non poteſt:quia facit ex neceſsitate: cùm in neceſsitate
nemo liberalis exiſtat,&c.vt in l.fideicommiſ.§.ſi rem.ff.de leg.iij.& de
adimē.lega.l.rem legatam.Et hoc tenebat Oldr.Quòd autē ex neceſsita-
te tenebatur recipere,habes text.& gl.in l.in his.§.j.ff.de ſolu.& l.ex iu-
dicatum.ff.iud.ſolu. Sed poſſes dicere, quis eſt effectus huius cùm etiam
primo caſu de æquitate ſibi proficiat? Reſpon.quando ipſo iure per par-
tem receptam fit diuiſio:tunc ſi alij efficiuntur poſtea non ſoluendo,non
præiudicat primo ſoluenti:vt l.inter eos.§.cùm inter.de fideiuſ.Sed quā-
do per receptionem partis non fit diuiſio ipſo iure:tunc illa æquitas ita de
mū habet locū,ſi illo tēpore,quo cōueniūtur cæteri,ſint ſoluendo: vt d.l.
inter.§.j.ff.de fideiuſ.p̃iudicat ergo ſoluēti,ſi poſt ſolutionē alij efficiant
38 non ſoluēdo.¶ Iuxta prædicta quæro, †verum eſt ꝙ vnus creditor reci-
piendo partem ab vno ex correis debendi,præiudicat ſibiipſi:ſed an alte-
ri correo credendi præiudicet.Dico quòd ex tali partis receptione induci
tur pacti exceptio: nam ſicut idem eſt in eodem caſu,quo pactum vnius
præiudicat alteri correo credendi:ita eo caſu præiudicat talis partis rece-
39 ptio¶ †Secundò quæro,vtrum acceptilatio facta ab vno correorū credē-
di alteri præiudicet:& facta vni ex reis debēdi alteri proſit.Gl.videtur di
ſtinguere an ſint ſocij.vel nō,per l.& per iuſiurādum.§.fi.de accep.& de
noua.l.ſi rem.§.ſi duo.in gl.ſuper verbo,ferè.& ff.eo.l.ij.Alia glo.vide-
tur indiſtinctè dicere,ꝙ vnius acceptilatio alteri noceat: vt ff.de pact.l.
ſi vnus.circa fi.j.glo.magnæ.& de ſol.l.qui hominem.ij.fi.& ibi gloſſ.&
hæc eſt ipſa veritas.Nam ꝙ acceptilatio facta vni correorū debendi,pro-
ſit alteri,etiā ſi nō ſit ſoci⁹,hoc exprimit de libe.leg.l.iiij.§.nūc de effectu.
Facit de accep.l.ſi ex plurib⁹.& ibi etiā videtur expreſſum.Itē dico ꝙ li-
beratio facta ab vno correorū credēdi,noceat alteri,etiā nō ſocio,eādē ra-
tione,q̃ eſt in reis debēdi:cū in hoc æqparētur.vt l.ij.ff.eo.qa l.& p iuſiu
randū.§.fi.de accep.generaliter loquit & qa l.ſi rē.§.ſi duo.de noua.æq-
parat poteſtatem vni⁹ rei credēdi,circa litis cōteſtationē,& acceptilatio-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nem:ſed per litis cõteſtationem vnius ꝑiudicaꝛ alteri,etiã nõ ſocio:vt ex
preſsè habes l.fideicõmiſſa.§.plerũq;.ff.de leg.iij.Et ideo dico ego,ꝙ quã
tum ad hoc idẽ eſt acceptilatio, & ſolutio,per d.l.ſi ex pluribus.de accep.
Et prædicta ſunt vera,qñ nouatio interponitur ſup obligatiõe iuris ciui-
lis.Si verò iuris gentium,dicam in vij.q.Si verò acceptilatio facta eſt vni
pro parte ſua tantũ:certè alij pro illa parte nõ prodeſt,neq; nocet,vt ſ.di
ctum eſt de ſolutiõe.& videt caſus in l.ſi ex duobus.iud.ſol.¶ Item quæ
40 ro,† ſi acceptilatio eſt facta vni in ſolidũ,hoc acto,ꝙ tantũ ſibi & non alij
proſit:an hoc pactũ an aliũ impediat porrigi effectũ ſuũ? Gl.tenet ꝙ ſic,
in l.& per iuſiurandũ.§.ſi legatorũ.ff.de accep.Ad quod facit ff.de liber.
lega.l.ſi quis reum.Præterea,idem videmus in ſolutione:nam ſi vnus hoc
acto ſoluit,ꝙ pro parte ſua tantũ ſoluit:alter nõ liberatur:vt l.Modeſti-
nus.ff.de ſol.& hoc tenet Dy.¶ Circa hoc tamen eſſet pleniꝰ,clariꝰ,& vti
41 lius videdũ:qa paſſus ſubtilis eſt,ſi bene inſpiciatur. ¶ † Tertiò q̃ro, de
petitione:vt ſi quid petatur ab vno reorũ credendi,vtrum hoc alijs pro-
ſit.Et ſi quidẽ fuit.petitio ſimpliciter facta,ita ꝙ ad litis conteſtationem
non eſt peruẽtum:facta ab vno poſſet alijs prodeſſe quo ad interruptionẽ
præſcriptionis:vt j.eod.l.fin.Si verò eſt proceſſum ad litis conteſtationẽ:
& tunc ſi quidem eſt facta conteſtatio ſuper toto debito:lex videtur vel
le ꝙ ille,qui conteſtatur litem,totum debitum ſibi præoccuper, ita ꝙ alij
ſolui non poteſt:vt l.ex duobus.l.a ij.ff.eo.Sed ad intellectum illius legis
ibi in gl.dubitatur,nec per doct.declaratur,nam ſcd̃m Azo. ibi loquitur
quando non erant ſocij:ſecus ſi eſſent ſocij. quæ opinio eſt mirabilis,re-
ſpectu aliarũ gl.ꝙ plus præiudicet illi,qui nõ eſt ſocius,q̃ illi,qui eſt ſo-
cius.quod videtur cõtra omnes alias glo.allegatas,& ſ.tetigi,& j.dicam.
Alij dicunt,ꝙ ibi vnus ſolus egit,& ſuccumbit:& licet iſtud ſit verũ in ſe,
tñ quantum ad illam legem diuinare eſt.Dico ergo ſimpliciter reſpondẽ
dũ ꝙ ꝑ ſolã conteſtationẽ factã ab vno correorũ credendi,ille ſibi totum
debitũ præoccupauit,ſiue ſint ſocij,ſiue nõ : vt ff.de leg.iij.l.fideicõmiſſa.
in §.plerũq;.in fin.vbi expreſſum eſt.Si verò alter ex reis credendi,partẽ
tantum petierit,litẽ conteſtando,pro ſua parte tantũ ſibi præoccupat:vt
ff.e.l.ij.in fi.& quod ſuprà dictum eſt in acceptilationibus,& ſolutioni-
bus.Ex parte verò reorum debẽdi, ſi ab vno petatur, vtrũ proſit credito
ri quo ad conſtituendum alios in mora,infrà dicã. Sed an alijs reis deben
di ꝓſit,vt de toto debito petitione facta ab vno alter reus debendi ſit li-
beratus:tex.in l.ij.ff.eod.videtur dicere ꝙ ſic, & ff.de euic.l.ſi per impru-
dentiã.in §.fi.ſed tex.j.tit.j.l.fi.dicit cõtrarium.Gl.dat plures ſolutiões.
Vna eſt,aut quis petit in iudicio,aut extra.Iſta ſol.not.in l.ij.ff.eod.quæ
ſolutio eſt contra l.fi.j.tit.j.Alij dicunt in l.ij.ff.eo.petijt animo nouandi.
quod nõ placet:quia cũ petitur ab vno ex correis debendi,agitur contra
eũ ex ſua propria obligatione: ſed nouatio, quæ fit lite cõteſtata,fit cùm
vnus litẽ conteſtatur contra aliũ,ex obligatione,quã alterius nomine ſu-
ſcepit:vt ff.de noua.l.delegare.Alia ſolutio eſt,& illa cõtinet veritatem:
quod petitione facta ab vno & exactiõe alter liberatur: vt d.l.ij. ſecus in
petitione tantùm facta:vt j.tit.j.l.fi.Facit ff.de his qui deie.vel effu.l.per
ceptione.& depoſi.l.j.§.ſi apud duos.Si verò apud vnum ex reis debendi
pars tantũ petitur,an per partis petitionẽ videaꝛ eſſe facta diuiſio? Gloſ.
in l.creditores.ſ.de pact.videtur dicere ꝙ ſic:vt d.l.ſi per imprudentiam.
§.fi.Veritas eſt,ꝙ aut vnũ conuenio pro parte,& non videor diuidere.vt
l.ſi ex toto.§.j.de leg.j.& j.tit.j.l.reos.Aut omnes pro parte conuenio:&
videor diuidere:vt j.titu.j.l.liberũ.Intelligo autem de petitione, quæ fit
lite cõteſtata:vt patet in d.l.liberũ. Sed quid ſi vnus reorũ credendi egit,
& reus fuit cõtumax, propter quod miſſus eſt in poſſeſsionem ex primo
decreto:an videatur ex hoc ſibi debitũ præoccupaſſe,cùm hic non inter-
42 uenit litis cõteſtatio. Cogitetis. Itẽ quid† ſi poſt litis conteſtationem ab
vno inſtãtia cauſæ petijt triẽnio:an remanebit actio cõmunis vtriq; reo-
rum credendi? quod videtur: quia perẽpta inſtantia perit litis cõteſtatio,
& eius omnis effectus:vt l.cùm lite mota.ff.iudi.ſol.Facit optimè gl.in l.
ij.de fruc.& lit.expen.in glo.Contrariũ credo:nã notum eſt ꝙ inſtantia
perempta perimitur litis cõteſtatio : & oĩs eius effectus nõ perfectus,ſed
perficiendus in futurũ,ſ.ſecuta ſentẽtia effectus autẽ iam cõſummatus &
perfectus,vt interruptio præſcriptionis vel vitiũ rei litigioſæ.iſta durant:
vt determinaꝛ ſ.de iud.in l.properandũ.in §.& ſiquidem.in gl.quæ inci
pit,i.vt nõ teneatur. Nec obſt.glo.ſ.de fruc. & lit.expẽ. quia illa nõ dicit
verũ:ſe hic effectus acquiſitus per litis conteſtationẽ eſt iã perfectus:er-
go &c.Sed an per litis conteſtationẽ factã corã arbitro, vnus ex reis de-
bendi in ſolidũ ſibi totum debitum præoccupet?Dic ꝙ nõ:vt l.ſi duo.ff.
de arbi.Nam ibi ſententia lata cõtra vnũ,non impedit aliũ agere, qui ſo-
cius nõ eſt:ſed litem ſibi præoccupando alter omnino repelleret.Et hoc
procedit de iure antiquo:hodie ſecus in arbitro ſine pœna electo: vt l.cũ
43 antea.§.pen.ſ.de arbi. ¶ Quartò quæro, † quid de ſententia:& an primò
ſententia lata ꝓ vno ex reis debendi alijs proficiat?Tu dic,aut ſententia
lata eſt ſuper facto,quaſi nõ ſit debitũ,vel quaſi nõ fuerit cõtractũ,aut ſu-
per iure:vt in pſona vnius,qui nõ potuit obligari:aut dubitatur. Primo
caſu,indiſtinctè ſentẽtia lata ꝓ vno,alteri prodeſt,ſiue ſint ſocij,ſiue nõ.
Et hoc arg.legũ dicentiũ,ꝙ ſnĩa lata pro fideiuſſore prodeſt reo principa
li licet fideiuſſor nõ interſit:vt l.duobus.§.à fideiuſſore.ff.de iureiurã.&
de fideiuſ.l.amiſsi.§.fi.Secundo caſu:aut quaſi perſona ipſo iure nõ tenea
tur,& nõ prodeſt alteri: quia nõ ſunt duo rei:arg.l.ſi ex duobus.in princ.
ff.e.Aut quaſi teneatur:tamẽ eſt tutus aliqua exceptione:vel teneaꝛ fal-
tem naturaliter,vel nõ probauit creditor:& tunc aut ſunt ſocij:& abſolu-
toria lata pro vno,prodeſt alij.Aut non ſunt ſocij:& tũc non prodeſt:vt
ff.rem ra.habe.l.j.Facit ff.de arbi.l.ſi duo.Et ſic debet intelligi qđ no.Ia.
de Are.in l.ij.ff.eo.vbi iſta tetigit.Aut dubitatur:& tunc in dubio vide-
tur lata abſolutoria:quia actor non probauit: & rectè inſpiciendo colli-
gitur exemplum in l.Iulianus.in prin.ff.de cõdi.indeb.& l.ꝓcurator ad
exhi.ff.rem ra.hab.de excep.rei iud.l.& an eandẽ.in §.j.aliàs.l.ſeq.licet
44 aliud in iureiurãdo:vt dicã j.in proxi.q.¶ † Scđò eſt videndũ,vtrũ ſentẽ
tia condẽnatoria lata cõtra vnũ ex correis debendi,alteri præiudicet?Et
dico indiſtinctè ꝙ nõ:vt colligiꝛ in l.fi.j.ti.j.vbi ſententia lata cõtra vnũ,
non mãdatur executioni cõtra aliũ,ſed contra eũ remanet integra actio:
& ſic opus eſt nouo proceſſu: & ſic abſolutoria aliqñ prodeſt:cõdemna-
toria nunq̃ nocet. Similiter habes ſ.ſi ſer. ven.l.loci corpus.§.ſi fundus.
45 & l.ſi de cõi.e.tit.¶ † Tertiò eſt vidẽdum de reis credendi:& hic indiſtin-
ctè dico,ꝙ lata ſententia ꝓ vno,ſiue cõtra vnũ, indiſtinctè nocet alijs:cũ
per litis conteſtationẽ præoccupauerit debitũ ille agens, ſiue ſit ſocius,ſi-
ue nõ:vt l.fideicõmiſſa.§.plerũq;.ff.de leg.iij.l.ex duobus.ff.e.ergo &c.
Dices tu,iſtud eſt cõtra caſum l.ſi duo.ff.de arbi.vbi ſententia lata contra
vnũ de reis credendi, nocet alij ita demũ, ſi ſocius eſt: ſed ibi dico in ſnĩa
arbitri illud eſt,ex qua nulla oriꝛ actio:vt C.de arbi.l.j.& litis conteſta-
tio facta coram arbitro,non habet illũ effectũ, de quo dixi ſ.proxi.q.ſed
46 ſolum eius,ſ.quod oritur ex cõpromiſſo:de quo,dicam j.in vj.q.¶ † Quin
tò ex ordine quæro,de iureiurando.& hic videtur quodã modo idem di
cendũ,quod in ſentẽtia:nã primò videndũ eſt de iuramento delato vni ex
correis debendi,qui iurauit ſe nõ teneri,an alteri proſit?Et dic aut fuit iu-
ratũ ſuper facto,quaſi non ſit debitũ: & indiſtinctè alteri ꝓdeſt,ſiue ſint
ſocij,ſiue nõ:arg.d.l.duobꝰ.& ibi no.ĩ §.à fideiuſſore.aliàs.j.ff.de iureiu.
Aut ſup iure quaſi pſona iurãtis nõ teneatur:& tũc iuramentũ alteri pro-
deſt,ſi ſint ſocij:aliàs ſecus:vt d.l.duobꝰ.§.ex duobus.Aut dubitaꝛ.vtrũ
ſit delatũ ſuper iure,vel ſuper facto:& tũc in dubio videꝛ delatũ merè ſu
per facto,& non ſup iure:vt l.fi.de iureiur. & hoc tenet gl.in l.duobꝰ. §.
j.de iureiuran.& ff.qua.re.act.nõ da.l.j.§.ſi fideiuſſor.Et ſi dicas,quare ſe
cus in ſententia,vbi nõ videtur iudicatũ ſuper facto:vt ſ.proxi.q.dictum
eſt?Rñd.quia iuramentũ habet vim ſolutiõis:qđ ſecus eſt in ſnĩa.Et hoc
47 videꝛ de intentione.gl.ſ.alle. ¶ † Secũdò eſt videndũ, quid ſi vnꝰ ex cor-
reis debendi actori detulit iuſiurandũ,an correo noceat? Dico ꝙ non,vt
dixi ſ.in ſnĩa:vt l.iij.§.pe.ff.de iureiur.l.nã poſtea. cũ l.ſeq.e.tit. Illud eſt
verũ,quãtũ ad actionẽ,q̃ oriꝛ ex iureiurando : ſed quãtũ ad præſcriptio-
nẽ interrũpendã,alteri correo nocebit:vt j.e.l.fi.cõiuncta l.nã poſtea §.ſi
48 is q tẽporali.ff.de iureiu.¶ † Tertiò eſt videndũ de iureiurãdo delato ab
vno ex correis credẽdi,vtrũ alteri noceat? Et dico ꝙ nocet alteri indiſtin
ctè,ſiue ſint ſocij,ſiue nõ:nã cũ iuramentũ habeat vim ſolutiõis,aliàs litis
cõteſtatiõis,vt d.§.ſi is q tẽporali.& per litis cõteſtationẽ alteri præiudi-
caꝛ:vt dictũ eſt in l.fideicõmiſſa.§.plerũq;.de leg.iij.ergo &c.ſic loquiꝛ l.
duobꝰ.in prin.ff.de iureiu.& gl.hoc ſentit in l.ſi vnus in prin.ff.de pact.&
ſic gl.in d.l.duobꝰ.quę diſtinguit,ſiue ſint ſocij,ſiue non : loquitur malè.
49 ¶ † Sextò principaliter quæro de pacto,an pactũ factũ vni ex correis de
bẽdi, ꝓſit alijs correis. Et cõis doc.opi.eſt,ꝙ pactũ vniꝰ ꝓſit alteri,ſi ſo-
cij ſunt:aliàs ſecꝰ.Ita no.in d.l.idẽ in duobꝰ.ff.de pac.vbi tex.cõtrariꝰ vi-
deꝛ in l.eandẽ.in §.j.ff.e.& ff.de arbi.l.ſi duo.de lib.leg.l.iiij.§.nũc de effe
ctu.Sed certè tex.in d.l.eãdẽ.§.j.videꝛ reqrere duo,ſ.ꝙ ſint ſocij,& cõis cul
pa interueniat. Idẽ glo.in d.§.nũc de effectu.videꝛ ſentire idem,qñ non
ſunt ſocij.Vñ pro declarãdo iſto paſſu,primò oportet videre quaꝛ intel
liganꝛ iura,quæ dicũt, ſi ſunt ſocij, vel nõ:de qua ſocietate hic intelligaꝛ.
De ſunt multæ gl. Vna eſt ff.ad Velle.l.vir vxori. §.fi.in gl.mag.q̃ dicit
ꝙ licet cõiter cõtrahãt.& in cões vſus accipiãt:nõ tñ dicũꝛ ſocij. Alia glo.
ibi ſequens dicit,ꝙ ita demũ ſunt ſocij,ſi hoc actũ eſt aꝉs ſecꝰ. Alia gl. eſt
in l.ſi duo.ff.ſi qs caut.q̃ dicit,ſiue ſint ſocij oĩm bonorũ,ſiue eiuſdẽ obli-
gatiõis.Certè inquãtũ dictę gl.dicũt de ſocijs oĩm bonorũ,bñ loquũtur:
ſed inquantũ dicũt de ſocietate eiuſdẽ litis,vel eiuſdẽ obligatiõis,etiã bñ
dicũt:ſed debes intelligere hoc acto ꝙ oẽ cõmodũ,& incõmodũ proue-
niẽs ex illa lite,vel obligatiõe ſit cõe:& tũc ſunt ſocij:vt ff.pro ſoc.l.ſi vnꝰ
ex ſocijs.in prin.Ita tenet Iac. de Are.in l.eandẽ.§.j.ff.eo.& l.ſi duo rei.
Hoc pæmiſſo dico,ꝙ pactũ factũ vni ex reis prodeſt alteri,ſi & inquantũ
cõtinet intereſſe eiꝰ,cui pactũ factũ eſt ſcđm regulã poſitã ff.de pact.l.&
hæredi.§.fi.& hoc ſiue ſint ſocij,ſiue nõ.¶ Declaro primò in nõ ſocijs:fa-
ctũ eſt vni pactũ de nõ petẽdo,ſi alter cõuentus eſt,& exactus ab eo:ipſe
habet regreſſum contra eũ,cui pactũ eſt factũ in totũ:qa fortè tota pecu-
nia ad eũ puenit,vt in partẽ:ſi pars tm̃ pecuniæ peruenit ad eũ eatenꝰ,ſibi
pactũ ꝓderit:qa eatenus intereſt eiꝰ,cui pactũ eſt.Et hoc tenet gl. in d.l.
iiij.§.nũc de effectu.de lib.leg.Sed ſi ſint ſocij:tũc idẽ,ſi alter cõuẽtꝰ non
aſſet habiturꝰ regreſſum cõtra illũ cui pactũ factũ eſt:vt puta,ſi ex ꝓpria
culpa cõueniꝛ:tũc pactũ factũ vni,nõ ꝓdeſt alteri : ſecꝰ ſi eſſet habiturus
regreſſum p actionẽ pro ſocio: vt puta,quia ex cõi culpa cõueniꝛ. Et hoc
eſt qđ diciꝛ in d.l.eandẽ.§.j.ff.eod.ſi ſocij ſunt : & cõis culpa interceſſerit.
☞ quaſi dicat,ſecꝰ ſi ex propria culpa cõueniaꝛ. Ad vnũ tñ aduerte, ꝙ eo ca-
ſu,quo ſocius cõtra ſociũ eſt habiturus regreſſum: tũc pactũ factum vni,
prodeſt in ſolidũ alteri in ſolutiõe:& hoc differt à nõ ſocijs. Ad cuiꝰ intel
lectũ pone exẽplũ: Sunt duo ſocij in viginti:facio vni pactũ:certè nõ po-
tero aliũ cõuenire in decẽ: qa ſi ille ipſa decẽ ſolueret,q̃nq; repeteret à ſo-
cio,cui

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cio, cui factũ eſt pactũ. Eodẽ modo ſi vnum tantũ denariũ repeterẽ, illius
partẽ repeteret ab eo, cui eſt factũ pactũ: & ideo qa non poteſt aliter con
ueniri, quin inquietetur ille, cui factũ eſt pactũ, ideo pactũ ſibi prodeſt in
ſolidũ: & hoc vult dicere, ſi bene aduertat̃. ff. de arbi. l. ſi duo. in prin. ꝑut
legit̃ in duobus reis debẽdi. facit. ff. ſi quis caut. l. ſi duo. in princ. & qđ ibi
not. ¶ Sed cõtra prædicta opp. de l. ſi ex duobus. in prin. ff. de nego. geſt.
quæ cõtradicit in duobꝰ. Primò quod denũciatio vnius ex ſocijs nõ pro-
deſt alteri: hic ſecus in pacto. Sed certè licet ibi ſint ſocij: tamẽ non erant
correi: qa quilibet pro parte ſua tenebat̃: ideo vnius denũciatio impedit
pro parte tantũ actionẽ correi: ſed hic loquit̃, cũ eſſent inſolidũ obligati,
vt rei, & ſocij: tũc pactũ factũ vni ſimpliciter ſolidã obligationẽ reſpicit,
cum inſolidũ teneat̃: ideo alij prodeſt, cũ paciſcentis intereſt, vt dictũ eſt.
Sed ſi poneres pactũ eſſe factum vni. pro parte ſua tm̃: tunc fateor ꝙ alijs
nõ proficeret: quia eſſet eadẽ ratio quæ eſt in d. l. ſi ex duobus. ¶ Secundò
opp. etiã ad illud quod dixi ꝙ ſi aliquis pro parte dimidia cõuenit̃, habet
recurſum cõtra aliũ, cui pactũ factũ eſt ſic: quia hoc videt̃ contra d. l. ſi ex
duobꝰ. & quod ibi not. in vlt. gl. Sed certè gl. in illa. l. dicit ꝙ illa lex non
põt habere locũ in ſocijs oĩm bonorũ: & ideo inquantũ hic loquit̃ in ſo-
cijs oĩm bonorũ, illa lex nõ obſt. ſed inquantũ loquit̃ in ſocijs eiuſdẽ obli
gationis, illa lex cõtradicit. Sed fortè illa gl. nõ bene loquit̃: qa ille tex. di
cit, ꝙ ille, qui prohibuit, nõ debuit dãnũ pati ex perſona alterius: nõ autẽ
dicit, ꝙ ex perſona alterius lucret̃. Sed ſi alius cõicaret ſibi lucrum veniẽs
ex geſtione, & illud quod ſoluit geſtori nõ recuperet, iã lucraret̃. Sed po-
ſito ꝙ illa gl. verũ dicat. Rñdeo, ꝙ legis ꝓhibitio habet vim ſolutiõis ꝓ
parte prohibentis tantũ: hic verò pactum vim ſolutionis non habet, vt
no. in l. ſi vnus. in §. ſed ſi generali. ff. de pac. Ratio: qa cũ nil pro ſua parte
videatur ſoluiſſe ille, cui factũ eſt pactũ, alter cõuẽtus ab altero repeteret.
¶ Habemꝰ ergo ex prędictis, ꝙ qñq; ſunt ſocij, & nõ correi: & ita loqui-
tur l. ſi ex duobꝰ. Qñq; ſunt correi, & nõ ſocij: & ita loquit̃ gl. l. iij. §. nũc
de effectu. ff. de lib. lega. vt ſ. dixi. Qñq; ſunt duo ſocij, & correi: & tũc an
pactum factũ eſt vni pro parte ſua tm̃: & alius põt pro parte ſua conueni
ri: ar. d. l. ſi ex duobus. aut fit ſimpliciter: & tunc dic vt ſ. dixi. Sed quæro,
50 quę † eſt ratio diuerſitatis inter pactũ, & acceptilationẽ. Rñſio patet: qa ac
ceptilatio habet vim ſolutiõis. Itẽ quæ eſt ratio, quare diſtinguit̃ aliter in
ſñia, & iuramẽto, & aliter in pacto. Dico ꝙ ratio eſt: qa ſñia & iuramẽtũ
declarãt debitũ nõ ſubeſſe: ſecus in pacto. Itẽ iuramentũ habet vim ſolu
51 tionis, vt dixi. Vidimus an pactũ factum reo debẽdi, proſit alteri. ¶ † Sed
quæro, an factũ ab vno noceat alteri. Dico ꝙ quantũ ad interrũpendam
præſcriptionẽ alteri nocet: vt j. e. l. fi. quo ad alia nõ reperio ꝙ debeat no-
52 cere. ergo &c, vt l. ſi vnus. §. ante oĩa. ff. de pact. ¶ Supereſt, † vt videamꝰ
de reis credẽdi, an pactũ vnius proſit, vel noceat alteri? Et hic eſt aduertẽ-
dum: qa quædã ſunt pacta, quæ totaliter obligationẽ perimũt priſtinã, vt
acceptilatio: & de hoc dictũ eſt. Quædã ſunt pacta, quæ totaliter priſti-
nã obligationẽ nõ tollũt, vt pactũ de nõ petẽdo. Itẽ pactũ de cõſtituta pe
cunia. l. itẽ illa. in §. fi. de cõſti. pec. Quædã ſunt pacta, quæ licet obliga-
tionẽ totaliter perimãt: tamẽ reliquiæ remanẽt: vt nouacio. nã noua obli
gatio loco primę cõſtituit̃: & iſta duo genera pactorũ quantũ ad propo-
ſitũ vident̃ eſſe eiuſdẽ naturæ: & videt̃ ꝙ vnius pactũ alteri nõ noceat: vt
ff. de pac. & l. ſi vnus. in prin. In cõtrariũ videt̃ ꝙ noceat, vt ff. de cõſti. pe-
cu. l. idẽ eſt. & de noua. l. ſi rẽ. §. ſi duo. Glo. in d. l. ſi vnus. ponit aliquas ſo
lutiones, quæ cõtinent merã diuinationẽ: ſed in d. §. ſi duo. ponit alias ſo-
lutiões, inter quas ponit hanc. Aut ſunt ſocij: & pactũ vnius, & nouatio
nocet alteri. Ita loquit̃ §. ſi duo. Aut nõ ſunt ſocij: & tunc nõ nocet. Ita lo
quit̃ l. ſi vnꝰ. & hoc tenet Dy. Certè iſta ſolutio eſt directè cõtra caſum l. ſi
vnus. in prin. vbi expreſſè loquit̃ in ſocijs. Sed gl. nitit̃ rñdere: ſed nõ põt
euadere, ſine magna violentia. Vnde Gul. de Cu. dicit totũ cõtrariũ. Aut
ſunt ſocij: & pactũ, & nouatio vnius, alteri nõ nocet. Idẽ in nouatione: vt
d. l. ſi vnus. Aut non ſunt ſocij: & pactũ & nouatio vnius, alteri nocet: vt
d. §. ſi duo. Ratio huiꝰ eſt, qñ ſunt ſocij, debitũ eſt cõmune. vnde vnus nõ
põt paciſci in præiudiciũ alterius. Sed qñ nõ ſunt ſocij, debitum eſt cuiuſ-
que ꝓprium. & vnuſquiſq; põt facere quicquid ipſe vult, neq; in aliquo
alteri tenet̃. Pro hoc eſt tex. ff. ad l. Fal. l. in lege Falcidia hoc eſſe ſeruãdũ.
tenet et̃ hoc Iac. de Bel. in aut̃. de duo. re. in corpore. Et iſtã opi. puto ve-
ram. Do. gl. quæ hoc diſtinguit, & allegat, & dicit hanc fuiſſe op. Azo. ff.
eod. l. ex duobus. licet ipſe aliter dicat. Dico ergo aliter ſic, & latius. Aut
ſunt duo rei credẽdi, ex cauſa oneroſa, qa vẽdiderunt, vl̃ mutuauerũt, vl̃
alio ſimili mõ: aut ſunt correi ex cauſa merè lucratiua: vt puta, ex cauſa
legati, vel donationis. ¶ Primo caſu, pactum vnius non nocet alteri: quia
debitum non eſt vniuſcuiuſque ꝓprium, ſed magis cõmune, ſi pecunia ab
vtroq; cõiter proceſſerit. Caſus eſt in d. l. ſi vnus. in prin. ff. de pac. prout
glo. ibi intelligit in ſocietate nõ cõuentionali: vt no. in d. §. ſi duo. Fateor
tamen ſi pecunia ab vno tantùm profecta eſſet, quòd pactum vnius alte
ri noceret: qa verè debitũ eſt vniuſcuiuſq; propriũ: vt ff. ad Mace. l. ſed Iu
lianꝰ. §. nõ ſolũ. & §. ſeq. ¶ Secũdo caſu dic. Aut ſunt ſocij, aut nõ, vt ſ. di-
xi: & ſcđm iſtã diſtinctionẽ debet intelligi. ff. ad Velleia. l. quamuis. in §.
quãquã. & quod ibi not. in gloſſ. Sed hoc videt̃ cõtra l. ſi duo. de arbit. ſed
ſtatim apparebit ſolutio. Eſt & aliud genus pactorũ, per qđ prima obli-
gatio nullo modo perimitur, ſed perſonæ paciſcẽtiũ obligant̃ ad pœnã ſi
qs peteret: nã ſi arbiter vetuit nõ petere, ius primũ ĩcõcuſſum remanet ſi-
ne alicuiꝰ exceptiõis obſtaculo: vt l. j. ſ. de arbit. ſed petens incidit in pœ-
nam, iſto caſu, ſi vnus ex reis credẽdi promiſit, & vetitũ eſt petere: altero
petẽte incidit in pœnã ſi ſocij ſunt: vt d. l. ſi duo. alias ſecus. ¶ Dicetis vos
quæ eſt ratio, ꝙ hic factũ vnius, q eſt ſocius, magis præiudicet, ꝙ̃ ſi nõ eſt,
ſociꝰ: cũ ſupra proximè dixerim cõtrariũ in pacto? Reſpõd. ille, q cõpro
miſit, nõ fuerat in culpa: geſsit enim negotia cõmunia ea diligẽtia, qua ge
rebat ſua: vt l. ſocius. ff. pro ſocio. Vnde ſi alter ſocius peteret quicqđ exi
geret deberet paciſcenti cõmunicare: & ſic ſi petit nomine eius, videtur
petere ad eius vtilitatẽ: meritò in pœnã incidit. Et hoc dicit text. in d. l. ſi
duo. ſed in pacto poteſt culpa paciſcẽtis imputari, cũ debitorẽ liberauit:
ideo alius ſocius poteſt pro parte ſua agere: nec repellitur pacti exceptio-
ne: quia illud, quod exigit, nõ deberet cõmunicare paciſcẽti ſocio, ꝓpter
eius culpã. & ſic nõ videtur agi nomine paciſcẽtis. Sed ſi deberet cõmuni
care paciſcenti: dico ꝙ obſtat pacti exceptio, p d. l. ſi duo. ſi quis cau. & l. ſi
duo. in prin. ff. eo. & ibi eſt caſus: & iſta ſunt ſubtilia, & de mẽte iuris ꝓ-
53 cedũt. ¶ † Septimò q̃ro de nouatione: & primò de reis debẽdi: & tũc dic,
Aut vnus paciſcitur animo nouãdi, & liberãdi aliũ: tũc nõ eſt dubiũ ꝙ al-
teri prodeſt: qa hoc poſſet qlibet extraneus: vt l. ſi Stichũ. §. fi. ff. de no. &
de ſol. l. ſi debitor tuus. Aut vnus paciſcit̃ animo nouãdi obligationẽ, qua
ipſe tãtũ tenetur, hoc expreſſo, ꝙ ad aliũ nõ porrigatur: & tũc aliꝰ nõ libe
ratur: qa idẽ cõtingit in ſolutione: vt ff. mãd. l. Papinianus. & ff. de ſol. l.
Modeſtinus. & ibi no. p. Dy. Itẽ in acceptilatiõe idẽ cõtingit, vt dictũ eſt.
Aut ſimpliciter aĩo nouãdi paciſcitur: & tũc dico ꝙ vterq; liberat̃: vt ff.
ad Velleia. l. ſi pro vno. & no. e. tit. l. quãuis. in ij. quãquã. in pluribus reis
credẽdi, an ſi vnus ſtipulatur animo nouandi: & tũc alteri noceat, ſ. dictũ
54 eſt. ¶ † Sed vnũ circa hoc poteſt dubitari, quare acceptilatio vniꝰ prodeſt
indiſtinctè, & nõ alteri, ſed in nouatiõe diſtinguitur, cum nouatio habeat
vim ſolutiõis: vt d. l. ſi rem. de nouatio. Cogita p te. Sed pone, ꝙ duo erãt
rei credendi ex cõtractu iuriſgẽtiũ, vnus liberauit reũ p ſtipulationem, &
ſubſequentem acceptilationem: an alteri reo p̃iudicet? Et dico ꝙ ſtipula-
tio noua nõ p̃iudicat, ſecundum ea, q̃ dicta ſunt. Itẽ acceptilatio in eo ꝙ p
nouationem nõ perimit̃, valet iure pacti, nõ iure acceptilationis: vt ff. de
accepti. l. ſi acceptolatũ. Sed pactũ nõ præiudicat ſimpliciter, vt dictũ eſt,
&c. Eſt ergo in q̃ſtione, an hoc pactũ, quod ex acceptilatione reſultat, ha
beat eandẽ vim, quã habet acceptilatio in pręiudiciũ rei? Et videtur ꝙ ſic,
in l. & p iuſiurãdũ. in §. & ſi fideiuſſori. ff. de acceptilatio. Cõtrariũ dico p
d. l. ſi accepto. & ff. de pac. l. ſi vnus §. pen. Nec obſtat §. & ſi fideiuſſori. qa
ibi fideiuſſor tenebatur verbis: qa aliter teneri nõ poteſt: ideo in eius pſo
nam tenuit acceptilatio. Nã meritò porrigitur ad reũ, licet reus nõ tenea-
tur: ſed hic pro illa parte, q̃ remanet nouata. in nulliꝰ: pſona valuit ipſo iu
55 re acceptilatio. ¶ † Sed qđ de nouatione, q̃ fit p acceptilationẽ? Reſpon-
deo: ſiue vnus ex reis credẽdi delegauerit, ſiue vnus ex reis credẽdi fuerit
delegatus: dico idẽ per omnia, quod eſt in vera acceptilatione & ſolutio-
ne: vt d. l. ſi rem. §. ſi duo. verſ. alioquin. de nouatio. ſoluit enim q delegat:
vt ff. ad Velleia. l. quãuis. §. interdũ. ff. mãd. l. inter cauſas. §. abeſſe. Itẽ p
hãc delegationẽ liberat̃ qs à creditore ſuo totaliter: ſicut ille q ſoluit, &
cui accepto fertur: nec poteſt vti exceptione contra eũ, cui delegatur: vt
d. l. doli mali exceptio. ff. de noua. ſed de nouatione quãdo paciſcitur eidẽ,
cui primò tenebat̃, hoc nõ cõtingit. Facit ff. de nouatio. l. aliã. & l. qđ qđ.
56 in prin. §. fi. ff. de dona. ¶ † Octauò quæro, de ceſsione. Circa quod dicas:
Aut ceſsio fit reo debẽdi, contra quem fit eo cõſentiente: & tũc idẽ qđ in
delegatione dictũ eſt: vt d. l. ſi rem. §. fi. ibi nuptu. ipſa ſecundũ vnũ intel-
lectũ. Aut eo nõ cõſentiente. & tũc aut fit ſuo correo, & ipſe correus, cui
ceditur, ipſa ceſsione eſt liberatꝰ. Caſus eſt ſingularis ff. de leg. ij. l. q duos.
& de lib. leg. l. ſi is, q duos. Aut fit ceſsio extraneo: & tũc q̃ſtio eſt hic du-
plex cõſideranda. Prima ex parte reorũ credendi: vt ſi vnus cedit actionẽ
ſine alio, ceſsionarius eſt loco cedẽtis: & ſic inter eos erit locus iuri præoc
cupationis, & ſolutiõis recipiẽdæ, ſicut primò. l. quod ipſis. & l. hęredẽ. ff.
de regu. iur. & l. minor. in fin. de procura. Secũdò ex parte reorũ debẽdi:
vt ſi cõtra vnum fiat ceſsio, alter nõ liberatur, ſicut nec petitione facta ab
vno nec ꝓcuratore cõſtituto: vt j. ti. j. l. fi. tamen ſi cedens exiret ab eo, cõ
ta quẽ facta nõ eſt ceſsio, ſe onerat, qa alius iam liberatur: vt l. q duos. de
57 leg. ij. ¶ † Nonò quæro de cõfeſsione: an vnius cõfeſsio proſit alijs, vel no
ceat? Et circa reos debẽdi dic, ꝙ vnius cõfeſsio poteſt alteri nocere, quo ad
interrũpẽdam præſcriptionẽ: vt j. e. l. fi. Prodeſſe autẽ nõ poteſt & ſic nec
petitio, nec ſentẽtia cõdẽnatoria: vt ſ. dictũ eſt. Circa reos credẽdi, dic. aut
vnus ex correis credẽdi exegit cõfeſsionẽ à reo debẽdi: vl̃ ipſe reo cõfeſ
ſionẽ facit ad ipſius liberationẽ. Primo caſu, ſi quidẽ ĩ iudicio alteri nocet:
cũm enim cõfeſsio habeat vim ſentẽtiæ: vt ſ. de cõfeſ. l. j. appropriat ſibi
totũ debitũ multò magis quàm per litis cõteſtationẽ. Si verò extra iudi-
cium, tũc alteri correo nihil præiudicat: cũ talis confeſsio ſolam ꝓbatio-
nem inducat: vt l. Publia. in fin. ff. depoſi. prodeſt tamen ad pręſcriptionẽ
interrũpendã: vt j. eod. l. fi. Secũdo caſu dico ꝙ talis confeſsio habet vim
pacti de nõ petẽdo: vt l. tale pactũ. in prin. ff. de pac. & ff. de ſol. l. ſi ex pul
58 ribus. in prin. & ideo ea, quę dixi in pacto: eodẽ modo nunc dico. ¶ † De-
cimo quæro, de ſucceſsione. Et hic eſt aduertendum, an vnus ex reis debẽ
di ſuccedat alteri reo debendi: vel vnus ex reis credendi alteri reo credẽ-
di: & tunc neutra obligatio extinguitur: ſed in vtriuſque perſona vtraq;
obligatio durat: vt l. ſi reus. ff. eodem. & de fideiuſſor. l. generaliter. & l.
ſi reus. ff. de ſolut. l. ſi duo rei. Aut creditor, qui ſoluendo erat, ſoffis
ſuccedit vni ex reis debendi: & ſic eſt caſus in lege Vranius. ff. de

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſi deiuſſ. Ex qua colligiť talis diſtinctio, aut illi rei ex cā onerosa debendi
erant ſocij: & ab alio cui non eſt ſucceſſum. poteſt ſolùm pro parte peti:
vt ibi patet. Aut nō erant ſocij: & tunc ab alio correo poteſt creditor pe-
tere debitum ſolidum: vt ibidem in tex. patet. Aut quæritur de æquitate
inſpecto obſtaculo exceptionis: & tunc aut fuerunt cōſtituti duo rei ex
cauſa onerosa: quia fuit eis mutuatum. aut ex cauſa lucratiua: quia ex me
ra liberalitate promiſerunt vt duo rei. Primo caſu dic, aut ad correum cui
creditor ſucceſsit, peruenit pecunia mutuata in totum, vel in partem: &
eatenus creditor agens exceptione repellitur per has rationes. Primò, qa
ex parte non poteſt cedere actionem cōtra ſeipſum: ergo &c. vt l. Stichū.
§. pen. ff. de ſolu. & not. per gl. in dict. l. Vrannius. de fideiuſ. Secundò, qa
ſi exegiſſet, teneretur illi exactio ꝑ parte illa, vt l. j. & ibi not. & ibi dicā.
vnde dolo facit, qui petit, &c. Si verò ad alium reum, cui ſucceſsit, nil per
uenit: tunc in nulla parte obeſt exceptio: cùm cauſa dandæ exceptionis
non ſubſit. Secundo caſu, quando ex mera cauſa lucratiua, idem: quia in
nulla parte exceptione repellitur: cum nulla cauſa dandæ exceptionis ſub
ſit: vt l. in lege. Falcidia hoc eſſe ſeruandum. ff. ad leg. Falci. Idem puto ſi
vnus ex pluribus reis debendi ſuccedat illi creditori: quia ſolus erat. Nam
in modo petendi ab altero idem iuris eſt quod ſupra dixi: Aut vnus reus
debendi, qui ſolus erat, ſucceſsit vni correorū credendi: & tunc idem ꝙ al
ter correus pōt ab eo partē petere, ſi ſunt ſocij: vel ſi non ſunt ſocij, petet
partem quæ ab eo profecta eſt: vel ſi ex mera liberalitate fuerunt conſti
tuti duo rei credendi, alter pōt totum petere. arg. eorum, quæ ſuprà dicta
ſunt. & ff. ſolu. mat. l. ſi ſocer. in prin. Item ſi vnus reorū credendi ſucceſ-
ſit vni reo debendi, qui ſocij erant eadem ratione. Aut vnus ex pluribus
reis credendi ſucceſsit vni ex pluribus reis debendi, vel econtra: & tunc
quid iuris ſit, habes ex prædictis. Sed circa hoc poſſet dubitari: nam ſuc-
ceſsio ꝑ ſolutiōe eſt: vt l. Stichū. §. aliquando. ff. de ſol. & l. ſi debitori cre
ditor. ff. de fideiuſ. ſed per ſolutionē vnius: vterq; liberatur, vt dictū eſt:
ergo &c. Sol. patet ex prędictis, quæ dixi in l. ſi qs ꝑ emptore. in vl. q. ff.
de vſu. & tāgitur per gl. in d. l. ſi ſocer. ſolu. mat. & in d. l. vrannius. de fi-
59 deiuſ. † ¶ Vndecimò quæro de mora, an vnius mora alteri noceat vel ꝑ-
ſit? Et primò videamus de reis debendi: & circa hoc eſt magna diſcepta-
tio in gl. Nā in l. mora. in §. fi. ff. de vſur. dicit ꝙ nō noceat. Sed gl. j. e. l. fi.
& ff. e. l. pen. videtur dicere cōtra. & in qualibet earum gl. variant. Vnde
dicit, aut quæris an mora vnius alteri noceat, quo ad impediendū curſum
præſcriptionis cōtra creditorē: & nocet, ſicut ſi vtriq; eſſet facta interpel-
latio: vt j. e. l. fin. Aut quæris vtrū noceat quoad hoc, vt quilibet teneať
de interitu vel ad vſuras: & tunc aut ſunt ſocij, & nocet: vt ff. e. l. pen. aliàs
nō nocet: vt l. mora. §. fi. ff. de vſur. Ita tenet gl. in l. in cōdēnatiōe. §. vni-
cuiq;. de reg. iu. Idē tenet Dy. in c. mora. in fi. de re. iur. lib. vj. Ratio eſt: qa
60 ſicut pactum vniꝰ alteri prodeſt: ita mora vniꝰ alteri nocet. ¶ † Sed iuxta
prædicta quæro, qđ ſi creditor fuit in mora recipiendi ab vno ex reis de-
bendi, q obtulit pecuniā petitā, quæ poſtea perēpta eſt: an alteri hoc pro-
ſit? Credo ꝙ ſic indiſtinctè: quia quolibet alio extraneo offerēte ꝓdeſſet:
vt j. de cap. & poſtli. reuer. & l. cū poſtliminij. & ff. de ſol. l. qui decē. §. ſi
61 cū mihi Stichū. ibi: quēadmodū. Facit qđ no. j. de ſo. l. obſigna. ¶ † Eſt etiā
videndū circa reos credēdi, an vnius mora alteri noceat. Dico ꝙ ſic indi-
ſtinctè: cùm enim quilibet poſſet ſolutionē recipere: vt l. ſi vnus. in prin.
ff. de pac. l. ſi rē. §. ſi duo. ff. de noua. & mora eius, qui potuit ſolutionē re-
cipere, nocet ei, ad quē res pertinet: poſito ꝙ ille nullū ius haberet in re,
ſed ſit nudus miniſter: vt l. ſi per te. ſ. de vſu. ff. de act. & obl. l. traiectitię.
62 in princ. gl. multò magis in caſu noſtro. ¶ † Sed nūquid mora vniꝰ alteri
proſit, i. nūquid factū vnius correorū credendi cōſtituēs debitorē in mo-
ra, proſit alij vel nō? Rñ. ꝙ ſic. Sed quid ſi mora eſſet facta vni ex correis
credendi, vtrū alteri proſit? Et tenet ꝙ ſic, quantū ad interruptionē præ-
ſcriptiōis: vt j. e. l. fi. Credo ꝙ quo ad ꝑpetuandā actionē, correus teneať
de interitu: qa idē eſſet in quolibet extraneo interpellante: vt ff. de vſur.
l. ſi quis ſolutiōi, & qđ no. ff. de verb. obliga. l. ſi ſeruū. §. nunc videamus.
63 ¶ † Itē iuxta prædicta quæro: pone ꝙ creditor primo fuit in mora vno
ex duobus reis offerēte. Secūdò creditor interpellauit aliū reū q nō obtu
lit, an per hoc videať purgata mora creditoris? Quo ad primū, dico ꝙ nō:
64 vt l. mora. ij. rñ. ff. de verb. obl. ¶ † Duodecimò quæro de culpa, an culpa
vnius alteri noceat. Circa quod dicas, ꝙ aut duo rei cōſtituūtur in cōtra-
ctu, in quo obligatio cōmittitur ratiōe culpæ ad intereſſe: & tunc vnius
culpa alteri nocet: ſicut vnꝰ ex facto alterius tenetur: vt ſ. loca. l. ſi diuiſa,
& l. eandē. §. fin. ff. e. Aut cōſtituūtur duo rei ad aliquā ſpeciē, ad quā ſta-
tim cōmittit obligatio, ſed ratiōe culpæ perpetuať: quia de interruptione
tenetur: & tunc idē quod dixi ſ. in mora: vt l. pe. ff. eo. & ibi eſt caſus ſecū
dùm vnā lect. Et prædicta ſunt vera, vbi culpa eſſet cōmiſſa in his, de qui
65 bus ſuprà ſpecialiter dictū eſt: quia tunc dic vt ſ. dixi. ¶ † Tertiodecimò
quæro de reſciſsione, vtrū reſciſsio facta in perſona vnius rei, alteri no-
ceat: vt puta, duo rei erāt liberati: iſta liberatio reſcindiť in perſona vniꝰ:
an alij noceat? Dic, aut liberatio reſcinditur in perſona illius, cui facta eſt
principaliter: & alteri nocet: vt ff. ad Velleia. l. ſi pro vno. & ff. de his quæ
in fraud. credi. l. fin. in prin. Idem ſi ab initio in eius perſona ipſo iure non
valuit: vt l. ſi ſponſus. §. j. ff. de dona. inter virum & vxorem. Et prędicta
puto vera, niſi iſte actus, per quem liberatio cōtingit, dolo creditoris in-
terceſſerit: argu. l. ſi Titius. ff. de fideiuſſo. de ſol. l. qui res. circa princip. Si
verò reſciſsio contigerit in perſona eius, ad quem liberatio porrigitur, per
quandam conſequentiam: tunc alteri nō nocet: vt d. l. ſi ſponſus. §. j. & de
66 liber. lega. l. ſi is qui duos. & quod ibi nota. ¶ † Quartodecimò quæro, &
vltimò generaliter de qualibet exceptione, vtrū exceptio competens vni
ex reis debendi, porrigatur ad aliū. De exceptionibus loquor, de quibus
ſ. nō eſt dictū ſpecialiter. Et dic, aut exceptio eſt merè perſonalis: & tunc
ad aliū nō porrigatur, ſicut nec ad fideiuſſores porrigitur: vt ff. de excep.
l. exceptio. cum ſimi. Aut ſunt aliæ exceptiones, quæ ad fideiuſſores por
riguntur: & tunc aut fuit color quæſitus, quia in veritate fideiuſſor erat:
& nō erat correus: & ad eū nō porrigiť: vt l. ſi mulier. §. pe. ff. ad Velleia.
Aut nō fuit color quæſitus: & tunc aut erāt ſocij, & vnius exceptio porri-
gitur ad alium: vt l. ſi duo rei. ff. eo. Aut non erant ſocij: tunc ſi quidē obli
gauerunt ſe ex cauſa onerosa: quia mutuò acceperūt: & tūc eatenus cō-
petit exceptio alteri, quatenus ad eū, cui ſine dubio exceptio cōpetit, per
uenit ad pecuniā: vt d. l. ſed Iulianꝰ. §. Itē ſi duos. ff. ad Mace. Si verò obli
gauerūt ſe ex mera liberalitate: tūc exceptio vni competens nō prodeſt
alteri, ſi non ſunt ſocij: vt d. l. ſi duo. ff. e. l. ſi ex duobus. §. j. Quartò prin
cipaliter eſt videndū, qualiter vni cōtra alium ſuccurratur: & primò cir-
67 ca duos reos debendi. Ad † quod inueſtigandū eſt, an videantur inuicem
fideiubere. Iſta quæſtio tangiť hic, & ff. eo. in multis locis. & in l. vir vxo
ri. in fi. ff. ad Velleia. & de fideiuſ. l. Vrannius. Et fuit magna cōtrouerſia
olim, & hodie. Mar. Sil. tenet ꝙ videntur inuicem fideiubere. Io. contra,
ſcilicet ꝙ nō videātur, niſi ſint ſocij. Azo. diſtinguit vt no. plenè in d. l. vir
vxori. & ibi gl. tenet opi. Azo. in auť. co. in prin. ſed gl. hic tenet opinio-
nem. Io. ¶ Sed contra omnes oppo. fideiuſſor non obligatur niſi verbis:
vt j. tit. j. l. blāditus. ff. de verb. obl. l. v. §. ſatiſacceptio. & mand. l. ſi hære
ditatē. §. fi. Sed duo rei poſſunt re conſtitui ſine verbis: vt j. eo. l. propter.
ff. eod. l. eandem. ergo nō videntur fideiubere inuicē. Dy. tenet opi. Azo.
& ad iſtā rationem rñdet, ꝙ illa ratio cōcludit in fideiuſſore expreſſo: ſe
cus in tacito. Pe. & Iac. de Are. & Cy. ſequendo eos dicūt ꝙ duo rei nul-
lo modo videnť inuicē fideiubere: nā in duobꝰ reis quilibet debet ſe obli
gare in ſolidū: nec attenditur ad quē pecunia peruenit principaliter: vt j.
eo. l. propter. ſ. ſi cer. peta. l. ſi nō ſinguli. ſed ſcđm eos, qui dicūt eos inui-
cē fideiubere hoc nō eſſet: ergo &c. Præterea, nō reperitur iure Digeſto-
rū nec Codicis, ꝙ duo rei habeant beneficiū diuiſiōis: ergo &c. Itē hoc le-
ge nulla cauetur ꝙ videātur fideiubere. In hoc reſidet Cy. hic poſt multa
verba. Vides ergo ꝙ ex prædictis omnibus nullā habes claritatem. Quid
dicemus? Iac. de Bel. diſputauit iſtā quæſtionē, & poſuit eā in auť. eod. &
ſufficit condemnatio vel abſolutio, vel æquipollens abſq; alia executiõe,
vt ff.de re iudi.l.ait prætor.& l.in ſumma.C.de ſenten.& interlo.om.iu.
l.præſes.& qđ ibi no.& facit qđ no.ff.quod quiſq; iur.l.j.§.qui magiſtra
tum.& concor.Marti.Sil.in dicta l.de quibus.eo ſaluo ꝙ ſi victus contra
quem petitur executio, contradiceret, & eam non pateretur: et ſic non per-
ſeueraret eius conſenſus: & ſic res non tranſit in cõſenſum, ſed diſſenſum:
& ſic eſſet conſuetudo interrupta: quia non dicitur factum quod nõ du-
rat, vt l.ſi pro patre.§.verſum.ff.de in rem verſo.& quod cuiuſq; vniuer.
l.item eorum.§.actor.cũ ſimi.& nihil eſt actum, donec aliud ſupereſt ad
25 agendum, vt l.pe.ſ.ad Syllania.& de emend.Codi.in prin.¶ †Viceſimo-
primò quæro, an ex ſententia arbitrorum inducatur conſuetudo. Reſpon
det Gul.ꝙ aut ſunt tales ſententiæ quæ merentur executionem: puta qa
compromiſſum factum eſt ſine pœna, & à partibus emologatum tacitè,
vel expreſsè: & tunc ſicut ſentẽtię iudicum, vt ſ.de arbitris.l.cùm antea.
Dic tamen quòd requiruntur plures ſententię quã iudicũ: quia ſententia
iudicis eſt maioris authoritatis ꝙ̃ ſentẽtia arbitri, vt ff.de his qui no.infa.
in l.quid ergo.§.ex cõpromiſſo.& patet ff.ſi qs ius di.nõ obtẽ.l.j.in prin.
de iudi.l.ij.§.fi.& quod no.de arbi.l.nõ ex omnibus.in prin.& probat̃.ff.
de re iudi.l.ait prętor.in prin.& de ver.ſig.l.notionẽ.in prin. Numerꝰ aũt
dictarũ ſñiarum dictum effectũ producentiũ iudicis arbitrio relinquitur
cùm nõ ſit determinatum à lege, vt l.j.in fi.ff.de iure deli. Et facit quod ſ.
dixi in illa q.quot actus ſunt neceſſarij ad cõſuetudinem inducendã. Aut
ſunt tales ſententiæ quę non merentur executionem: puta quia compro-
miſſum factum eſt cum pœna, vt ſ.de arb.l.j.& aut̃.decernimus. & in cor
pore vnde ſumitur.& ff.de arbi.l.ij.& tunc nõ inducit̃ conſuetudo. Ratio
eſt: quia tales ſentẽtię nõ ligant eos, inter quos ferunt̃ expreſſe. Ergo nec
alios tacitè: argu.ff.loc.l.qui ad certũ.de bo.autho.iud.poſ.l.cũ vnus.§.j.
de ſer.ruſti.præd.l.item.§.qui habet.cũ ſimi. Facit quod no.in d.l.ait præ
26 tor.in prin.ff.de re iudi.& ſ.de iudæ.l.iudęi.¶ †Vigeſimoſecundò quæ-
ro, an ſententię latæ inter non ſubditos, poſſunt cõſuetudinem inducere.
Reſpõdeo breuiter, cõſuetudinẽ quæ ſpectat ad ordinationem iudicij ſic:
quia illa quę verſantur in locum iudicij debent attẽdi, vt ff.de teſti.l.ij.§.
fi.illa verò quæ ſpectant ad deciſionem litis non: quia illa non debent ſpe
ctari ſcđm locũ iudicij, ſed quæ verſant̃ in loco contractus, vt ff.de euict.
27 l.ſi fundus.& de vſur.l.j.not.ſ.l.proxi.¶ †Vigeſimotertiò quæro, an per
ſententias reſciſſas poſsit induci conſuetudo. Reſpondet Gulel.in dicta l.
ingenuum.ff.de ſta.homi.vbi perficit illam materiam: ꝙ aut ſunt reſciſſæ
per appellationẽ: & tunc non: quia finguntur à principio non fuiſſe latę,
vt l.j.in fi.ff.ad Turp.& de pœ.l.ij.§.fi. Aut ſunt reſciſſæ per reſtitutionẽ
in integrũ: & tunc reſtitutio cõceditur propter vitium proceſſus: puta qa
dicatur malè iudicatum: argu.ff.de re iudi.l.diuus.& qui ſatiſdare cogan.
l.quoties vitioſè.& de re iud.l.iiij.§.condemnatum. Aut reſtitutio cõcedi
tur, nõ propter vitium proceſſus, ſed propter fauorem perſonæ minoris
vel alterius: & tunc ſic. Ratio: quia tũc licet nõ remaneãt ſentẽtię quo ad
eum: remanet tamen quo ad alios: arg.ſ.ſi vnus ex pluri.appel.l.j.& ij.li-
cet enim ille faciat reſcindi ſentẽtiã prædictã: remanet tamẽ cõſenſus po-
puli, ex quò conſenſu inducitur cõſuetudo ſicut patet in ſimili, videlicet
ꝙ reſciſſa totaliter ſententia apud quoſdam: remanet tamen apud alios
eius effectus quo ad cautionẽ de rato, vt ff.rẽ ra.ha.l.cũ minor.in prin.et
28 in repe.l.Stichũ.§.qđ vulgo.ff.de ſol.¶ †Vigeſimoquartò quęro, quali-
ter cõſuetudo inducta in iudicio ꝓponat̃. Dicit Pe.ꝙ qñq; per modũ ex-
ceptiõis. Verbi gratia: ſi cõſuetudo ſit ꝙ vẽditor nõ teneat̃ cauere empto-
ri de vitijs, et morbis, ſi hoc emptor petat à vẽditore, vẽditor excipit de cõ
ſuetudine: arg.ff.de pac.l.paciſci. Quãdoq; in vim actiõis realis.verbi gra
tia, ſi eſt cõſuetudo de modo ſuccedẽdi ꝙ primogenitus ſit hæres, ipſe ꝓ-
ponat petitionẽ hęreditatis quę eſt in rem authoritate talis cõſuetudinis
quę facit eum dominũ, et hęredẽ admitti ad ipſam vniuerſitatẽ. Itẽ rei vẽ
dicatio ad ſingulas res, vt ff.de peti.hær.l.ſed et ſi.§.antepe.et de rei ven
dic.l.j.in princi.et l.ſi ager.et de bo.poſſ.l.j.ij.et iij.de acqui.poſ.l.cùm hę-
redes.in princi.non autem proponit cõdictionem ex ipſa conſuetudine:
ſicut patet in ſimili. Nam lex Cornelia facit quẽ hæredem bonorum ali-
cuius in captiuitate defuncti ex ſua fictione: nõ tamen proponitur con-
dictio ex illa lege.ſed ꝑ dictas actiões reales, vt ff.de teſt.l.legẽ Cornelia.
de vulg.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de vulga.& pupilla.l.lex Cornelia.cum ſimi.& de capti.l.patre inſtituto.
Quandoq; proponitur per modum actionis perſonalis:puta condictione
ex dicta conſuetudine,ſcilicet quando conſuetudo diſponit de iure perſo
nali.verbi gratia:vt quis compellatur vendere rem ſuam.ff.cõmu.præ-
di.l.venditor.§.ſi conſtat.Nam proponetur contra eum condictio ex di-
cta conſuetudine.argu.ff.de condi.ex lege.l.j.Quandoq; poteſt proponi
per officium iudicis.verbi gratia:ſi conſuetudo permittit minores vſq; ad
triginta annos petere reſtitutionem in integrum.proponit enim in mino
ri;ætate iſtam conſuetudinem per officium iudicis.arg.ff.de mino.l.quod
ſi minor.§.ſi.Guliel.de Cu.in præcedenti membro damnat Pet.in eo , &
bene:quia non debet proponi condictio ex conſuetudine,quæ eſt ſubſi-
diaria:vt ff.de condi.ex lege.l.j.ſed proponi debet actio ex empto:vt ſic
ex illo contractu formam accipiēte,ex cõſuetudine agatur:ita ꝙ in libel-
lo fiat mentio de illa:ſicut patet in ſimili,quãdo iuratur formaliter in iudi
cio?vt ff.de iureiuran.l.ſi duo patroni.§.Marcellus.& §.ſi quis iurauerit.
Quare in prędicto membro ſic dicit ipſe,& verius,ꝙ aut conſuetudo iſta
cadit in nomē,ſiue ſpeciem,aut formam alicuius contractus:& tunc agē-
dum eſt actione ex eo contractu recipiente formam ab illa cõſuetudine:
vt ſemper de illa mētio fiat.Aut nõ cadit in formam alicuius contractus:
vt puta,ſi ſit conſuetudo.ꝙ qui intrauit vineam alicuius , ſoluat domino
quinq;:& tunc proponi debet condictio ex ipſa conſuetudine.argu.l.ſi
duo patroni.§.Marcellus.& §.ſi quis intrauerit.de condict.ex lege.l.j. &
29 ſ.de reb.credi.l.actori.¶ Viceſimoquintò quæro,† an in libello oporteat
cõſuetudinem allegare.Breuiter quicquid dicant doct.moderni , ego ſic
dico,ꝙ aut conſuetudo eſt notoria:& tunc non oportet eam allegare,ſi-
cut nec probare.arg.ff.de actio.emp.l.emptorem.in princ.& qui ſatiſda.
cogan.l.ſi verò.§.j.& j.de accu.l.ea quidē.Facit quod not.ſ.de appel.l.ci-
ues & incolæ.Aut conſuetudo non eſt notoria:& tunc aut eſt contra le-
gem:& tũc debet allegari.Ratio eſt:quia intētio aduerſarij fundata eſt de
iure communi:& ideo niſi apponeretur in libello:aduerſarius non poſſet
eſſe inſtructus,an debeat cedere,vel cõtendere.quod fieri debet: vt l.j.in
princ.ff.de eden.Ceſſante igitur ratione,ergo & ipſum dictum.arg.ff.de
iure patr.l.adigere.§.quãuis.& de re mili.l.miles.in prin.Facit l.edita. cũ
ſua materia.ſ.de eden.ſemper tamen debet probari,quãdo non eſt noto-
ria,per eum,qui eam allegat:vt ſ.eo.l.j.& ratio ibi no.¶ Viceſimoſextò
30 quæro,†quot teſtes probent conſuetudinē,Reſpondeo,ſaltem duo.ff.de
teſti.l.vbi numerus.& l.iij.§.j.quod ibi nota.& concor.gl.in.l.de quibus.
31 ſ.de legi.¶ Viceſimoſeptimò quęro,†qualiter debeat iſta cõſuetudo pro
bari.Et dicit Pe.ꝙ ſemiplenè:nõ autem plenè.nam iudex recipiet teſtes
in abſentia aduerſarij:& ſe ab ipſis informabit,& ſecundùm illam infor-
mationem iudicabit:ſicut quando allegatur ſibi ius ſcriptum ad informa-
tionem ſui,non fit alia probatio ſibi,ſed ipſe ſolus:de hoc inſpicit libellũ
ſuum.Dicit enim ꝙ quædam in iudicio principaliter proponũtur,ad con
cluſionem probandam,& illa debent plenæ probari:quædã non princi-
paliter:& in eis ſufficit probatio ſemiplena:ſicut patet in eo,qui propo-
nit confeſſoriam pro ſeruitute reali,Proponit enim principaliter ſeruitu
tem ſibi deberi:ſecundariò verò ſe dominum dominantis fundi:vt ff.cõ-
mu.prædio.l.j.Et iſtud primum debet probari plenè: ſecundùm ſemiple
nè.ff.ſi ſerui.vendi.l.ſicuti.§.ſed ſi quæratur.& ſi vſuſtruc.pet.l.vti frui.
in prin.& quod ibi no.& ff.de probatio.l.circa.& de excep.l.ſed ſi ante.
Aliud exemplũ ponit in eo,qui petit hæreditatē diuidi familiæ erciſcun
dæ iudicio.Nam principaliter allegat cõmunionem,& illã debet proba-
re plenè. ſecundario ſe dominũ:& illud ſufficit ſemiplenè probare, puta
per poſſeſsionis probationē:vt ff.famil.erciſcũ.lege prima quę probatio
non ſufficit,niſi dominiũ in iudicio principaliter proponatur:vt not.ſu-
pra,de proba.l.ij.& l.proprietatis.& l.cùm res. ſic & in conſuetudine prę
dicta.Ego teneo contrariũ,ſcilicet ꝙ debeat plenè probari : & ſic probat
l.j.huius tit.Dicit enim ꝙ conſuetudo debet probari cauſa cognita.Intel
ligitur ergo plene:vt ſ.de iudi.l.iudices.Non obſtat prima ratio. Pe.quia
loquitur in iure ſcripto,hic in non ſcripto.Facit ſ.eo.l.j.& quod ibi not.
Item non obſtat ſecunda,quia loquitur in ſecũdario:ibi in principali,ſci
licet in conſuetudine,ſuper qua concludens principaliter fundatur:vt pa
tet ſuprà in l.j.in fi.& non obſtat.l.circa.& l.ſed ſi ante.cum ſimi.vt in eis
32 patet.¶ Viceſimooctauò quęro:† quid deponent teſtes inducti ad cõſue
tudinem probandã.Certè dicit Azo hic,in Summa,& gloſ.in rub.d.l.de
quibus.ꝙ triplex eſt modus.Primus videlicet,ꝙ perpetuò ſit obtentũ,ſi-
ne contradictione.Secundus eſt modus,ꝙ teſtes deponant,ꝙ libelli que-
rimoniarum non fuerunt recepti.Tertius modus eſt , quòd teſtes depo-
nant ꝙ fuerit bis obtentum in contradictorio iudicio. Pone exemplũ de
primo,quando vicinus alicuius facit pontem ſupra viam publicã,& alius
vicinus proponit querelam de ipſo,iudex nõ admiſit libellum quęrimo
niæ,ſed reiecit:& tũc colligitur tacitus conſenſus populi:quia iſta repul-
ſio tantum operatur,quantum ſi expreſsè fuerit iudicatum conſuetudi-
nem eſſe.arg.ff.de neg.geſt.l.ſi autē.§.fin.& de compen.l.quod in diem.
§.j.Item quod dicit Azo.quòd fuit obreptum in cõtradictorio iudicio,
voluit dicere,quòd vnus allegabat conſuetudinem in iudicio,alius nega-
bat iudicatum fuiſſe ſecundũ conſuetudinem:vt ff.e.l.cùm de conſuetu-
dine.Iſti modi reprobantur per Iac.Baldui.& meritò:quia iſta ſententia
inter alios lata,regulariter non præiudicat alijs:vt l.ſæpe.ff.de re iud.& ſ.
res inter alios acta.per totum.cum ſi.Item poteſt eſſe, ꝙ in hoc actu etiã
bino,non fuit cõſenſus,etiam decimæ partis populi,nec diuturnitas tem-
poris interceſsit:quæ omnia in conſuetudine inducēda requirũtur: vt ſæ
pius ſ.dixi.Marti.de Fano,& Mart.Sil.& ſequaces eorũ voluerunt Azo.
hoc modo defendere,ꝙ illa ſententia,per quam iudex in contradictorio
iudicio pronunciat eſſe conſuetudinem,non inducit eam,ſed probat eam
inductam,& declarat.Simile ff.de rei vendi.l.& ex diuerſo.§.j.& j.ſi ſer
ui.vendi.l.ſicuti.§.ſed ſi quæratur.& dicunt quòd hæc ſententia facit ius
inter omnes,ſicut in alijs publicis iudicijs: niſi probetur de præuaricatio-
ne priorum:vt ff.de iureiuran.l.eum qui.§.in popularibus.& de præuari
ca.in l.iij.& de accuſa.l.ſi cui.§.iiſdem.cum ſimilibus.Item,quando libel-
li quærimoniarũ ſunt repulſi,per hoc non inducitur conſuetudo:ſed pro
batur inducta,& adeò notoria,quòd libelli quærimoniarum ſunt reiecti.
Et hoc modo defendunt Azo.& glo.Sed prædicta defenſio non videtur
bona:quia poſito ꝙ dicta ſentētia ſit declaratoria,& dicta reiectio queri-
moniarum ſit actus conſuetudinis:tamen alijs non debet præiudicare, vt
dixi:arg.ff.de iureiuran.l.nam poſtea.§.fin.& l.ſed & ſi poſſeſſoria.§.fin.
& l.ſequen.& plenè ſcripſi ſ.qui.res iudi.non noc.l.ij.Præterea,ille mo-
dus non eſt modus probandi notorium conſuetudinis : quia non probat
notorium actus permanentis,nec actus interpellati,circa ipſam conſuetu
dinem intrinſecus.Facit quod dixi infrà de accuſationi.l.ea quidē. quare
Gul.de cu.ſic dicit,in dicta l.de quibus.& bene,quòd aut dicta ſententia
fuit lata cum contradictore legitimo:puta cum Syndico vniuerſitatis: &
tũc inducit cõſuetudinem,ſeu inductam probat inter omnes,& ſic poteſt
ſaluari opinio Azoñ.& glo.vt dicta l.cum de conſuetudine. Aut nõ fuit
lata cum cõtradictore legitimo:& tunc ſecus.Ita loquitur opinio Ia. Pe.
& ſequacium.argu.ff.de collu.dete.l.cum non iuſto.& ſi quis inge. eſſe
dica.l.j.Et facit quod plenè dixi in dicta l.ij.ſ.qui.res iu.non no.& de libe
ris agnoſcen.l.j. §.fina. Breuiter ego dico quòd teſtes deponunt tria , &
dicunt,ſcilicet vſum populi,& frequentiam vſus,& temporis diuturni-
tatem:vt probatum eſt ſ.plenè. Verbi gratia.Reducamus ad practicam,
volo probare quòd hæc eſt conſuetudo:ſecũdùm opinionem Mart. no.
ſ.ſolu.mat.l.dos à patre.& multis alijs glo.quòd ſi vxor decedat in matri
monio,exiſtentibus liberis , quòd maritus lucretur dotem,& ad eam pro
bandam produco teſtes.iudex interrogat teſtes,nũquid viderunt vnquã
vti quòd maritus fuerit lucratus dotem prędictam.Dicũt quòd ſic.Item
quærit iudex,quid vidiſtis de hoc:Ipſi dicunt vidimus ſemel iudicatum
pro marito præſentibus tot inter duos.Item vidimus alia vice ſic indica-
tum eſſe inter alios duos tot præſentibus.Item alia vice tot pręſentibus,
qui faciunt maiorem partem populi:& tũc iudex vltrà procedet, & quæ
ret,quot anni ſunt ꝙ vidiſtis prædicta:Ipſi reſpondebũt,decem anni.ec-
ce habemus conſuetudinem probatam,vt patet ex premiſsis: & ideo iu-
dex pronunciabit conſuetudinem eſſe ꝙ vxore in matrimonio defuncta,
extantibus liberis,maritus debeat lucrari dotem.Verũtamen dicũt qui-
dam doct.ꝙ ſi teſtes deponunt ꝙ ſic viderũt iudicari:& interrogati quot
præſentibus,& quibus,dicũt ſe neſcire:ꝙ iudex debet ęſtimare quot poſ
ſunt fuiſſe pręſentes dictis ſententijs,cõſiderando quot in iudicio,& tem
pore ſententiæ cõſueuerũt eſſe præſentes communiter,& frequenter:&
ſi inueniat eos eſſe maiorem partem populi,habebit conſuetudinem eſſe
probatam:arg.ſ.l.j.quę dicit ꝙ frequētia inſpicitur.id eſt,frequēter ſolet
accidere,ꝙ tot homines reperiuntur in loco.in quo illud eſt actum. Item
cùm hoc liquidè probari nõ poteſt,ſtandum eſt coniecturis : vt l.nõ oēs.
§.à barbaris.ff.de re mili.quod non puto verum:quoniam,vt ſ.dixi, con
ſuetudo poteſt allegari per viam exceptionis:& tunc excipiens,eam cla-
re,& plenè,debet probare,vt ſ.dixi & .ff.de proba.l.in exceptionibus.&
de except.l.j.Item per modum officij iudicis:& tunc etiam illam propo-
nens,plenè debet illam probare:vt ff.de iureiur.l.nam poſtea.§.ſi minor.
cum ſimili.Aut per modum actionis realis:& tũc idem:vt l.fi.ſ.de rei vē.
Aut per modum actionis perſonalis:& tunc idem:vt l.qui accuſare.ſ.de
33 eden.c.cum ſimi.† Et ſic iudex non debet ſupplere defectum probationis
in vim agēdi:vt no.ſuprà vt quæ deſunt aduo.par.iud.ſupple.l.j.& ff.de
offi.præſi.l.illicitas.§.veritas.nec in vim excipiendi:vt no.in l.fi.ff.de pe
titio.hæredita.Nec obſtat §.à barbaris.quia ibi erat difficilior probatio,
quã hic:quare ſufficit pręſumptio,& coniectura ibi:hic nõ.Quod patet.
quia lex requirit probationem:vt ſuprà l.j.&ad veram probationem,nõ
autem ad coniecturam & præſumptionē,debet referri:vt ff.de condi.&
demon.l.Lucius.ſ.de proba.in rub.vbi probatio,& præſumptio,ponun-
tur tanq; ſpecies differentes,& diſtinctæ:arg.ff.pro emp.l.ij. §.ſeparata.
& quod not.ff.de legat.j.l.ij.quod puto verum , quando teſtes dicunt ſe
ignorare numerum præſentium:ſed ſi de illo deponunt,& dicunt ſe illos
non cognouiſſe,ſi quidem erat probatio facilis,propter modicum nume
rum populi:tunc idem,rationibus iam dictis.Si verò difficilis,teneo cum
Pet.per d.§.à barbaris propter fragilitatem memoriæ: vt ſuprà de vete.
iure enuclean.l.ij.in princ.ff.de acquirē.poſſeſ.l.peregrè.in princ. & quia
propria nomina hominum probabiliter ignorantur: vt l.ſi quis in fundi
34 vocabulo.in princ.ff.de lega.j.¶ Viceſimononò†quæro,quid ſi quando
que fuit iudicatum pro conſuetudine,quandoq; contra : an ex ſententijs
prioribus conſuetudo erit inducta.Quod glo.tangit in d.l.cùm de con-
ſuetudine.ff.eo.Et certè Gul.in d.l.de quibus.ff.eod.ſic reſpondet:ꝙ aut
populus cùm ſciuit eſſe iudicatum contra conſuetudinem,tacuit, & non
contradixit,ſeu magiſtratus ipſum populum regens : & tunc conſuetu-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

do ſit interrupta,etiam per vnam ſententiam contrariam:arg.ff.de vſuſc.
l.vſucapio.& l.naturaliter.& in auť.qui.mo.na.effi.ſui.§.ſi quis ergo.col
la.vij.Debebat enim magiſtratus populi,cùm hoc ſciebat,illi ſententiæ,
quæ erat contraria conſuetudini,cōtradicere:& ideo ſi tacuit,eius tacitur
nitas præiudicat populo,ſicut ſi ipſe populus tacuiſſet:vt ff.ad munici.l.
municipes.de reg.iur.l.aliud.§.referť.& de cōd.& demon.l.municipib⁹.
& l.an in totum.s̄.de ædi.priua.vbi eſt hoc expreſſum.Vnde dicti magi-
ſtratus ſciētes,& tacētes,non cōtradicentes debent puniri per ſuperiorē.
arg.ff.de admi.re.ad ci.perti.l.iij.& ſeq.Aut cùm ſciuerint,cōtradixerunt
illi ſententiæ,dicentes iniquè pronunciatū,& ſimilia verba:tūc per illā
ſententiā non erit conſuetudo interrupta:cùm apparet cōtinuatio primę
volūtatis:alioquin propter nouū,& vltimū conſenſum,cenſereť interru
pta:ar.ff.de leg.iij.l.fideicōmiſſa.§.ſi rē.arg.d.l.ſpurij.§.pater.ff.de decu.
Nam conſenſus in ſententiā aufert perſeuerantiā continuati conſenſus in
prima.ar.ff.de neg.geſt.l.Neſennius.de reli.l.at ſi quis.§.pleriq;.& de ac-
qui.hæred.l.pro hærede.& de le.j.l.ſi mihi & tibi.§.in legatis.de leg.iij.ſi
quis in prin.teſtamēti.Et cū iſta determinatiōe debet ītelligi gl.in d.l.cū
35 de cōſuetudine.¶ Trigeſimò quæro iuxta hoc,†quid erit ſi ad probandū
cōſuetudinem producantur quatuor teſtes,quorum duo deponunt ꝙ ſe-
mel viderunt ſic actū tot præſentibus:alij duo deponunt alia die ſic actū
præſentibus alijs:an erit cōſuetudo probata?¶Quidam magni doc.tenēt
ꝙ ſic:& inducunt glo.Io.poſitam ff.de teſt.l.ob carmen.§.ſi teſtes.indu-
cunt etiam pro ſe.l.arbiter.ff.de proba.de aqua plu.arcen.l.ij.§.idem La-
beo ait.Alij tenent cōtra,ꝙ iſti teſtes ſunt ſingulares:quia nō cōcordant
in eodē facto.quod requiritur ad eſſe cōſuetudinis:licet cōcordēt in ali-
quo actu particulari:ergo eam non probant.Facit quod not.s̄.qui nume.
tut.l.j.Ad hoc extra,de teſt.c.tam literis.quod ego teneo.Ratio,prout s̄.
dixi in conſuetudine probanda requiritur,non ſolùm vſus,& actus po-
puli,ſed eorum frequentia.Iſti ergo teſtes licet probent vſum & actū po
puli,& in eo concordent:nō tamē probant eius frequentiam quod'pa-
tet:quia deponunt de pluralitate diuerſorum actuum:non autem de fre-
quentia eiuſdem.Et per hoc patet reſponſio ad gloſſam Ioan.& ad leges
in contrarium adductas:quoniam ipſi teſtes concordant in actu,de quo
principaliter agitur:& de eius eſſentia tractatur,ſcilicet de depoſitione,
& de memoria tēporis:& ideo ſi duo concordant circa actum vnum,ille
actus eſt bene probatus:hic nō deponunt de frequentia eiuſdem.quod in
cōſuetudine requiritur:vt s̄.probaui.ſed de pluralitate diuerſorū actuū,
prout patet.ergo conſuetudinem non probant.cùm deficiant in proba-
tione vnius eorum,quæ requiruntur in ipſa inducenda,quæ ſunt tria,vt
s̄.oſtendi.ergo deficit probatio in toto:vt ff.de tranſactio.l.cùm hi.§.ſi
prætor.de itine.actuq; priua.l.iij.§.hoc autem.cum ſimili. Et hoc modo
ponendo caſum dicta gl.Ioan.in d.l.ob carmē.poteſt ſaluari,videlicet ꝙ
ſunt quatuor teſtes,& duo probant,& deponunt ꝙ viderunt me poſsi-
dere vno menſe,& alij duo alio menſe:verum qa Ioan.aliter ponit exem
plum ibi,ſcilicet ꝙ teſtes erāt ſingulares,ſcilicet ꝙ vnus depoſuit ſe vidiſ
ſe vno menſe,alius alio menſe,& ſic de ſingulis:idcirco illam gl.damna-
ui.quod dic vt ibi ſcripſi,arg.s̄.de teſti.l.iuriſiurādi.§.ſimili modo.& qđ
not.in dicta l.j.qui nume.tut.Et eodem modo pone caſum in d.l.ſi arbi-
ter.& d.§.idem Labeo.videlicet ꝙ fuerunt quatuor teſtes,& ſinguli,duo
deponunt de eodem actu,& in eo concordāt.tunc enim ſinguli duo ſuum
actum ꝓbabunt:vt l.vbi numerus.ff.de teſt.Secus ſi ſeparatim,videlicet
vnus de vno actu,alius de alio:tunc enim deficeret probatio,vt prædixi.
Ad quod facit,quod no.in Spe.de teſti.§.j.ver.ſed pone egi.& in titu.de
inquiſi.§.primo.ver.quid ſi vnus teſtis.& §.nunc videndū.verſi.de pœ-
na.& verſi.ſeq.& in titu.de teſte.§.iam de interrogatorijs.verſi.ſed nun-
quid.in titu.de noto.crimi.§.fama.ver.quid ſi teſtes.Facit quod dixi ſu-
prà de emanc.libe.l.j.ſuper probatione vera concordat Marti.Sili.in d.l.
36 de quibus.¶ Trigeſimoprimò quæro,†quid ſi iudex iudicauit bis contra
legem præſente maiori parte populi,reperitur tamen ꝙ aliquis contradi
xit,an conſuetudo erit inducta?Iaco.de Are.& Pet.tenent ꝙ ſic:quia cō
tradictio vnius,maiori parti populi non obſtat:vt l.quod maior.ff.ad mu
nicip.& de reg.iuris.l.aliud.§.refertur.Et facit quod dixi in quæſtiōe il-
la,videlicet an ſine contradictione conſuetudo poſsit induci.Nec obſtat
ff.de ſerui.ruſti.l.per fundum.& cōmu.prędio.l.receptum.quia ibi cōſen
tiunt vt ſinguli iure priuato,hic vt vniuerſi iure publico.Facit quod not.
Dyn.in c.quod omnes tangit.extra de regu.iuris.lib.vj.& quod j s̄.dixi in
quæſtione illa,videlicet quantum tempus requiratur ad conſuetudinem
inducendam,Sed Gul.de Cu.in l.ingenuum.de ſtatu hominum.ſic diſtin
xit:quia aut conſuetudo inducitur per legem,vt in vſibus feudorum:&
in illis contradictio nihil operatur.Aut contra legē:& tunc ſic:argumē.
in auť.de defen.ciui.§.ſi.ibi:nullo reluctante &c.argumen.pro hoc,quia
conſuetudo ſecunda eſt debilior quàm prima:vt ſuprà ad Velleia.l.anti-
quæ.& quod ibi no.in auť.de non alie.§.quia verò veriſimile.& ff.de teſ.
mili.l.eius militis.§.militia.Sed præcedens opi.mihi placet,per leges prę
dictas.Non obſtat §.ſi.de defen.ciui.quia illud ſpeciale odio criminis am
bitus:vt ff.ad legem Iuliam de ambi.l.j.& quod ibi nota.Item non obſt.
ſecunda ratio:quia hic quælibet conſuetudo cenſetur vniformis,propter
identitatem rationis,quæ eſt in d.l.quod maior.& l.aliud.§.j.quæ ratiōis
37 identitas hic ceſſat.¶ Trigeſimoſecundò quęro,†an conſuetudo liget in-
fantes,& furioſos?Certè gl.tenet hic ꝙ ſic:quia lex ſcripta eos ligat:vt l.
diuus.ff.de offi.præſi.& ad l.Pompeiam de parricidi.l.penul.§.fina.ergo
& conſuetudo non ſcripta,propter paritatem cauſæ,potentię,& effectus
vt d.l.de quibus.Non obſtat l.qui ad certum.ff.loca.vt hic not.videlicet,
quia ibi loquitur in contractibus priuatorum,ex eorum cōſenſu ſolum-
modo inducendis:hic in conſuetudine publica,conſenſu maioris partis
populi,ad hoc habilis inducta.Facit quod s̄.dixi in quęſt.illa,ſcilicet quo
rum conſenſus requiritur in conſuetudine inducenda.Licet ergo iſti con-
ſentire non poſsint,tamen propter habiliū conſenſum ligātur:quorum
conſenſus ſcilicet habilium hic requiritur,non autem inhabilium:arg.ff.
de mune.& hono.l.ad rem publicā.& l.vt gradatim.§.& ſi lege.& quod
nota.ff.de ope.no.nun.l.j.§.nūciatio.Guliel.verò in dicta l.ingenuū.ſic
diſtinguit in minoribus.Aut eſt talis actus,in quo minores admittuntur
vt maiores:vt in matrimonio,& in donatione propter nuptias:vt Inſtit.
de nuptijs.in prin.& no.s̄.de mino.l.ait prætor.§.primo.& tunc ſic.ver-
bi gratia,dictat conſuetudo ꝙ vxore defuncta in matrimonio,ſine liberis,
maritus lucretur dotem.talis conſuetudo ligabit etiam minores:quia vni
uerſitas maiorū,quę induxit eam,ſolùm debet attendi:vt ff.quod cuiuſq;
vni.no.l.ſicut.§.primo.de in ius vo.l.ſed ſi hac.§.qui manumittiť.& de
rer.diui.l.in tantum.§.vniuerſitatis.& arg.ff.de leg.l.ſeruis legatis.§.qui
bus.& quia facit ad hoc lex ſcripta.l.Aemili⁹.ff.de mino.& ff.ex qui.cau
ſis in poſſeſ.ea.l.apud Iulianum.in prin.ergo & eos hoc caſu liget conſue
tudo non ſcripta,propter paritatem cauſæ,potentiæ & effectus:vt d.l.de
quibus.Facit quod s̄.proximè dixi.Aut eſt talis,in quo minores nō ad-
mittuntur vt maiores:verbi gratia,eſt conſuetudo ꝙ nullus poteſt petere
venditiones rerum reſcindi,occaſione minoris pretij dimidia iuſti pretij:
& certè minor tali conſuetudine non ligatur,propter reſtitutionē:vt ff.
de mino.l.prima.& arg.ad hoc ff.de mune.& hono.l.vt gradatim.§.& ſi
lege.Sed multùm obſtat ſibi.ff.de admini.tuto.l.ſi ſine hęrede.§.Lucius.
Sed reſpondeo,ꝙ ibi fuit inducta conſuetudo ſpecialiter,& expreſsim in
perſonis minorum:hic non.Vel ibi non cōtraxerat minor,ſed maior,cui
ipſe ſucceſsit.arg.d.l.Aemilius.& l.apud Iulianum.in princip.Martinus
Sili.in l.de quibus.in prin.tenet præcedentem opi.Pet.& gloſſæ.¶Tri-
38 geſimotertiò quæro,† an conſuetudo liget clericos Pet.ꝙ non.quia cleri
ci & laici ſunt diuerſi populi,quod patet:quia habēt diuerſos iudices,arg.
ff.de offi.aſſeſ.l.ſi eadem.vnde clerici non habent commune cum actibus
plebeiorum.s̄.de epiſc.& cle.l.placet.& de teſt.l.conſulta.Item,quia cle-
rici ſunt maiores quā laici:vt s̄.de ſum.trinita.l.iij.ergo non ligātur eorū
conſuetudine,& ſtatutis,niſi conſenſerint.arg.ff.de orig.iu.l.ij.§.deinde
cùm eſſet.& Inſtit.de iure natu.§.plebiſcitum.Contrariū no.ff.de poſt-
hu.l.ex ea.Sed Innocen.tenet primum extra,de conſtit.c.quæ in eccleſia
rum.& c.eccleſia ſanctę Marię.& per Guliel.in d.l.ex ea.Et contra iſtos
eſt communis opin.quòd ſi clericus agit contra laicum in foro tempora-
li,quòd ſeruetur conſuetudo & ſtatutum populi,quod eſt ad litem ordi-
nandam:aliàs non.Et ſic intelligitur ſecūdùm quoſdam extra,de fo.com
pe.ca.quod clericis.de iureiuran.cap.j.& ij.quæ not.Hoſtien.in Summa,
de conſuetudine.Facit quod dixi s̄.de epiſcopa.audien.l.epiſcopale.per
39 Gul.¶Trigeſimo quartò quęro,†quid ſi alia conſuetudo eſt in foro acto
ris,alia in foro iudicij:alia in foro rei:quę debeat ſeruari:Reſpōdeo:diſtin
gue vt not.Odoffr.l.s̄.proxi.videlicet ꝙ aut ſpectat ad litis ordinationē:
& ſeruatur illa,quæ eſt in foro iudicij.Aut ad litis deciſionem:& tūc illa,
quæ eſt in foro contractus,vel in loco contractus:vt l.j.in prin.ff.de vſu
ris.de euictio.l.ſi fundus.Nec obſtat s̄.de emanci.libe.l.j.quia ibi in actu
iudiciali,& contractus idem eſt:hic in diuerſis,vt ibi dixi.¶Trigeſimo-
40 quintò quęro,†quid ſi populus vtitur contra cōſuetudinem:an erit in-
terrupta.Certè gl.magna hic diſtinguit in fine.Tu dicas latius ſecundùm
Marti.Sili.& alios modernos in l.de quibus.videlicet,ꝙ ſi populus poſt
conſuetudinem pręſcriptam per errorem vtitur contra illam,non inter-
rumpit illā:quia non habet animū eam tollendi.ar.ff.eo.l.quod non ra-
tione.& idem de iuriſdi.omnium iudi.l.ſi per errorem.& ſuprà de iur.&
facti igno.l.non idcirco.Si verò ex certa ſcientia venit contra legem,non
ſimpliciter,ſed legem condendo contrariam,tollit eam:vt ff.de ſepul.vio
la.l.iij.§.diuus.Si verò ſimpliciter ex certa ſcientia vtitur contra eam,nō
legem condendo:ſi quidem ille vſus eſt ſufficiens ad nouam conſuetudi-
nem contrariam inducendam,quod qualiter contingit ex premiſsis ap-
paret:tunc tollit eam:argu.ff.de reg.iuris.l.nihil tam naturale.& de ſol.
l.prout quiſq;.& Inſtit.de iure nat.gen.& ciui.§.penul.Si verò ille non
ſit vſus ſufficiens ad contrariam conſuetudinem inducendam,non tollit
eam legitimè præſcriptam.arg.ff.de pact.l.ſi vnus.§.pactus.verſicu.ſed ſi
pactum.Secus in principe:vt in auť.vt omnes obedi.iudi.prouin.§.arri-
piat colla.vj.ſed non præſcriptā:nam talis vſus cōtra ius populi bene in-
terrūperet:vt hic no.& de reg.iu.l.nemo.§.tēporalis.¶Trigeſimoſextò
41 quęro,†an ſtatutū,vel conſuetudo ciuitatis vendicet ſibi locū in caſtris ſi
bi ſubiectis.Certè gl.in d.l.ex ea.ff.de poſtu.tenet ꝙ ſic.Et videtur caſus
Inſti.de ſatiſda.§.fin.Gul.authen.in d.l.ingenuum.ſic diſtinguit,ꝙ aut il
lud caſtrum in illo caſu habebat conſuetudinem ſeu legem ſpecialē,quod
poteſt:vt dixi s̄.in quęſtione,an pars populi ciuitatis poſsit ſibi cōſuetu-
dinē facere:tūc non:quia debet conſuetudo ſua ſeruari,vt s̄.dixi ibi.Aut
tempore cōſuetudinis ciuitatis illud caſtrum de illo caſu non habebat le-
gem,ſed cōſuetudinē ſpecialem:& tunc aut illud caſtrū erat de diſtrictu,
& iuriſdictione illius ciuitatis:& tunc ſic.argu.s̄.de epiſc.& cle.l.nulli.&

de natura.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de natura.lib.l.ſi quis.& ff.ad munic.l.qui ex vico. Aut illud caſtrum nõ
eſt de diſtrictu & iuriſdictione illius ciuitatis:& tunc nõ:cùm habet ſuos
fines,ad quos ſuę ciuitatis conſuetudo extendere nequit.arg.ff.de acqui.
rerum domi.l.in agris. Ad hoc ſ.de offi.præſe.prætorio Affricæ.l.in no-
mine Domini.in prin.in j.col.& j.de ſun.lim.l.quicunq;.lib.xj. & facit
ff.de lega.iij.l.prædijs.§.penul.in ſi.& de ſun.inſtru.l.Seiæ.§.Tyrãnæ.l.
prædia.in ſi.arg.ff.de dam.infect.l.ſi finita.§.ex hoc edicto.hoc in caſtris
ciuitati ſubiectis,temporæ dictæ cõſuetudinis.¶ Trigeſimoſeptimo quę
42 ro,† quid in caſtris poſtea ſibi vnitis. Tenet Gul.ꝙ ſi dicta vnio,vel trãſ-
latio ſit facta per principem:tunc ſic:quia facta perſ. ect videtur: & ideo b
ſecundùm ciuitatis conſuetudinem debet regulari.arg.de excu.tut.l.idẽ
Vlpianus.§.fi.& de re iud.l.quidam conſulebant.& ſ.de nup.l.imperia-
lis.Nam quod iuris eſt in principali, idem iuris debet eſſe in eius adiun-
cto.ff.de pact.dota.l.inter.§.cùm inter.& ſ.de dona.ante nup.l.fina.cir-
ca medium.l.ad hoc etiam.ff.de hæredi.inſt.l.liber homo.§.Titius. & ad
Trebel.l.Papinianus. Ad quod facit optimè in auẗ.vt iudic.ſine quoquo
ſuffra.§.illud.& ff.de iudi.l.inſulæ Italiæ.& de excuſa.tut.l.non tãtùm.
§.Illyrienſib⁹.& facit quod no.C.de metropo.l.j.li.xj. Aut per aliũ præ-
terquã per principẽ eſt facta vnio:& tunc refert : quia aut caſtrum tranſ-
iuit in diſtrictum & iuriſdictionem ciuitatis:& tũc idem. Aut nõ:& tunc
non,per ea quæ dixi ſ.in proxi.q.& dixi ſ.de iure do.l.etiam. & tractaui
in d.l.ſi finita.§.ex hoc edicto.¶ Trigeſimooctauò quęro de queſtiõe ar- c
43 dua:† quid ſi emergit caſus non deciſus lege ſcripta,nec cõſuetudine : &
eſt ſimilis legi ſcriptæ pro vna parte:& ſimilis conſuetudini pro alia con-
traria:quæro qd iuris:verbi gratia:quęro an emphyteuta habeat,vel ha-
bere debeat incremẽtum alluuionis:à ſimili facit lex ꝙ ſic:quia fructua-
rius debet habere.ff.de vſufru.l.item ſi fundi.§.j.Simile conſuetudini fa-
cit ꝙ non:quia vaſallus non debet habere:vt x.coll.in ti.de controuerſia
inueſtituræ.§.ſi quis de manſo.dicit Mar.Sili.ꝙ ſimile cõſuetudini debet
ſpectari:quia magis eſt ſimile , cum vtile habet dominium ſicut vaſallus.
fructuarius autẽ nõ habet dominium directum,nec vtile.Gul.enim con-
trarium dicit:ꝙ ſimilis lex debet ſpectari:quia ſimile conſuetudinis pro-
cedit per locũ à ſimili:lex procedit per locum à maiori , quod eſt fortius
44 vt no.in l.j.ſ.de nego.geſt.¶ Trigeſimononò quæro,† quid ſi vtrũq; ſi-
mile procedit pariter per omnia.verbi gratia,quærit̃ an emphyteuta de-
beat habere ita incremẽtum alluuionis?ſimile legis facit ꝙ ſic:quia ſuper-
ficiarius debet habere.Simile conſuetudinis facit ꝙ non:quia vaſallus nõ
debet habere:Reſpondeo,ſimile legis debet ſpectari.Ratio: quia iſta con
ſuetudo eſt cõtra legem:& ideo ad cauſam ſimilem non extenditur.arg.
45 ff.e.l.quod non ratione.& quod ſ.dixi.¶ † Vltimò,quicquid doct.in hac
materia ſcribunt,diſtinguendo ſic concludo ꝙ aut conſuetudo eſt contra
legem,aut præter legem:in ſecũdo caſu conſtat eam debere ſeruari, per l.
j.ſ.eo.& de ædi.priua.l.an in totum.& in d.l.de quibus.in j.reſponſo.Pri
mo caſu,aut cõſuetudo eſt contra ius naturale:& non debet ſeruari:vt In
ſti.de iu.natu.§.ſed naturalia.& de legi.ag.tut.§.fi.& ſ.de cap.dimi.l.eas.
Aut contra legem diuinam:& idem.facit quod no.ff.de conſti.princ.l.j.
in prin.& ſ.ſi contra ius vel vti.pub.l.fi.de vſur.auẗ.ad hæc. Aut cõtra ius
gentiũ:& idẽ:vt d.§.ſed naturalia.cũ ſimi.niſi ex cauſa:vt ff.cõmu.præd.
l.vẽditor.§.ſi cõſtat. Aut eſt cõtra ius ciuile:& tũc aut eſt expreſsè repro
bata per legẽ:& non valet:vt ſ.de vſur.l.eos.§.pen.& de ſac.ſan.eccl.auẗ.
caſſa.de fur.auẗ.nauigia.cõmu.de ſucceſ.auẗ.omnes peregrini. & ff.ad le.
Rhod.de iactu.l.deprecatio.ſecũdùm vnam lec.& in auẗ.vt nulli iudi.§.
nulli verò. Aut non:& tũc aut eſt inducta per conſenſum erroneum con
tra legem:& tunc non valet,vt ſ.dixi in illa q.an per conſenſum erroneũ
conſuetudo poſſet induci.aut ex certa ſcientia:& tunc aut pręcedit legẽ:
& tunc quidam diſtinguunt,ꝙ aut apparet ex tenore dictę legis eius lato
rem ſenſiſſe vel ſciuiſſe cõſuetudinem localem:& tollit ipſam:vt ff.de ſe
pul.viola.l.iij.§.diuus. Aut non:& tunc non,ſed illa lex ſuccumbit,vt ex
tra,de conſtitu.c.j.lib.vj.& ſ.de teſta.l.fi.Ego autem ſic dico vt ſ.dixi in
oppo.ij.ꝙ aut dicta conſuetudo eſt contra legem:& lex ſequens contra-
ria illi conſuetudini tollit eã:vt d.§.diuus. Aut præter legem:& tunc nõ,
ſed lex ſuccumbit ibi:vt d.c.j.extra,de cõſti.& l.fin.ſ.de teſta. & in auẗ.
de non alienan.§.quia verò veriſimile.cum ſimi. Aut conſuetudo eſt ge-
neralis:& vincit legem generaliter:vt d.l.de quibus. Aut eſt ſpecialis, &
localis,& vincit eam ſpecialiter in eo loco,vt hic,in princ.ſecundùm vnã
lectu.& ff.communia prædio.l.venditor.§.ſi conſtat.& de admini. tuto.
l.ſi ſine hærede.§.Lucius.& de polli.l.Imperatores.in fi.non generaliter
in omni loco:vt in fi.huius legis,ſecundùm vnam lectu.& veram,vt ſ.di-
xi in ſolu.primi & ſecundi contrarij:& ſic eſt finis iſtius repetitionis.

## *De donationibus. Rubrica.*

LEX I.

a EMptionum. [a] Qui donat inſtrumẽta emptionum, videtur donare res emptas.h.d. Tene menti hanc legem & ſimiles notatas in gloſſ.quòd qui tradit inſtrumentum,videtur tradere illud quod continetur in eo:quod allegabo tibi cùm ſumes conuentum in ſermone.

LEX II.

SI nominis. Cũ actio cedit̃,debitoris cõſenſus nõ requirit̃.h.d.

LEX III.

SPem. Spes poteſt cedi.hoc dicit.

SI functiones. Gloſſ. legit hanc legem duobus modis.Primo modo, ſolutio tributorum [b] non probant aliquem eſſe dominum.h.d.

SI donatio. Verbum, dono, in vltimis voluntatibus,fideicommiſſum inducit,etiam parte abſente.h.d.

NEc ambigi. Donatio,quę incipit à traditione poteſt perfici inter abſentes.h.d.

CEnſualis. Hęc eſt bona lex, & menti tenenda. Idem etiam de ſequẽti breuiter dicit. Aſsignatio in cenſum [c] nõ pręiudicat domino non conſentienti:ſed ſi conſenſerit, vel ipſe pro alijs aſsignauerit, videtur donare:niſi probet contrarium.hoc dicit cum.l.ſeq.

LEgem quam. Vt pactũ donatiõis impleatur,ex ſtipulatione,vel pręſcriptis verbis agitur.h.d.

NEmo. Nemo videtur donare, de quo non cogitauit.h.d.

NEc ignorãs. Donatio collata in filiũ in poteſtate nõ valet:ſecus in emãcipatũ.h.d.

CVm de bonis. Donatio facta in filium emancipatum, valet.h.d.

POrtionem. Pars pro indiuiſo poteſt donari.hoc dicit.

SI aliquid. Breuitas epiſtolæ nõ vitiat donationes.hoc dicit hæc lex.

SI filius. Nemo dat,quod non habet.hoc dicit.

AEris alieni. Aes alienum nõ ſequitur fundũ, ſed ſucceſſorem vniuerſalem.h.d.

SIue. Filio emãcipato põt donari : & facta donatio filio in poteſtate per emancipationẽ cum pacifica poſſeſſione, poſtea confirmatur.h.d.hæc bona lex.

SI donationis. Actio furti iam facti ciuilis,poteſt remitti.h.d.

SI auia. Mulier poteſt donare extraneis,etiã res ab eius parentibus habitas.h.d.

VIce. Alius poteſt pro donante ſubſcribere.h.d.

COnſtante. Mulier non poteſt donare dotẽ conſtante matrimonio.h.d. Secundò dicit gl.ꝙ ſpem actionis de dote poteſt donare. Vide gl.& ſigna eam bene.

CVm res. Vt pactum donationis impleatur , agitur præſcriptis verbis.h.d.

SI ea quæ. Res à me donata, poteſt mihi donari. h.d.

SI patri. Donatio facta ab eo , cui non ſucceſsi , nihil mihi præiudicat.h.d.

DOnatio. Hæc lex tota loquitur qñ actum eſt,vt donatio fiat in ſcriptis.Secũdũ gl.omnis donatio requirit inſinuationẽ:ſecũdùm quod leges præcipiũt ſcilicet ſi quantitatẽ taxatam excedat.

a ¶ Emptionũ. Iſtã legem declara,& intellige , vt habes ꝑ Alexan. in l.iiij.in prin.de acquir.poſ. vide Bal.in l.fi.qñ fiſc.vel priua. et ad hanc legem vide Bal.in l.ab emptione. in iiij.col.ff. de pactis.

b ¶ Tributorum.Solutio tributorũ nõ probat dominium: vide tamen Bal. in auẗ.ſi quis.de natu.libe.& l.ſi pater. & ibi Bart.ſ.de actio.empt.

c ¶ Cenſum.Iſta donatio non requirit inſinuationem, ſecundùm Bal. in l.il luſ.in pen.colũ.de ſacroſanc.eccle. & adde l.cùm quis.ſecundùm Bart. ibi, de acquir.rer.do.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

**DOnatio.** Donationes in ſcriptis debent fieri forma hac lege cōceſſa.h.d. Vide gl.quæ eſt hic, ſuper verbo, cognominata. ¶ Nota ex hac l.quòd donatio cauſa mortis debet inſinuari,[a] ¶ Secūdo not.ꝙ donatio licet non ſit facta ſimpliciter:tamen debet inſinuari, ſi exce-dat quantitatem.Quod no.quia videtur hoc cōtra gl.quæ eſt in l. Aquilius.ff.co. Vos videtis in pluribus legibus huius tituli & in iure ſit in pluribus locis mentio inſinuationis.Quid enim eſt donationis inſinuatio?[b] Certè ꝙ fiat in actis coram iudice,vt hic videbitis,& in l.ſancimus. j.cod, & Azo.in ſumma huius tituli.

**LAta.** [c] Aliàs, **Data.** Donatio q̄ debet fieri in ſcriptis,debet fieri modis præallegatis.etiā ſi fiat in cōiunctā perſonam.h.d. Et tene menti ver.geſta.in fi.quia eſt notabilis caſus. Vbicūq; igit̃ fiat in actis donatio nō eſt curādū.

**QVisquis.** [d] Rei donatę retinēs vſumfructū,rē videtur tradere.h.d.¶ Not.ꝙ quotidie occurrit,& eſt notabilis caſus.

**INexteaneos.** Extraneis, & ignotis poteſt donari.h.d.

**INhac.** Donatio in vrbe debet inſinuari coram magiſtro cēſus.in alijs apud præſides ꝓuinciarum, vel defenſores ciuitatū.h.d. Nota hunc tex.¶ Quæro,an in donatione, quæ inſinuatur,requiratur aliqua cauſæ cognitio:debet ne aliquis citari[e]? Dico quòd non ſed ſolùm acta requiruntur : vt per ea donatoris voluntas comprobetur:vt hic dicit notabilis textus.

**IN donationibus.** In actis iudicialibus nō ſunt neceſſarij teſtes[f].h.d.tene menti iſtam legē,

**SEcundùm.** Donatiões in vrbe,debēt inſinuari coram magiſtro cenſus: & non coram alio contra facientes legitimè puniuntur.h.d.

**ILlam ſubtilē.** Hæc eſt bona lex. Mandatū procuratoris in rem ſuā ſeu actoris conceſsio morte mandatoris cedentis non extinguitur.[g] Et procurator in rem ſuam ante litem conteſt,& poſt poteſt alium conſtituere.h.d.no.l.De primo dic vt dixi in l.j.ſ.de actio.& obl.De ſecundo dic vt vidiſtis ſ.de ꝓcu. l.neque.& l.quod quis.

**SAncimus.** [h] Donatio vſq; ad trecentos aureos inſinuatione[i] nō eget: vltra, debet inſinuari niſi eſſet donatio imperialis,vel facta ad pias cauſas,quæ vſq; ad quingētos aureos ab inſinuatione eſt libera.h.d.

**Ne autem.** Hic eſt bonus caſus,& ſequens,vbi propter immenſam donationem cōmunio rei inducitur, licet domino maioris partis pretium offerre,& totū poſſidere. Aliàs diuiditur,ſi eſt diuidua.Si verò indiuidua in dominium maioris partis, trāſfertur prædicta poteſtas.h.d.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Clauſula,ꝙ tot intelligūtur donationes,quot res,quid operetur.

**Si quis.** Hic eſt bonus caſus. In donationibus,quæ diuerſis tēporibus celebrantur,cuiuſlibet quantitas[k] per ſe contemplatur.h.d.¶ Quæro,† circa hāc legem de illa clauſula,quæ cōſueuit apponi in donationibus,tot intelligūtur eſſe donationes,quot ſunt res: vtrum valeat.Certè non, quia hoc ſolùm debet inſpici, vtrum eodem tempore ſint factæ, vel non:vt ex hac lege,& gl.manifeſtè colligitur.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Qui promittit decem annua,intelligitur promittere in vita ſua.

2 Et an legibus de inſinuatione,loquentibus poſsit renunciari.

**Si quis autem.** Donatio annua in vita cōtrahentium collata,pro quolibet anno videtur vna per ſe ſeparata:ſecus ſi ad hæredes extēdatur.h.d. ¶ Nota iſtū text.[l] ibi:ſin autem etiam hæredem &c. ꝙ † ille,qui promittit decem annua, intelligatur in vita ſua,niſi de hæredibus expreſsè fiat mentio. Licet contrarium videatur velle gl.in l.ſi Stichū. §.ſtipulatio.ff.de verb.obli.vbi dixi tibi.¶ Quæro,vtrum † iſtis legibus,quæ de inſinuatione donationum loquuntur,poſsit renunciari. Breuiter reſpondeo,non:nam legibus,quæ inducunt certam formam,in conſtituendis actibus hominum, renunciari non poteſt:vt ff.de pac.l.ius publicū. & l.nemo poteſt.ff.de leg.j.

**SIquis argētum.** [m] Qui donat argentum poteſt illud tradere in materia,& ſpecie,& in pecunia ſignata.h.d. Vide glo. ſuper ver.æſtimatione.quā vide.& no.de qua materia feci tibi quaſi vnam repetitionem, in lege Paulus.ff.de ſol.

**Sed & ſi quis.** [n] Si donat̃ res,vel vniuerſitas,& interueniat traditio vera,vel ficta, donatio dicitur eſſe perfecta,ſi interueniat ſtipulatio ad perficiendum compellitur:ſi ſimplex conuentio huius legis authoritate,vt perficiat compellitur.h.d.

**SIquis pro redēptione.** [o] Donatio quę fit in redemptionem captiuorum

a ¶ Inſinuari.Donatio cauſa mortis nō inſinuatur:ſed eſt ecōtra in l.fin.j. de dō.cau.mor.& gl.in l.j.j.co.& Bar.in d.l.fi.j.co. & quod not.Bald.in aut̃.ex teſtamento.in iij.col.de colla.

b ¶ Inſinuatio.Quid eſt inſinuatio,adde Bald.in aut̃.ſi oēs.ſi vt ſe ab here. abſ.Bar.in l.Modeſtinus.ff.eo.& Bal.in l.illud.de ſac.ſan.eccle.

c ¶ Lata. Vide ad hāc legē.quod no. Bar.in l.poſt cōtractū.in ij.col.ff.eod.

d ¶ Quiſquis. & ad hanc l,vide quæ habes in l.iij.in prin. de acqui.poſſ.fallit vbi reqrit̃ vera traditio,& vbi eēt ſuſpicio fraudis,ſecūdūm Bal.in l.j.ſ.de vſufr.Sed qd cōtra, an p retentionē ꝓprietatis videretur facta traditio vſuſfructus, ſeu vtilis dñij,dic ꝙ nō. l.iiij. §.dare. ff.de vſufr. & not.Bal.c.j.quid ſit inueſtitura.& in prin.vt hic.

e ¶ Citari. In inſinuatiōe nō debet pars citari vide Bar. in l. Modeſtinus. ff, eo. Bal.in l.j.§.illud de tēp.app. & in.l.j.in prin.ſ.de li.cōte.& in l.j.& ij.quādo li. prin.da melius in l. illud.ſ.de ſacroſan. ecc.& in aut̃.eo decurſum.ſ.de do.an te nupt. & idē firmat Bal.in l.fi.§.fi. de iu.do. Adde, an notarius poſsit inſinuare donationē : & an iudicis requirat̃ authoritas, vel decretū,Bald.conſi.ccciij.j.lib.

f ¶ Teſtes.Idē tenet Spe.in ti.de inſtru. edi.§.reſtat.ver.ſed cum literis. Et hoc obſeruatur in practica.ſed conſidera propter text.in l. poſt mortem. ff.de adop.& hāc. l.intelligę ſin.dicit glo.in aut̃. de here. & fal. §.ſi verò abſit,Quādoq; ꝙ nō requirātur ſubſcriptiones teſtiū: ſed nomina corū quod not. ex no.per gl.in c.quoniā cōtra.& ibi vide do.& hic Cy.& Bal.& Bart.in l.ſi procurator.de condi.ob cau.dicit hic verū, niſi vtroq; conſentiente.qd̃ no.in l.falſus.ſ.de fur.& vide gl.& doc.in l.geſta.ſuprà de re iud.& Bal.in aut̃.ſed hodie nouo.in pe.col.ſ.ſi cer.pe.& Bar.in rub.de fi.inſtr.in iij.co. vide Bal.in l.illud.ſ.de ſac.ſanc.eccle.in iij.col.

g ¶ Extinguitur.vide omnino l.fi.in prin.ff.co.& no.per Bart.in l.ij.§.ſed ſi quis.ff.de dona.Sed an poſsit reuocari expreſsè Bald.in l.j.in vj.colū.de act.& obli.ſ.tenet ꝙ nō:niſi in tribus caſibus,in quibus in l.iij.ſ.de noua. alle.gl.in l.ſicut.§.ſi procurator.ff.quib.mo.pig.vel hypo.Solu.Vide ibi Bal.in l.j.in ij.& iij.q.& adde quod Pe.& Cy.in l.ſi quidem.ſ.de actio.& obl.per illum tex.volunt,ꝙ mandatum in rem ſuam morte finiatur &c. hic erat ceſsio,nō mandatū.Vide Bal.ibi,& adde ꝙ ſi cedens actionē iniuriarū,decedit re integra,finitur ceſsio,ſecundū Bal.in l.fi.ſ.de hære.vē.

h ※ *P. P A V. P.* ¶ Sancimus.Vide quæſt.tactam per Iaſ.in l.licet inter,col.fi.ver.ſecundò habes.C.de pact.

i ¶ Inſinuatione.Sed quid ſi quis donat vltra quantitatem hic à lege taxatam,cum aliquo onere adiecto,ꝙ in effectu trāſit valorem quātitatis vltra iſtā ſummā:vtrū egeat talis donatio inſinuatione? Et dicit idē Bal.per illū tex.ꝙ nō,in l.ſed ſi hęc.§.cuidā.de cōdi.& demon.& ibi ſequit̃ Imo.

k ¶ Quātitas.Nota & per Bar.in l.recte Sabinus.Et de hac materia no.Specu.de dona.& in tit.de inſtr.edi.§.porro.ver.donatio autē.vbi ſentit contrarium. Sed Ioan. Aud.ibi nō ſequitur eū. & vide etiā ad prædicta ibi Io. And.& adde Spec. de dona.§.j. ſuper verſic.quoddā.vbi ponit aliqua notabilia.

l ¶ Tex.An promiſſio annua tranſeat ad hæredem, vide Bar.in d.§.ſtipulatio.& ibi doc.& vide Bar.in l.ſi idē.in prin.de iu.om.iud. in ver.quæro.vtrū iſtis legibus poſsit renunciari inſinuationi,vide Bart.in l.Modeſtinus.ff.e. & quod no.in l.ſi quis in conſcribendo.ſ.de pact.& qd̃ ibi Bart.

m ¶ Si quis argentū. Sed hæc lex nō habet locum in præſumpta donatione vt oriatur actio, ſecundùm Bal.in l.ſi pacto quo pœnam. ſ.de pac.& Ang.in l.iuris gentium. §. igitur nuda. ff.de pac.videt̃ velle Barto in l.iuris gentiū. §.quinimo.& l.hactenus.§.j.de cōſti. pecu.

n ¶ Sed & ſi quis. Et licet hic dicat,ꝙ donatio ſolo conſenſu perficitur: vt Inſtitu.eo.§.aliæ aūt. tamen bene ad hoc ne ab alio poſsit vel alteri obligari requiritur traditio vera, ad hoc vt dicatur perfecta. Ita dicit not. Bar.in l.j. j.de iure fiſci.per l. fin.§.Lucius. ff.de donatio. quod eſt menti tenendum, ſecundùm ipſum, & vide quod notat Imol. in l.Aquillius.ff.eo.Et an habeat locum in donatione ante nuptias,vide gl.& Bald. in l.j.ſ.de dona.ante nup.An iſte tex.habet locum ſi factū promittat pacto nudo,vide Bar.& ibi Alex.in l.iuris gētium.ff.de pact.Et an habeat locum in pacto declinando,vide in eadem lege.§.primo.Vide aliquas limitationes per Bar.in §.quinimo.& in l.ſi vnus.§.pactus.circa med.& in omnibus Alex.an habeat locum in donatione cauſa mortis:gl.eſt quòd ſic in l.cum pater.§.Mæuio.de leg.ij.adde Imolam in l.qui in poteſtate. in prin.ff.de teſta.vbi allegat glo.in d.§.Mæuio.de lega.ij.& tenet Bald. in l.ſi donationis.ſuprà de contrahen.emptio.Et an habeat locum in factis, vide Bald.in l.cum virum.ſuprà de fideicommiſ.Et an habet locum in donatione remuneratiua? Bartol.incidenter in l.iuris gentium.in vltima colum.in §.quinimo.tenet quòd non.Contrarium tenet ibi Alexan. vbi vide.& dum hic loquitur de iſta ficta traditione,vide quid ſit reſeruatio proprietatis,an dicatur ficta traditio:per Alexan.in l.tertia.in princi. de acquir.poſſeſ.

o ¶ Si quis pro redemptione.Vide Ludouicum Romanum conſi.lxxxiiij.

captiuorum

captiuorum,inſinuatione nō eget:& ille, qui hoc officium ſuſcepit,ad ipſum expellendum compellitur. Item in donationibus quas magiſtri militum conferunt in milites: & in his quæ donantur in reparatione domus combuſtæ: & quòd ſin caſibus prædictis pecunia ſic expenſa iuramento probatur,& donationes hodie, vſque ad quingentos aureos inſinuatione non indigent.hoc dicit. Nota tex.ibi:ſed tantum modo ſacramentū præſtare.pro iſtis executoribus vltimarum voluntatum,qui debet iurare ſe dictam quantitatē in pijs cauſis expendiſſe.

*De donationibus quæ ſub modo, uel conditione, uel ex certo tempore conficiuntur. Rubrica.*

LEX I.

SI doceas. Si pactum donationis non ſeruatur,[a] poteſt res actione vtili vendicari, & condictione ob cauſam agi.h.d.¶ Oppo.ꝙ imò detur alia actio, ſcilicet præſcriptis verbis:vt ſ.ti.j.cum res.Sol.Fateor,ꝙ omnes iſtæ tres actiones concurrunt.¶ Sed cōtra hoc opponitur:quia nemo condicit rem ſuam, præterquam à fure:vt l.ſi.ff.vſufru.queadmo.ca.ſed hic datur rei vendicatio,& condictio.ergo male.Sol.
b Iſta vēdicatio,[b] † quæ datur hic,datur vtilis fauore alimentorum ſecundùm gl.hic poſitam. vnde non poteſt dici propriȩ res mea:meritò mihi conceditur condictio vtilis:ergo vēdicatio vtilis bene cōcurrit cum cōdictione: ſecus in directa. De hac materia plenè dic vt l.j.ff.de dona.

LEX II.

SI prediorum. Valet pactū ꝙ poſt certū tempus res ad donantem reuertatur.h.d.

LEX III.

QVoties. Ex pacto apposito traditioni rei meæ, alteri etiam extraneo,& eius hæredibus,actio poteſt quȩri[c].h.d.hic eſt bonus caſus.Tene menti. Eſt ergo vnus de caſibus, in quibus alteri per alterum quæritur actio. Simile vidiſtis.ſ.ad exhiben.l.pe.

PErfecta donatio. Poſt perfectam donationem non poteſt ei conditio adijci inuito donatario.h.d.

SIquid. Non refert quid ex æquipollentibus fiat.h.d.

*De reuocandis donationibus. Rub.*

LEX I.

ET ſi perfectis. Donatio facta in libertum,ex leui ingratitudine reuocatʳ[d] per patronū:ſecus in hȩredibus eius. h.d.

LEX II.

SI apud. Licet inſtrumenta donationis ſint ſubtracta: propterea non reuocatur donatio.h.d.

LEX III.

POſſeſsionem. Sola pœnitētia donationem non reuocat.h.d.

CVm profitearis. Ex cauſa turpitudinis donationis,non reuocatur donatio.h.d.

SI donationem. Nō debet donatio reſcindi per reſcriptum.h.d.

VElles necne. Quādo mulier donat præſentia mariti vel filiorū non requiritʳ.h.d.

*SVMMARIVM.*

1 Omnes pœnæ quæ habent locum in ſecundo nubentibus habent etiam locum in non honeſtè viuentibus.

e HIs ſolis. [e] Donatio facta in filios ex cauſa ingratitudinis,reuocatur à matre quæ ad ſecūdas nuptias nō trāſiit.h.d. Vel aliter.donatio facta filio vitioſo nō tenet.h.d. hȩc l. ¶Not.primò ex hoc ꝙ cōdictio ex hac lege qua donatio ex cauſa ingratitudinis reuocatur.nō proſequitur fundū,ſed datur cōtra ipſum donatariū.
1 ¶ Itē nota † ꝙ omnes [f] pœnæ ſtatutæ contra ſecū
f dò nubentes,habent locū in his,qui non honeſtè viuūt qđ tene mēti perpetuò:quia ſæpe allegatʳ.

g SI vnquam. [g] Hæc eſt ſingularis & notabilis l.Donatio habet tacitā cōditionē, ſi donator liberos nō ſuſceperit: ideo natis liberis reuocatur.h.d.Idē intelligit gl.& cuilibet extraneo ſi fuerit donatum. Et dicit gloſ.ꝙ reddit ipſo iure:vel condicitur poſſeſsio.Et materiam huius legis & multas alias quæſtiones circa hoc dixi plene in l.Titia.§.Impetator.ff.de le.ij.

DOnationes. Donatio facta in liberos nō reuocatur,niſi ex cauſa ingratitudinis.h.d.

h GEneraliter. [h] Donatio reuocatʳ ex cauſis hac lege inſertis.Sed ſi non reuocat donator: eius hæres reuocare non poteſt.h.d.

*De donationibus cauſa mortis. Rub.*

LEX I.

SI donatione. Donatio cauſa mortis poteſt per fideicōmiſſum ſubſtitui. h.d. De hoc plenè in l.j.& ij.eod.ti.ff.& ibi per Dyn.& ibi dixi.

LEX II.

INteſtata. Pōt mulier cauſa mortis donando facere alium ſtipulari dotem ſuā falcidia,ſeu legitima, quæ liberis eius debetur.h.d.

CVm de mortis. Donatio cauſa mortis accedit vltimæ volūtati:& inſinuatiōe nō eget, ſi quinq; teſtes legitimè interueniāt.h.d.Per iſtā legē puto correctam l.donatio.C.de dona.quȩ videtʳ requirere ꝙ in donatione cauſa mortis fiat inſinuatio.

¶ Finis libri octaui.

## Sequitur nonus.

*Qui accuſare non poſſunt. Rub.*

¶ Glo.ponit quæ perſonæ non poſſunt accuſare. quam vide,& nota,& ſigna.

LEX I.

i PRius eſt. Quādo duo crimina intentantur,quorum vnum eſt præiudiciale ad aliud,ſuper grauiori ꝓceditur.[i] h.d. Secundùm vnam lect.innuit quòd ſententia lata in vno iudicio,parat præiudicium in alio. Cōtra, ff.de publi.iudi.l.is, qui reus.Solu.Huius timore ſunt plures lect.Tu tene hic quintam lect.quȩ eſt Azonis vt hic.Iſta duo iudicia erant inuicē præiudicialia: & in lege contraria ſecus. Iſtā materiā examina plenè vt ibi dixi.

*SVMMARIVM.*

1 Tutor poteſt ſemp accuſare tutorio nomine.
2 Cautela,quando tutor accuſat aliquem,quòd dicat in accuſatione,talis tutor:nec adijciat,tutorio nomine.

---

incip. in cauſa nobilis vbi pulchrè loquitʳ qñ res probatur per iuramentū. Vtrum autem quādo res eſt difficilis ad probādū, debet hoc allegari,et ideo probatʳ per iuramētum: vide eundem Lud.Ro.in conſil. lxxv. incip. pater reuerende. Andre. Barba.

¶ Si quis pro redēptione. In §.ibi donatio. limita vt dixi j.de acti.§.in bonæ fidei in penulti. char.p Bal.in l.nulli.ſ.de epiſ. & cler. Bart.in l.diuus.ff.ſi cui pluſquā per legē Falcidiam.

a ¶ Non ſeruatur.Et hanc legem nota.allegat Bal. in l.ea lege.ſ.de condic. ob cau.& vide in l.qui abſenti. §. j. poſt Bar.ff.de acquiren. poſſ. Adde de hac lege Ioan.And. in additio. ad Spec. in tit. de inſtr. edit.§. porro.in ſecūda additione.

b ¶ Iſta vendicatio. Adde quod notat Bar.in l.ſi mortis. de dona. cau. mor.

c ¶ Actio pōt quæri. Et facit ad quæſtionē, de qua per Bart.in l.q Romæ. §.Statius. de verb. oblig. Et ibi vide Alexan.

d ¶ Reuocatur. Et ad materiā huius tituli,qñ reuocatʳ donatio, quid de fructibus: Glo.not.in l. generaliter. §. ſi quis. ff. de fideicō. liber.

e ¶ His ſolis. Nota ſingularē caſum ſecundum dominum meū in l.donationes.§.ſpecies. ff.de donatio. ꝙ donatio nō reuocatʳ propter ingratitudinē ſi mater tranſiuerit ad ſecūdas nuptias niſi in caſu autʳ. hic poſitæ. And. Barb.

f ¶ Item nota ꝙ oēs. Adde text.de hoc, & ibi do.Abba. in c.vxoratus.de conuer.coniug.& vide glo. in autʳ.ſacramētum.ſ.quā. mulier offi.tute. & tex.in l.fi.eo.tit.& in autʳ. de reſtitutio. & ea quæ parit in xj.mēſæ. Domi. Petr. de Ancha.in c. ex parte m.de appellatio. Andre.Barba.

g ¶ Si vnquam. Vide Ludo. Roma.in conſi.xxv.pro iſta lege, incip.pro deciſione eorū. & in conſi.clxvj. vbi latè tenuit, ꝙ non videtur quis renūciare beneficio huius, per iuramētum, & pulchrè allegauit. Vide, quia allega. Ioan.And.in addi. Spec. in titu.de donatio.adde ad Bart. Andre.Barba.

*P.PAV.P.*

g ¶ Si vnquam. Vide latè Iaſo.in l.ex hoc iure. col. antepenul.ff.de iuſti.& iure.Deci.cōſil.xx. contrariū tenet Soci.conſi.ccxcv. col. iij.an beneficio huius poſsit renūciare,vide Iaſ.in l.penul.col.iij. verſicu. hūc etiā videmus. C.de pact.

*P.PAV.P.*

h ¶ Generaliter. An valeat pactū ꝙ nō poſsit reuocari donatio prætextu ingratitudinis, vide Iaſo. in l.fi.col.vj. verſic. ex iſta doct. Bal.C.de pact.

i ¶ Proceditur. Et nota ad iſtū tex. ꝙ illi,qui accuſauerūt non poſſunt officium iudicis implorare,vt procedatur ad inquiſitionē, ac ſi ipſi eſſent procuratores inquiſitionis.Ita dicit Bal.in l.j. C.ſi tutor non geſ. Itē nota ꝙ qui accuſare, non poſſunt, non poſſunt eſſe denūciatores. Ita inquit Bar.in l. diuus.ff.de cuſt.re. vbi vide de materia denūciationis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

SI cautiones. Si tutor adv- tilitatē pupil
li,accuſat ſuo noīe ꝓprio,debet ſe in-
ſcribere.h.d.Per hanc legē dicūt gloſ.
noſtri,& aduocati cōiter ꝙ tutor vel curator non
pōt alieno nomine accuſare. Hoc ītelligo verum,
niſi in caſibus,in quibus ad ꝓſequendū crimē ad-
mittiꝰ ꝓcurator,ꝓut plenè no.in l.ſeruū quoq;.
1 §.publicè.ff.de procura.Ego tñ puto,† ꝙ ſemper
a poſsit tutor[a] accuſare tutorio noīe:vt l.Polla.ſ.de
his q.vt indi.ſed iſcribere ſe ad pœnā taliōis, hoc
nō pōt tutorio noīe:& hoc eſt,quod iſta lex dicit.
2 Cautela tñ eſt,† ꝙ qñ tutor accuſat aliquem,dicat
in accuſatione,talis tutor.nec adijciat,tutorio no-
mine:nā tunc intelligeretur eo modo quo poteſt:
vt l.poſt mortem,§.j.ff.quando ex fac.tuto.

LEX III.

b QVi crimen. [b]Accuſatio ſi- ne inſcriptiōe,
non admittiꝰ:& accuſator contumax
extra ordinem,& inᵗ expenſis punieꝰ.
h.d.Hic videtur eſſe caſus ꝙ in criminalibꝰ victus
victori condemnaꝰ in expenſis.Quod dic vt dixi
vobis in l.non ignoret.ſ.de fruc.& lit.expen. Itē
hic videꝰ caſus,ꝙ in eadem inſtantia poſsit deduci
ciuilis petitio & criminalis.nam hic vides:quia pu
nitur extra ordinem,& iſtud eſt criminale.Itē pu
nitur in expenſis,& iſtud eſt iudiciū ciuile.de hoc
dicam vobis in l.ſi quis ad ſe fundum,j.ad l.Iul.

VXor tua. Mulier poteſt accu ſare,ſi ſuā vel ſuorū
iniuriā proſequaꝰ:niſi ſit alius,ad quē
magis principaliter negotiū pertinet.
h.d.cum l.ſeq.Not.quod dixi in ſummario.

c ACcuſationem. [c]Qui ſemel deſiſtit, nō
admittitur iterum ad accuſandum.h.d.

SI ea. Qui tempore ſtatuto à iudice nō accuſat,vel accuſationē nō pro-
d ſequitur:poſtea nō auditur.[d]h.d.hæc bo
na lex.Nota hanc l.quam plenè examinaui,& di-
xi in l.Titia.ff.de accuſ.

NOn prohibentur.
Miles poteſt accuſare,ſi ſuam vel ſuo
rum proſequatur iniuriam.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Qui vult admitti vt ciuis,debet probare ſe ci-
uem,parte etiam citata.

NOn ignorat. Non debet quis admit-
ti vt talis,niſi prius probet ſe talē.h.d.
Tene menti hanc legē,& multū not.
1 ad infinita.Sæpe† dicunt ſtatuta,ꝙ ſi ciuis admitta
tur ad aliquod,& non alius:ante omnia debet ſe
probare eſſe talem. Tamen puto ꝙ hæc probatio
fiat citata parte.

SI crimen. Etiā quiˢ ſuorum in- iuriam perſequitur,
ſe debet inſcribere.h.d.

DAta opera. Incēdiarij l.Cor- nelia de ſica.pu-
niuntur.h.d.

DE crimine. Qui regulariter accuſare non po
teſt,ad accuſandum non admittiꝰ:niſi
prius examinetur, an crimen,quod ac-
cuſat.ad caſus exceptuatos pertineat.h.d.

SI magnum. Frater nō pōt accuſare fra-
trem,vel pater filium,de crimine gra-
uiori,ſi ſuam iniuriam non proſequi-
tur.h.d.cum l.ſeq.

CVm rationibus.
Qui habet duos accuſatos,tertiū accu
ſare non pōt:niſi ſuam iniuriā ꝓſequa
tur.h.d.Idem in l.hos accuſare.ff.eo.

a ¶Poſsit tutor. Dic vt latius per Bart. in l.ij.ff.de accu.

b ¶Qui crimen. Vide quæ dixi in l.accuſare.ff. de accuſ. poſt Bart. & adde caſum not. in quo debet actor ſe inſcribere, & perſonam legitimare,ſecundùm do. Anto. in tit.de accu. & vide in l.fi.ſ.e.Et adde ꝙ in multis caſibus poſt mortem qs pōt accuſari, de quibus Inſti.de hę re.quæ ab inteſt.§.per contrariū. q̄ro an accuſator mortui debeat ſe inſcribere ad pœnam talionis,ſicut accuſator viui:vt hic ī gl. habes ar.ix.q.ij.c.ſane.§.ſi fortè.quę apud aliquos eſt canonizata.ad §.per cōtrariū. qui tenet ꝙ ſic.& alleg. Bal. hic in iij.colum.

c ¶ Accuſationem. Vide in l.qui deſiſtit.& ibi Bar.ff.ad Turpil.an ille, qui deſiſtit à ciuili poſſit criminaliter accuſari.

d ¶Non auditur. Et adde eum in l.ij.ff. de re judica.& in l.ij.de eden.& in l.edita.in iij.col.cod.ti.& in l.de dic.qui ſatiſd.cog.

INiquum. Nutritus nō poteſt ſuum nutritorem ac
cuſare,niſi ſuam iniuriam proſequaꝰ.h.d.

SI ſororem. Frater fratrem, ſeu ſororem, poteſt de
leui crimine accuſare.hoc dicit.

NEganda. Hæc eſt propriè mate ria l.is q reus.ff.de pu-
bli iud.& breuiter dicit: Accuſatus non
poteſt accuſatorem ſuum reaccuſare de pari crimi
ne,vel minori,prius quam ſit abſolutus, niſi ſuā
proſequatur iniuriam:poterit tamen accuſationē
proponere,non vt ſuper ea procedatur,ſed vt ſu-
perſedeatur donec cauſa prima finiatur.h.d.Mate
riam huius legis pleniſsimè habes in tex. & gl.&
ego vlterius dixi in l.is qui reus.ff.de publi.iudi.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Familiaris quando accuſare poſsit dominum
domus.
2 Monachus quando accuſat Abbatem.

SI quis. Perſona domeſtica nō poteſt dominū domus
accuſare,niſi in crimine lęſæ maieſta
tis.h.d.hęc notabilis lex.¶ Nota hāc
1 legem,ꝙ familiaris † nō poteſt accuſare dominū
domus quod intellige verū,niſi ſuam vel ſuorum
2 iniuriā ꝓſequatur.Et iſte eſt caſus † ꝙ monachus
non poteſt accuſare Abbatem. In contrarium vi
e detur dicere.c.Abbate.[e] de verb.ſigni.dic vt ibi. e

SI liberti. Liberti nō poſſunt ac- cuſare patronos.hoc di
cit iſta lex. f

## *De accuſatiōibus, & inſcriptiōibus.*

### *Rubrica.*

LEX I.

FOs qui. Qui effodit terminos, extra ordinem punie-
tur.h.d.hæc lex.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Si ſit ſtatutum,ꝙ quicunq; declinauerit forū
poſsit impunè offendi:cautela eſt,ſi eſt filiusfami
liâs,ꝙ pater compareat pro ſuo intereſſe.

LEX II.

SI cuidam. Hæc eſt notabi- lis lex. Pro ſuo
intereſſe admittiꝰ quis ad defendēdū
filiū in crimine capitali.h.d.Per hāc le
ge practicabatur in ciuitate iſta.dicit hic ſtatutū g
1 † ꝙ quicūq; declinauerit forū.poſsit impunè of-
fendi,vel occidi.Adhibeaꝰ talis cautela,ꝙ ſi accu-
ſabaꝰ filiusfamiliâs,pater pro ſuo intereſſe decli-
f nabat forū[f] pro filio:& ſic non incidebat in ſtatu
tum filius:eodē modo ſi delinquebat monachus
Abbas pro ſuo intereſſe declinabat forū : poſtea
contra iſtas fraudes,fuit per ſtatutum prouiſum.

REos. In capitali crimine admit tiꝰ procurator ad allegādas
cauſas abſentiæ.h.d.plenè in l.ſeruū
quoq;.§.publicè.ff.de procu.& ego
dixi in repe.l.penul.§.ad crimen.ff.de publ. iudi.

g SI accuſatoribus. [g]Ab ſolu
toria lata accuſatoribus abſentibus,
nō per contumaciam eſt ipſo iure nul
la.h.d.¶ Opp.& plures non admittuntur ad accu
ſandum vnum:ſed niſi vnus tantùm.l.hi tamen.
§.ſi.& l.ſi plures.ff.eo.Breuiter plures ſol. dātur.
illa eſt vera,ꝙ hic nō fuit oppoſitum de pluribus:
nam ſi fuiſſet oppoſitum de pluribus, fuiſſet ele-
ctus vnus.quod tene menti.

NOn ideo minus. De- lin-
quens propter mandatū alterius,non
excuſaꝰ. h.d.¶Hic veniret examinan
da materia,de mandatore,perſuaſore, & inſtiga-
tore. Dixi in l.non ſolùm.§.ſi mandato.& §.pro-
cul .ff.de iniur.Materiam verò de auxilio,& fauo
re,tractaui vobis in l.actione.§.ope.ff.de fur.

e ¶C.Abbate. Vbi eſt iſte caſus quòd monachꝰ.vide Spe. in ti.de inquiſi.§.fi.

f ¶ Declinabat forum. Aliam cautelam adde, vt dixi poſt Bar. in l.ſi qs. ſub conditione.ff. de condi.inſtitu. & hic adde Imol.in l. pen. §.ad crimen. in viij. charta. ff.de public.iudic. & ibi Bart.in vj.colū. & Bal.in l.reos. j.eo. & in l.ab adminiſtratione. ſ. de leg. adde Ange. conſil. xxxvij.

g ¶Si accuſatoribus. Adde Bar. o. in l.ſi plures.ff.eo.& vide quod per iſtā gl. in hoc do. Bar.not. in l.j.in fi.C.de fur.

Abſentem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

a ABſentem. [a] Abſens non poteſt dānari de crimine capitali, & ſi fuit dānatus ſententia eſt nulla: quę retractabitur per eūdem vel per ſuperiorem. h.d. De materia nullitatis, dixi vobis in l.j.§.quan.prouo.non eſt neceſ.

b EA quidem. In notorijs pōt per inquiſitionē procedi, [b] ſed in non notorijs quis nō punit, niſi fuerit citatus, vel accuſatus. h.d. Et expōnas ita tex. vbi nunciant, tāqu ā notoria, vt patet ex ſequēti reſpōſo. & ff. ad Turpil. l. ab accuſatione. §. nūciatores. & ſic intelligit gl. ff. de adul. l. ij. §. ſi publico. & etiā Dy. in tex. vbi poſſet perpēdi procedēdo per inquiſitionē, ex officio ad denunciationē officialis. Itē ibi in tex. deſpici. q.d. in nō notorijs, nō procedit per inquiſitionē, ſed per accuſationē: & hoc innuit verbū, accuſatio, ſecundū prædictū modū legēdi. & hoc modo intelligit cōiter iſta lex. ſed do. Nic. Mat. intelligit qn̄ officialis denūciat cām, pōt procedi per inquiſitionē: vt in prima parte huius legis & probatur j. ti. ij. l. j. & j. de decu. lib. xij. l. j. ff. de cuſto. reo. l. diuus. Vnde ſi officialis illā denūciationem nō produxerit, in notoriū probando: tunc ille denūciatus abſoluet, vt hic, in ſecunda parte huius l. & d. l. ab accuſatione. §. nunciatores. ff. ad Turpil. Et quod tex. dicit hic, accuſatus: expone, i. denunciatus. Hanc autē materiam quādo poſsit per inquiſitionem procedi pleniſsimè dixi in l. ij. §. ſi publico. ff. de adul.

SI quis ſe. Accuſatio debet porrigi coram præſide, nō coram officialibus. h.d. in ſumma.

QVi de crimine. Iſta eſt notabilis lex. Breuiter dicit: accuſatus, de eodē crimine non poteſt iterū accuſari. [c] c de alio tamen crimine non poterit iterū accuſari: etiā ſi ex eodē facto deſcēdat: nec debet ſup vno pnunciari, donec ſuper alio fuerit plenè cognitū. h.d. Diuiditur in duas partes. Primò, ponit vtrū liceat accuſari. Secundò qualiter debeat procedi. Secūda ibi: iudex autē. Iterum prima ſubdiuit: quia primò loquit qn̄ accuſatur de eodē crimine. Secūdò, quando de diuerſis habētibus originem ex eodem facto. Secūda ibi: ſi tn̄. vbi eſt caſus ſingularis. ¶ Ad euidentiā ſcias tu iuuenis, q quādoq; ex vno facto oriūtur plura crimina exemplum in eo qui cognouit ſuam cōſanguineam nuptā: iſte em̄ commiſit adulterium: quia in nuptam. Item inceſtum: quia in conſanguineam ſuam. Hoc pręmiſſo caſus in terminis eſt clarus. ¶ Opponi. ad primam partem d. l. ſi quis homicidij. s. eod. Solu. Fateor q regula eſt hic q accuſatus, de eodē iterū nō accuſatur: fallit in caſibus, quos dic vt in gl. quam

d vide & nota. ¶ Venio ad ſecundū dictū [d]. Oppo. & videtur q qn̄ plura crimina deſcendunt ex eodem facto, non poſsit accuſari, niſi de vno: vt l. ſenatus. ff. eo. prout ibi exēplū ponit de parricidio, & homicidio. Sol. quādoq; eſt vnū factū, vnus titulus criminis, & plures agendi formę: & tūc vna tm̄ lege poteſt accuſari: vt d. l. ſenatus. ſecūdū aliquas lectu. Verbi gratia: ille, qui facit homicidiū, pōt acuſari lege Cornelia de ſica. & ex forma ſtatuti huius l. tūc vna tm̄ puniet pœna: vt d. l. ſenatus. Qn̄q; eſt vnū factū, & plures tituli criminis: & habent ſe ſicut genus & ſpecies: & tunc accuſatus de vno, nō poteſt accuſari de alio: vt d. l. ſenatus. ſecūdū qd ibi loquit de homicidio & parricidio: vt l. prætor edixit. §. j. de iniur. Si verò habēt ſe ſicut excedentia, & exceſſa: tunc vtroq; pōt puniri: nō tn̄ pōt ſimul accuſari de vtroq; ab eodē, ſed ab alio ſic: vt hic, & l. ſi adulteriū cū inceſtu. ff. de adul. Sed quæ eſt ratio huius: Reſpōdeo, quando ſunt duo iudicia, quorū abſolutoria lata ī vno poteſt parere exceptionē rei iudicatę in alio: nō admittit cōcurſus: vt l. fundi. & l. fundū. ff. de exce. & illa eſt ratio, quare nō admittitur cōcurſus ciuilis, & criminalis, deſcendentiū ex eodē: quia abſolutoria lata in vno, pōt parere exceptionē rei iudicatæ in alio, ſi pronūciet ſuper facto. Idem tenet Dy. in c. nullus pluribus. de reg. iu. lib. vj. Idem in propoſito, qn̄ ex eodem facto deſcēdunt, ſi eſſent eædē pſonę accuſatoris, & accuſati, abſolutoria lata in vno, poſſet parere exceptionē rei iudicatę in alio: ideo idē ad accuſandum nō admittit: quę ratio ceſſat alio accuſante. Dices tu: ſed quę eſt rō, q iudex nō pōt ſentētiare ſuper vno, niſi pleniſsimè diſcuſſo alio, vt hic dicit in vltima parte? Reſp. in iſtis cauſis capitalibus debet iudex inquirere veritatem: & etiā pro parte offenſa, ſi ipſa non opponat: vt l. j. §. fi. de queſt. & l. ſi nō defendatur. ff. de pœ. vn̄ poſsibile eſſet, q ex defenſionib⁹ factis in vno iudicio, apparet iudici q in alio reus non eſt culpabilis. vn̄ eſſet verecūdia iudici & parti in iuſtitia. ſi in vno cōdēnat, & in alio abſoluit: ideo de d vtroq; debet eſſe cognitū, antequā iudicet. Et de iſto mēbro, qn̄ ex vno facto oriunt plura crimina dic vt dixi plenè in d. l. ſenat⁹. Quādoq; ſunt plura facta, & plures tituli criminis, & plures modi agēdi: tūc ſi quidē omnia illa facta tēdunt ad eundem finē, nō punitur niſi tanquā de vno: vt l. illud ff. ad le. Aqui. & ideo ſi aliquis inſultauit, & pcuſſit, nō punitur de inſultu: quoniam ad hūc finē fecit inſultū, vt pcuteret. Et gl. tua hoc notabiliter tenet. quā vide, & ſigna, ſup verbo, plurima. Si verò illa plura facta nō tendūt ad eundē finē, ſed ad diuerſa: tūc nō de vno, ſed de quolibet puniet: vt l. nūquā plura. ff. de priua. delict. & ibi pleniſsimè dixi. ¶ Venio ad finē: dicitur hic, q ſuper duobus criminib⁹ cognoſcit ſimul. Cōtra. ff. de cuſto. reo. l. ij. §. fi. So. Dicit gl. fateor, donec ſup vno arctat: non pōt ſuper alio arctari: vt lege cōtraria. Sed cū erit expeditus de rn̄ſione, quā tenet facere ſuper vno: tūc rn̄debit ſup alio. Hoc gl. tua dicit ita ſup verbo, vtroq;. Et ſi quis vellet hanc legem repetere, eſſent hinc tractādæ tres materiæ. Primo, vtrū ille, qui habet vnā cauſam corā vno iudice, poſsit citari coram alio iudice in alia cauſa. Quod dic vt dixi in l. cōtra pupillū. §. is q ad maius. ff. de re iu. Secūdò, vtrū ille, qui eſt recōmēdatus in carceribus ex vna cauſa, poſsit ſibi recōmendari ex alia. De quo dic plenè, vt in l. ij. §. fi. de cuſto. reo. Tertiò, an recommēdatus in carceribus iniuſtè, poſsit ibi recommendari ex alia iuſta cauſa: quod dic vt in q. illa, quam diſputaui, quæ incipit, Lappus. ¶ Vltimo glo. reaſſumit omnia, & diſtinguit. qd dic vt in ea.

QVi explicandi. Iſta eſt bona lex, & habet pulchrā materiā. Breuiter dicit: qui alicui certā pmittit ſententiā, licet iudicē nō corrūpat, tanquā corruptor punitur. h.d. Audiui dubiū, pone q ille, qui iudicē corrūperet, nullo modo puniret: vt puta in capitali: licet enim reis redimere ſanguinē ſuū, etiā corrūpēdo: vt l. j. in fi. de bo. eo. & l. pe. ff. de pręuarica. & habuimus in l. trāſigere. s. de tranſac. Qualiter puniet iſte, qui promiſit hoc ei facere? videtur q nullo modo: quia tex. hic dicit, q puniet perinde ac ſi puniret principalis corruptor, ſed pricipalis corruptor nullo modo puniret: ergo nec ipſe. cogitabitis: quia de facto fuit Tuderti.

SI quis homicidii. Abſolutus non poteſt iterum accuſari de eodē crimine: niſi de præuaricatione primi doceatur: de alio verò crimine poterit accuſari. h.d.

SInguli. Hic eſt bon⁹ caſus. Nō debet literis, vel relationibus publicis perſonarum credi, ſed rei veritas requiri. h.d. quod nota. Facit quod delictum non probatur per inſtrumētum. Idem habes in l. diuus. ff. de cuſto. reo. Dixi plenè in l. ſenatus. ff. ad Turpil. &c.

IN cauſis. Non debet procedi ſuper crimine, niſi certa & clara præceſſerit accuſatio. als iudex puniet. h.d. Gl. ponit qualiter accuſatio debet formari. Ego circa hoc feci

---

a ¶ Abſentem. Vide Bart. in l. iij. s. eo. & in l. quidam cōſulebant. de re iudi.

b ¶ Procedi. Vbi in notorijs pcedatur p inqſitionē, & de mō pcedēdi in notorijs, vide p Spec. de noto. §. j. & plenè p Ang. in l. ſi vacātia. poſt med. & in c. ad noſtram. de iureiu. per Anto. & ibi per eum quęrit, an ſit neceſſarium probari notorium. & qūo probet. & multa pulchra ibi. Vide quod dixi in l. ij. §. ſi publico. in iij. col. de adult. qd no. Bal. in l. accuſaturus. ad Turp. Et qn̄ dicat crimen notoriū, vide Inn. no. in c. fin. de coha. cleri. & mulie. & ibi plenè de materia. & Bald. in l. accuſatorem. ff. ad Turp. & Bald. hic. Adde qualiter pcedatur ſuper notorio, Oldra. conſil. xxxvij.

c ¶ Accuſari. Et vide, an quis poſsit à pluribus cōdēnari, Bar. in l. ſepulchri. ff. de ſepul. vio.

d ¶ Secūdum dictū. Quid ſi ex forma ſtatuti ille qui percuſsit aliquē, debet amittere manū, cū qua percuſsit: & quid ſi cum eadem manu pcuſsit duos vterq; vult accuſare: quis præferat. & vide plenè per Iac. de Bel. in diſp. & in l. j. j. vt intra certū tempus. vbi illa rō in criminalibus habeat locum cumulatio, adde q̄dam in l. libellorū. & l. ſeq. de accu. & Bar. latè in d. l. ſenatus. ff. eo. in l. ſi quis homicidij. j. e. ver. & ideo ſi aliquis inſultat, vel ſi quis faciat inſultū & percuſsionē, puniet tanquā de vno actu ſolo. Et ita cōm intelligendā dixit dom̄. Io. poſt Bal. in l. diuortio. ff. ſol. matr. de cuius intellectu ibi vide & in l. fructus. eo. tit. & Bar. & Bal. in l. nunquā plura. eo. titu. in v. col. in verſi. ſecūdò poteſt exēplum. Et qd dixi an præſumatur incontinentii, vide Imo, & bal. in d. l. diuortio. Et adde ad materiam, vbi habes in l. & ſi. ff. de adult. & adde dictū Bar. in l. capite quinto. in fi. eo. tit. Adde quod voluit Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de inquiſi. §. viſa. aliàs, nūc tractamus de eo, qui in aliquo loco aliquē cepit, & ligauit, ſi per plura loca duxit ad certū locum & eum ſpoliauit, in quo loco ſit formāda inquiſitio, ſtante ſtatuto q inquiſitio debeat formari in loco delicti.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

a ¶Se inſcribere. Vide etiam Bar.in l.edita.in iij.col.ſ.de eden.& in l.trāſigere de tranſac.in prin.& vide Bal.in l.ſed.& ſi.ff.de in ius voc.

b ¶Non ſeruatur. An accuſator debeat ſtringi in carceribus, vide Sali. in l. militis.ſ.de accu.Bart.in l.pe.§.ad crimen.in prin.ij.colū.ff.de publ.iud. vide Bar.in l.qui ſine.ff.de quæſtio.

vnam magnam lectionem in l.libellorum.ff.codic vt ibi.& Ex hac gl.colligitur quantum tempus eſt, ꝙ fuerunt factæ iſtæ gl.

ACcuſationis. Accuſator debet ſe inſcribere[a], & detineri ſicut accuſatus, donec cauſa examinetur: & qui torquetur, nō debet interrogari de ſocijs.h.d. Iſtud quod accuſator, & accuſatus ſimul detineantur, hoc de
b conſuetudine non ſeruatur,[b] niſi accuſatus accuſaret ſtatim accuſatorem ſuū de falſa, & calumnioſa accuſatione & ita eſt de facto modò in ciuitate iſta. No.ꝙ quis non debet interrogari de ſocijs. Fallit in caſibus, qui hic ponuntur in gl.

## *De exhibē. & trāſmittēdis reis. Rub.*

*SVMMRIVM.*

1 ☞Iudex ſecularis capit clericum delinquentem, & eum retinet, vt remittat ad epiſcopum.

LEX I.

c SImiles. [c]Si miles cōmiſit delictū, ad magiſtrum militum remittetur.h.d. Nota argumentum,
1 † ꝙ licet iudex ſecularis non poſſit cognoſcere de crimine commiſſo per clericum poteſt tamen eum capere.& detinere, vt remittat ad epiſcopum ſuum.

LEX II.

NVllus. Reus debet carcerari, nō autem ligari, niſi conuincatur: & venientibus ex longinquo,
d xxx.dierum ſpatium[d] ſtatuit.h.d.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Citatio realis.vel perſonalis, nō poteſt fieri, niſi iudex hoc permiſerit.

2 Repertus in flagranti crimine poteſt capi etiam ſine licentia iudicis.

LEX. III.

NEminem. Nullus debet citari,
e niſi mandato iudicis
1 præcedente.[e] hoc dicit. No,† ꝙ nulla poteſt fieri citatio realis, vel perſonalis, niſi iudex
f hoc permiſerit.[f] quod eſt verum. Facit ſ.de epiſco.& cleri.l.cum clericis.& l.omnes.quod tenet
g Innoc.niſi eſſet[g] nuncius generalis conſtitutus ad faciendas citationes: vt probàtur per eum extra, de probatio.c.quoniam contra falſam. quod nō videtur verum: quia iſta generalis commiſsio, nihil releuat? vt l.j.ſ.de iur.do. impet. In caſibus
2 tamen non eſt † neceſſe, ꝙ iudex hoc committat: quia hoc comittit lex: vt quando quis in flagranti crimine reperitur: vt l.raptores.ſ.de epiſco.audi.j.de rapt.virgi.l.j.ff.de fur.l.ſi quis in ſeruitute.in fi.& l.interdum.§.qui furem.eod.titu.j.de malefi.& mathe.l.ſi.ff.de adulte.l.capite quinto. & quod ibi notatur.

## *De cuſtodia, & exhibi.reorū Rub.*

LEX I.

INquacūque. Siue pac cuſationem, ſiue per inquiſitionem procedatur, cauſa debet celeriter examinari, & non debet differri, & interim reus in carceribus poſitus non debet iniuriari, nec in locis tenebroſis de die poni, nec alias iniurias pati.h.d. Facit iſte text.ibi: ad finem ad primū ſolis ortū, &c. de manè vtrum dicatur dies vel nox. & dixi tibi in l.aut facta.§.ad tempus.ff.de pœnis. vbi dixi, vtrum manè, & ſero, ſit de die vel de nocte.

LEX II.

h SIquis. [h]Si quis de crimine conuincitur, debet apud tribunal duci, vt crimen confiteatur, & certum appareat.h.d. Vtrū qui ſemel confeſſus eſt crimen ſponte, debeat illud iterum confiteri. Gl.tangit hic. Dixi plenè in l.j.ff.eod.

LEX III.

QVoniam vnum. Carcer vbi ponūtur hoīes debet eſſe ſeparat⁹ à car-

c ¶Si miles. Pro hoc quod not.Bar. in l. ſi qs.in fin.de ſerui, not. in c.cū non ab homine.de iudic.

d ¶ Spatium ſtatuit. Et de iſto termino comparendi in criminalib⁹, vide Bal. in aut.offeratur. de lit. conteſta. in vj. col.& vide id quod dixi.in l.j.poſt Bar. ff.de cuſto.reo.

e ¶Præcedente. Nō petitur, niſi iudice permittente. Dicerat tamē dominus Ant. quē ſequitur ibi do. Iaco. in c.j. de iudic.quòd ſi apparet citationē deſtinatam: & relationem nuncij, præſumitur licentiam iudicis de citādo præceſsiſſe. l. ſciēdum. de verb.obli.& vide Bart.in l.j. & cura.circa fi. de offic. præfe.vrb.et quod dixi poſt Bar. in l. j.ff.de in ius vocan. & quod dixi poſt Bar.in l.qui nomine. ff. de falſis. vbi Bart. & Bald.in d. l.ſciendum.in pen. colū. & ibi plenius per Lud. & ibi per Ang.in repe. in xj. colum. Sed illa l.loquitur in ſolennitate intrinſeca. iſta in extrinſeca: ſicut in actionibus dicitur, quòd ſententia lata non præſumitur lata in ſcriptis: vt notat Bar.in l.ſtatutis.de ſent. ex breuic, recip.& de hoc vide per Ang.in repe.l.ſciendum.in x.colū. Et not.quòd non ſufficit generalis commiſsio facta nuncio de citando, & idem tenuit domi, Ant.in c.j.de iudi.ſed Imo.dicit quòd dubitabat: quia lex hic allegata hoc non probat: quia loquitur in citatione, ſcilicet quando creditor petit ſibi aſsignari in ſolutum bona debiteris ſui pro debito: & ſic non bene probat. Vnde videtur quòd remaneamus in regula, quòd tantum valet generale quo ad genus, quantum ſpeciale quo ad ſpeciem, juxta not.in c.ſi ſacerdos.de offi.ordi.& in l.ſi duo.ff.de adminiſtr. tuto. Et ita dicit domi. Ioan.ibi & not. Inſtit.de actio.§.quadrupli.& ibi bonus tex.& bene, & latius per moder.in l.ex conſenſu.§.cum qui.ff.de appel. Et vide Bar.in l.j.ſ.de iure dot.in prin.& in l.qui autem.§.fina, ff.de conſti.pecu.per Bal.in l.ſi quando.ad fi.j.de conſtit.pec.in xj.& xiij.q.ibi concordat Inn.cum Cy.quod Bal.allegat in c.j.de iudi. Tex.eſt in l.properandum.§.& ſi quidem.ſ.de iud.in verſi.iudicibus autem res ſuas referentibus. vbi patet, ꝙ quando reus vult citare actorem, vt feratur ſententia in fine inſtantiæ: iudex debet ſuper hoc cognoſcere, & ſibi impartiri licentiam.& ſic patet quòd quando in commiſsione requiritur cauſæ cognitio, requiritur ſpecialis commiſsio in citatione verbali. Si verò non requiritur cauſæ cognitio in commiſsione, tantum ſufficit generalis commiſsio. Ita dicit Bald.in dicta l.ſi quando, & licet ipſe nihil alleget: poteſt allegari ratio, videlicet quòd tantum valet generale quo ad genus &c. vt ſ.dictum eſt. Pro quo poteſt adduci tex, & Ange.in l.ij.C.de ſpor, Dicitur enim ibi quòd nuncius, cui ſit à principio commiſſa citatio in aliqua cauſa, poteſt idem ſemper citare vſque ad finem cauſæ.& ſic patet ꝙ vna deputatio generalis, licet non fiat particularis commiſsio, ſufficit. Secundò, pro hoc poteſt adduci tex.in aut.libellum.de lit, conteſta. vbi patet, quòd executor deputatus in cauſa poteſt recipere cautionem, ſeu promiſſionem nomine partis, abſq; alia ſpeciali commiſsiōe, Si ergo poteſt hoc tanquam perſona publica, ex generali commiſsione ſibi facta à iudice: quia hoc non requirit vllam cauſæ cognitionem: & eſt de pertinentibus ad executionem cauſæ: cur non eo modo poteſt ſimiliter citare, virtute generalis commiſsionis: ſicut dixit Bal.obſeruari Florentiæ, & in Hiſpania. Tertiò hoc confirmatur: quia ſicut ex generali commiſsinne, quæ fit notarijs actorum, notarius poteſt accipere productionem libelli, abſque eo quòd ibi ſit iudex: quia illa productio poteſt fieri de plano, & die feriata.l.miles. §.ſexaginta.ff.de adul. & probant not.in l. præcipimus. in princi.& ibi ponit Bald.de appella.ita videtur nuncius virtute generalis commiſsionis poſſe citare. Nec obſt.text. in lege omnes. §. nihilomin⁹.de epiſco.& cle. & l.cum clericis.eodem titu. quia debes ſcire, quòd quando nuncius datur ſimpliciter ab vno iudice, vel pro vna cauſa, vel pro omnibus, nō videtur per hoc ſibi dari mādatum incontinenti de citando: & ideo requiritur quòd poſt particulariter deputetur ad citandum. Ita dicitur in dicta leg. prima de ſpor. Hæc ſolutio ſimpliciter videtur approbata ꝓ idonea quia poſsit committi citatio: & ne detur in officio ſibi commiſſo: ſed contra prædicta fortiter facit, quia ſecūdùm Goffr.in lege cùm clericis.§.memorat. C.de epiſc. & cler.iudex prius quàm committat citationē. debet videre petitionem actoris, vt iudicet ſuper matrimonio, vtrum calumnioſè competat: nam ſi eſſet in euidenti calumnia, poſſet eū ſtatim repellere: vel ſic libellus eſſet ineptus.l.qui cum maior.§.ſi quando.ff.de bo.lib.aliàs, de ope.li.& ibi no.in l.j.ff.de offi.aſſeſſo. Si ergo requiritur ſaltem hęc inſtructio, prius quā iudex cōmittat citationē, nō videtur ꝙ nūcius poſsit. Sed reſpondetur ex his, quæ habes poſt Bart. in l.ſi finita.§.Iulianus.ſ.de dam.infec.in articulo, in quo quæritur an eſt neceſſarium ꝙ procedat libellus. De quo per Franc.de Areti.in c.j.de iudi. An pars teneatur credere nuncio dicenti ſe habere commiſsionem.vide in locis ſ.in princip.apoſtil.allega.& per Imolam in l.ex conſenſu.§.cum qui. in iij.col.ff.de appel. Adde an per relationem nuncij præſumatur de commiſsione iudicis.& quid ſi non præceſsit commiſsio, vide Roma.conſil. ccccxcvij.per Bal.an preſumatur de commiſsione, conſi.cxviij.vol.j.

f ¶Permiſerit. Hoc probatur: quia ad capturā perſonæ, ſiue ſumus in iudicio ciuili, ſiue in criminali, non procedi poteſt niſi præcedat cauſæ cognitio de iure ciuili. Colligitur manifeſtè ex his, quæ habentur in l.nemo carcerem.de exac.tribu.li.x. De iudicio criminali pouit ſingulariter Io.Andre.in c.ſi dn̄s.de ſen.ex cō.quem ſequitur Bar.in l.quod euitandi.in fi.ſ. de condi.ob tur.cau. Sed iſta cauſæ cognitio nō poteſt pertinere ad nuncium, qui eſt merus executor: vt l.ſi vt proponis.de execu.rei iudic. ergo non poterit citare. Ad idem facit optimè: quia in cauſa capturę nūcius debet habere ſpeciale mandatū: vt l.non ſolùm.§.ſi.cum l.ſeq.ff.de procu. & conſuluit Bar.in conſi.incip.cōmune Gualdi.Fran.de Are.in c.j.de iudic. Abb.hic, & adde Bal.in d.l.cōmu.diui.ſufficit probari, vt poſt Barto. in d.l.qui nomine.de fal.vt dicas habere commiſsionem.

g ¶Niſi eſſet. Adde Bar.in d.l.j.in prin.ſ.de iu.do. Et vide Ioan.de Imo.in c.j.de iudi.vbi dubitat, an iſtud dictum ſit verum, vide ibi do. Anto.& ibi dixit Bal.in l.ſi quando.C.de teſt. Andre.Barba.

h ¶Si quis. Vide But.hic, qui dicit ad hoc vt confeſsio valeat poſt torturam, eſt neceſſe quòd ſit intermedius dies vnus. & nox vna: vide tamen hic. And.Barba.

h ¶Si quis. Vide etiā tex.ſing.in l.cōtra.ad Syl.ibi: ex vinculis ſecūdū Bar.

cere

a ¶ Carcere mulierem. De muliere carceranda, vide Baldum in l.j.ff.qui ſatiſda.cogan.

b ¶ Punietur. Nota glo.quæ eſt hic, quam multum reputat Bal.no.in l.iij.in fi.ſ.de fi.inſtru.

c ¶ Homines. Quid autem ſi detineat mulierem ex cauſa libidinis: an teneatur pœna priuati carceris, vide Barto.in l.verũ.de fur. & vide Bart.in l.ij.ff.de ver.ſig.

d ¶ Extinguitur accuſatio. In materia huius l.& titu. vide ſingularẽ quæſtionem quam poſui poſt Bar.in l.ex iudiciorũ.ff. de ac.

e ¶ Mandans & faciens. Not.mãdans & faciens poſſunt ſimul accuſari.l.minoribus.ſ.de his qbus vt indi.p Bart. in l.hos accuſare.§. lege.& l.nihil.§.fi. ff.de accuſa.

f ¶ Aeſtimetʳ. Qualiter iniuriæ ſint cõſiderandæ, vide ad iſtũ tex.quod not. Bart.in l.turpia.ff. de lega.j.

g ¶ Accuſati torquẽtur. Vide Barto.in l.j.§.ad quęſtionẽ. ff.de qõnibus.

h ¶ Quiſquis. Pondera ſi aduci poſſet ad quæſtionẽ, tetigit Bald.in l.j. in prin.ff.de verb. obˡⁱ.de prohibito loqui cum bannito: an ſit prohibitũ ſibi mittere nuncium vel literas? Et certe non facit: qa hic loquitur de dãte fauorem, vt habetur in l.poſt legatũ.§.j.amittere. & ibi Bar.ff.de his qui.vt indi. Sed põdera ad iſtud dictũ Bart.ꝙ petens rebanniri proditorẽ videtʳ pſtare fauorẽ ꝓditori, qđ ſtatutum denegati: & licet lex canonica ꝓhibeat loqui cũ bannito, intelligitʳ quo ad cõmercia, et quo ad ſuffragia & ſimilia: vt rubore perfuſus veniat ad vnitatem eccleſię. Si ergo eccl'ia iſta diſponit, vt reducatur ad obediẽtiam: multò fortius permittit, vt cũ eo loquatʳ ad finem reducendi eũ ex eo quia punit' ꝓfecto erat đ inobedientia: & illa excommunicatio inſequitur eum quocunq; vadat. Sed in proditore patrie eſt ſecus: quia licet ſit bannitus, non tamen eſt punitus de proditione, petendo quòd ſibi remittatur pœna, eſt cõtra publicũ bonũ: q̃a lex vult maleficos puniri.l.ita vulnerat'.ff.ad l.aqui. And.bar.

a cere mulierumᵃ.h.d. Super hac lege in autʳ. nouo iure.quã habetis ſ.de offi.di.iu.l.j.quam nunc ſtatim vide, & nota.

## AD cõmentarien.

Si carceratus aufugit, cuſtos principalis pœna.qua ille debebat puniri, pu-
b nieturᵇ nec exhibendo ſuum familiarem liberatʳ.
Sed cuſtode principali ex neceſsitate abſente, idẽ ſeruabitur de eo, cui commiſit officium.h.d.

## DE his quos.

Carcerati debẽt puniri vel relaxari. & quid de his ſit intra xxx. dies iudicibus debet nuntiari: pœna cõtra facientibus imminente.h.d.

## *De priua.carcer inhib. Rubrica.*

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Detinens hominem liberum per xx. horas committit priuatum carcerem.
2 Diœceſis appellatione continetur ciuitas.

LEX VNICA.

## IVbemus.

Nõ licet homi-
c nesᶜ in priuatis tenere carcerib', & de hoc põt p inqſitionem procedi, & iudex negligens punietur: & reus huius criminis pœna læſæ maie-
1 ſtatis punietur.h.d. † Quãdo autem quis dicatur committere priuatum carcerem, detinendo hominem liberum: certè ſi detinet eum per viginti horas, punitur vt l.capite quinto.ff.de adulte.qđ
2 plenè dic, vt ibi dixi. Nota etiã † ex hac l.in princip. quòd appellatione diœceſis continetur ciuitas: dicit ex Aegyptica, diœceſi. Continet enim totam Aegyptum, & ciuitatem Aegypti. In contrarium videtur extra, de reſcrip.c.Rodulphus.

## *Si reus uel accuſator mortuus fuerit. Rubrica.*

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Plures de eodẽ crimine poſſunt ſimul accuſari.

LEX I.

## ET ſi marcellus.

Per mortem vnius accuſati, nõ
d extinguitur accuſatioᵈ quo ad alium de eodẽ noĩe accuſatum.
1 h.d. Nota ex hac lege † ꝙ plures de eodem crimine poſſunt ſimul accuſari, ſecũdũ verã opinionẽ: vt l.inter liberas.§.fin.ff.de adul-
e te. Item mandans & faciensᵉ poſſunt ſimul accuſari de eodẽ crimine.qđ dic, vt l.nihil.ff.de adulte.& hic tãgitur per Cy.ꝙ nota.& tene menti.

LEX II.

## SI is quem.

Mortuo accuſato, re etiã liberatʳ accuſator.h.d.

LEX III.

## SI vt proponis.

Licet mortuus ſit qui de falſo inſtrumento accuſabatur, põt tamen accuſari, qui eo vtitur.h.d.

## DEfunctis.

Defuncto reo extinguitur accuſatio, niſi ſeipſum occiderit.h.d.

h ¶ Quiſquis. Ad hanc legẽ vide Bar.in l.conſtitutionibus.ff.de app.qualiter debeat intelligi hæc lex, vide quæ dicã j.in fi.huius titu.

h ⁂ *P.P A V.P.* ¶ Quiſquis. Ad materiam iſtius l.vide Soci.conſi.cclxxix.vol.ij.& conſi.xxij.vol.j.

i ¶ Teſtimonium. Vide Bar.in l.iuriſiurandi.in fi.in v.col.ff.de iureiur.

k ¶ Maternis. Vide Bar.latè ĩ l.in furti.§.ope.ff.de iur.ſed an ferens teſtimonium pro ipſo videatur dare opem: vide Bart.no.in l. poſt legatum.§.ſi vero.in fine.ff.de his qui.vt indi. Et ad iſtum text.vide quod no.Ang.in l.iij.§.j.ff.quod qſq; iur.

l ¶ Hoc dicit. Limita iſtam legẽ tantũ procedere vbi crimẽ eſt attentatum ſpecialiter in perſonam Principis, vt Impatoris, aut prĩcipis: ſed vbi peccatum eſſet in alijs capitu.l.ad Iul.maieſt.de quibus glo. j.ij.& iij.ff.e.quod tunc non habet locum pœna, de qua hic: ſed habet locũ pœna l.amiſsione. §.qui deficiunt.ff. de cap.dimi. Item limitauit hãc l.paulus de leaza.in cle. paſtoralis.de re iu. Ioã. An.in c.ſtatutum.de reſcript.in vj.in nouella. Pro quibus optimè facit gl.in l.j.in verſi. hoſtis principalis. j.de bon.lib.aliàs eorũ.ff.ad leg.Iul. maie. Tu vide Bar. ĩ extraua.ad reprimendũ.§.qui ſint rebelles.in ver.rebellando. & quod no.Bar.in l.iij.ſ.de manu.vin.& an habeat locum in alia ciuitate quam ea, vide gl.& Bar.in l. j.ff.eod. Et adde ꝙ non ſubditus, non incidit in crimẽ lęſæ maieſtatis. ſed Bal.in l.ij.ſ.de fal. mone.de proditore populi.ita incidit: in hoc crimen, ſicut ꝓditor principis.l.fi.& ibi bal. in l.fi.j.de aboli.& vide hic Sali.& vide in c.j.vt lit.non cõteſt.& circa materiam huius legis quærit, an filius cõdemnatus in crimine lęſæ maieſta.priuetur beneficio eccleſiaſtico iam quæſito: & videtur ꝙ ſic: cum talis fili' ſit infamis, vt hic: ſed infamia nondũ reijcit à dignitate, ſed remouet a iã quæſita.l.infamia.C.de decur.lib.x. Et ſi dicis, quod iudex ſecularis non poteſt priuare quem beneficio eccleſiaſtico: vt no.docto.in l.j.de pœnis,

## SIquis cum.

Si pendente appellatiõe, à ſententia, in qua tacita venit bonorum ademptio, re', vel accuſator deceſſerit, pœna extinguitur: ſed ſi bona adimãtur expreſſe, durat cã, propter quã bona adimuntur. ꝙ habuiſtis in l.iij.ſi pen.appel.mors interue.&c.

## *Si quis Imperatori maledixerit. Rub.*

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Minæ ex perſonis hominum timendæ ſunt.

LEX VNICA.

## SIquis.

Qui maledixit Im-
l peratori, eſt ad ipm
f remittendus: vt ex perſona ei', qui dicit eſtimetʳᶠ, nec eſt ab alio puniendus.h.d. Nota tex.ibi: vt
1 ex † perſonis hominũ dicta penſemus. Vnde qualiter ſint metuendæ.ex perſonis hominum ſunt conſiderandæ. Habuiſtis in l. metum.ſ.quod met.cau.

## *Ad legem Iuliam maieſtatis. Rubri.*

LEX I.

## ETiam ex aliis.

Qui contra legem iudicat, in l.Iul.maie.nõ incidit.h.d.

## ALienam.

Qui iuramentum præſtitum nõ obſeruat, in hãc legẽ non incidit.h.d.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Vnus teſtis eſt ſufficiens indiciũ ad torturã.
2 Vnum indicium bonum, eſt ſufficiẽs ad torturã, & non requiruntur plura.

LEX III.

## SIquis alicui.

Ex hac lege accuſati tor-
g quẽtur, ᵍ nec aliquo priuilegio excuſantʳ. Idẽ in accuſatore, & cõſocijs.h.d. Vide gl.ſuper verbo, cõiunctus. Ex hac gl.nota.
1 duo. † Primò, ꝙ vnus teſtis facit indiciũ ſufficiẽs ad torturã. Vidiſtis in l.in bonæ fidei.ſ.de iureiu. & ff.eo.ti.in l.admonendi. ¶ Secũdò not.ꝙ licet
2 † communiter omnes leges loquantur in plurali, & dicãt p̃cedentibus indicijs: tamen ſufficit vnũ bonũ indiciũ.& ſic tenet gl.tua, quã vide & not. De iſtis indicijs dixi plenè in l.fi.ff.de quæſtio.

## NVllus.

Poteſt quis ſuũ priuilegiũ allegare, ne torqueatur, præter quã in crimine lęſe maieſtatis.h.d. hec lex notabiliſsima.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Stante ſtatuto, ꝙ quicunque præſtiterit auxilium vel fauorẽ alicui ex bãnito, pro proditione ſub pœna ſi aliquis procurat, ꝙ aliquis bãnitus ꝓ proditione rebanniatur, incidit in pœnam.

## QVisquis.

h ʰQui proditionem fecerint vel tractauerint, contra principem, vel eos, qui ſibi aſsiſtunt, puniuntʳ morte, & publicatione bonorũ: & eorũ filij nõ ſunt capaces hæ-
i reditatũ, vel legatorũ, nec ad teſtimoniũⁱ, honores vel officia admittuntʳ, filiæ ex hæreditate pa-
k terna nihil capere poſſunt: ex bonis vero m̃rnisᵏ legitimã tm̃ capere pũt: vxores eorũ dotes recuperant: & idẽ in cõſocijs participibus dicti cr̃is.
l Sed q ꝓditionẽ reuelauerit, venia dign' erit.h.d.ˡ

reſpondeo ſecūdū l.cū probatio.ꝙ ibi gl.ff.de proba.quæ dicit,delictum tuum te punit,non ego:& ſic nō punit iudex ſecularis eū principaliter, ſed in cōſequentiā.Tn̄ in contrarium eſt gl.ſingu.xxvj.diſt.ſatis puerſum.qđ eſt verū,ſi eſt crimē læſæ maieſtatis temporalis.ſecꝰ ſi diuinę & ſpiritualis:quia tunc priuatur:vt in ca.ij.de ſchiſmaticis.& in ca.qcūq;.de hæ.in vj.qđ tene mēti pꝰ apoſtillā. Vide Oldra.cōſil.xliij.vbi plenè de materia, & an ſpoliantes nuncios apoſtolicos dicant̄ cōmittere crimen læſæ maieſtatis,vide Ro.cōſi.cclxv.& inquantū Bart.in fin.dicit ꝙ bānū hodiernū eſt mortale, vide Paul.de Caſ.cōſi.xxiiij.qn̄ dicatur cōmitti crimen læſę maieſtatis,vide Bal.conſi.cxxxiij.lib.j.Pet.de Anchar.cōſi.cclxxviij.& ibi qualiter teſtes debeāt concludere, & an cōtra Papā,vel legatū de latere,dicat̄ cōmitti crimen læſę maieſtatis.

✠ *P. P. A. V. P.*

a ¶Gracchus. Vide Iac.de bel.de q̄ſti.col.xxxj.& Fel.in c.dilecti filij.colū.viij.de excep.

b ¶Occidere. Peccat tn̄.xxxiij.q.ij.c.admonere.& ī c.inter hoc.

c ¶Perueniri. Vide Bar.in l.cōtra pupillum.ff.de re iudi.& vide no.gloſ.hic ſingularit̄. Ad idē dixit ſingulariter Inno.in c.quia propter.de elec.ꝙ vbicūq; per ſtatutū quis tenet̄ cōparere pſonaliter:ſi per procuratorē cōparet,qui procurator fuit admiſſus, tenet proceſſus.& etiā probatio facit ad l.ſi maritus.§.præſcriptione.cū ibi not.ff.eodem.

d ¶Quærit gloſ.De hoc vide Bar.& q̄ ibi dixi.gl.in l.pe.§.ad crimen.ff.de pub.iud.& alleg.in l.ita demū.ſ.de procura.

e ¶Quoniam. Vide hic ſingulare dictū,qn̄ maritꝰ accuſat vxorē de adulterio, & poſtea remiſit accuſationē, & mulier non cōtinuat adulteriū:an poſsit iterum accuſari đ adulterio. vide hic not.per cū.& ad Barto.hic fa-

Et primò facit ad q.quā habui de facto in hac ciui-
1 tate.†Statutū eſt hic,ꝙ quicunq; pręſtiterit auxilium,vel fauorē alicui ex bānito,pro proditione huius cōis,puniatur certa pœna.Modò quidā de hac ciuitate procurabat ꝙ dn̄s Petrꝰ de ſpole,qui erat ex bānitus vt proditor huiꝰ cōis,rebāniret̄:quærebat̄ vtrū incideret in iſtā legē tanquā præſtans conſiliū,& fauorē, ex bānito pro proditione.Quidē canoniſtę dicebant ꝙ nō,per decretales,quæ dicunt ꝙ licet nō ſit alicui licitū cōicare cū aliquo excommunicato:hoc eſt verū,niſi ꝑ eo recōciliando eū audiat:ita in propoſito ille,q ꝓcurabat ꝙ rebāniretur,faciebat vt reconciliaret eum huic cōmuni:& ſic nō incidebat in legē.Ego dicebā ꝙ hic erat caſus in contrariū,ibi:denique iubemus etiam,&c.Nō obſtat quod dicitur de excōmunicatione:quia ſententia excomunicatiōis eſt medicinalis,nō mortalis,vt in c.cū medicinalis.extra,de ſenten.excō.lib.vj.Nūquā em̄ aliqs excōmunicatur,vt perpetuò ſit cōdemnatus:ſed vt ab inobedientia deſiſtat:bānū verò,quod datur hodie ſecūdū ſtatuta terrarum eſt mortale, & elapſo termino banni,non daretur ſibi venia cōparenti.& veniēti ad mādata:ideo nō eſt ratio eadem,quod ſępiſsimè accidit,ſpecialiter hic.

MEminiſſe. De crimine læſæ maieſtatis poteſt poſt mortē rei inquiri, hoc dicit iſta lex notabilis.

MArtianus. Poſt mortem rei.de hoc crimine,poteſt quæri vt eius dānet̄ memoria,& bona ſucceſſoribus auferāt̄,& alienationes factæ à die commiſsi criminis reſcindantur.hoc dicit iſta lex.Et no.ꝙ dixi in ſummario,& tene perpetuò menti.

## *Ad legē Iul. de adulte. & ſtu. Rub.*

### LEX I.

PVblico. Vxores nō poſſunt accuſare viros de torouiolato.ſecus econuerſo.h.d.

a GRacchus. [a]Maritus,& eius filiꝰ poſſunt adulterum vilem inuentum impunè oc-
b cidere:[b]ſed ſi nō erat vilis,mitius puniet̄.h.d.Tene menti iſtam legē.No.ꝙ legitimè factū eſt,pœnā nō meretur.No.ꝙ licitè poſſunt filij in iſtis obedire patri,etiam in atrociorib ꝰexecutionibus legitimè tamen factis.

SI quondam. Vide aut̄.q̄ tractat de remiſsione criminis,& nota eā.de qua tractat̄ in authen.qua in prouincia.vbi de crimine agi oportet.& ego dixi in l.ſi cui.§.fi.de accu.

c QVamuis. Accuſatore abſente poſt crimē liqdatū pōt ad ſn̄iam diffinitiuā perueniri[c].¶Quærit gl.[d]hic,licet ad crimen
d publici iudicij proſequendū,nō admittat̄ ꝓcurator:qd ſi non fuerit oppoſitū,an valeat ꝓceſſus? Glo.hic videtur dicere ꝙ ſic:quam vide & nota,ſuper verbo,præſentiā.Quod dic vt hic dixi.ff.de pub.iud.l.pe.§.ad crimen.

e QVoniam. [e]Qui non pōt accuſare đ crimine,nō pōt excipere de eodē ad aliquem puniendū.h.d.hæc notabilis lex.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Statutum ꝙ contra inſtrumentū non poſsint opponi,niſi certæ exceptiones:an excludit alias legitimas.remiſsiuè.

cit quod no.Bar.in l.amplius non pe.ff.rem ra.ha.& Bar.in l.fi.§.fin.de eo,per quem fac.erit.& ibi al̄.hunc tex.

f ¶Ita nobis.Facit iſta lex ad materiā,de qua per Bar.in l.j.in prin.ff.ſi qs ius dicen.non obtemp.

g ¶Quæ adulteriū.Vide iſtā legē alleg.p gl.in c.tanta.de ſimo.& ibi doc.in c.& ſi Chriſtus.de iureiuran.& in ca.à crapula.de vi.& honeſt.cle.vide ibi omnino.& vide Ludo.Ro.cōſil.cclxxxiij.an propter adulterium ꝑdatur dos? Andre.Barba.

h ¶Quæ adulteriū.Quęrit gl.vbi quęrit glo.vtrū cū meretrice ſiue ſit nupta,ſiue nō,ſit licitū adulteriū.Vide Cy.in l.j.j.de rap.vir.ī addi.Sed bar.in l.ſi vxor,ī prin.ff.eo.alleg.in gl.videtur tenere gloſſ.hic.vide Bald.j.eo.l.ſi mulier.

i ¶Quamuis.Caſus appellatiōis ab accuſatione adulterij notātur xxxij.q.vj.in ſumma.& in c.intelleximꝰ.ī fi.extra,eo.vbi vltimò habetis.Et de iſta pœna adulterij,adde etiā Bald.in l.Claudiꝰ.de his qui.vt indig.pœna etiā adulterij,ꝙ mulier perdat dotem,vt hic,videt̄ ꝙ in bonis paraphernalibus:dic ſecūdū gl.ſing.in c.plerūq;.de donat.inter vi.& vxo.& vide in l.ex cōſenſu,ſ.de repud.Sed an dicta gl.ſit vera,dixi poſt Imol.in l.cum mulier.in iij.col.ff.ſol.matr.Quæ aūt ſit pœna ſtupri,vide nota.bal.in l.raptores.ſ.de epiſ.& cleri.Et qn̄ mulier cōmittat adulteriū cū inceſtu,& puniat̄,vide in l.ſi adulteriū cū inceſtu.in prin.vbi gl.in l.inter liberas.ff.eo.Et de iſtis pœnis vide plenè per Iaco.de Bel.in l.raptores,

f ITa nobis. [f]Hic enumerat̄,quæ exceptiōes poſſunt obijci accuſanti de adulterio.Nota ꝙ hæc lex ſtatuit poſſe tātū certas exceptiones obijci:& per hoc excludunt̄ aliæ exceptiones legitimæ in corpore iuris incluſę:vt
